



Det här är en digital kopia av en bok som har bevarats i generationer på bibliotekens hyllor innan Google omsorgsfullt skannade in den. Det är en del av ett projekt för att göra all världens böcker möjliga att upptäcka på nätet.

Den har överlevt så länge att upphovsrätten har utgått och boken har blivit allmän egendom. En bok i allmän egendom är en bok som aldrig har varit belagd med upphovsrätt eller vars skyddstid har löpt ut. Huruvida en bok har blivit allmän egendom eller inte varierar från land till land. Sådana böcker är portar till det förflutna och representerar ett överflöd av historia, kultur och kunskap som många gånger är svårt att upptäcka.

Markeringar, noteringar och andra marginalanteckningar i den ursprungliga boken finns med i filen. Det är en påminnelse om bokens långa färd från förlaget till ett bibliotek och slutligen till dig.

### **Riktlinjer för användning**

Google är stolt över att digitalisera böcker som har blivit allmän egendom i samarbete med bibliotek och göra dem tillgängliga för alla. Dessa böcker tillhör mänskligheten, och vi förvaltar bara kulturarvet. Men det här arbetet kostar mycket pengar, så för att vi ska kunna fortsätta att tillhandahålla denna resurs, har vi vidtagit åtgärder för att förhindra kommersiella företags missbruk. Vi har bland annat infört tekniska inskränkningar för automatiserade frågor.

Vi ber dig även att:

- Endast använda filerna utan ekonomisk vinning i åtanke  
Vi har tagit fram Google boksökning för att det ska användas av enskilda personer, och vi vill att du använder dessa filer för enskilt, ideellt bruk.
- Avstå från automatiska frågor  
Skicka inte automatiska frågor av något slag till Googles system. Om du forskar i maskinöversättning, textigenkänning eller andra områden där det är intressant att få tillgång till stora mängder text, ta då kontakt med oss. Vi ser gärna att material som är allmän egendom används för dessa syften och kan kanske hjälpa till om du har ytterligare behov.
- Bibehålla upphovsmärket  
Googles "vattenstämpel" som finns i varje fil är nödvändig för att informera allmänheten om det här projektet och att hjälpa dem att hitta ytterligare material på Google boksökning. Ta inte bort den.
- Håll dig på rätt sida om lagen  
Oavsett vad du gör ska du komma ihåg att du bär ansvaret för att se till att det du gör är lagligt. Förutsätt inte att en bok har blivit allmän egendom i andra länder bara för att vi tror att den har blivit det för läsare i USA. Huruvida en bok skyddas av upphovsrätt skiljer sig åt från land till land, och vi kan inte ge dig några råd om det är tillåtet att använda en viss bok på ett särskilt sätt. Förutsätt inte att en bok går att använda på vilket sätt som helst var som helst i världen bara för att den dyker upp i Google boksökning. Skadeståndet för upphovsrättsbrott kan vara mycket högt.

### **Om Google boksökning**

Googles mål är att ordna världens information och göra den användbar och tillgänglig överallt. Google boksökning hjälper läsare att upptäcka världens böcker och författare och förläggare att nå nya målgrupper. Du kan söka igenom all text i den här boken på webben på följande länk <http://books.google.com/>





BIND-0 SEP 11 1969









Sidra- Yabba

CODEX NASARÆUS,  
LIBER ADAMI APPELLATUS,  
SYRIACE TRANSSCRIPTUS,

LOCO VOCALIUM,  
UBI VICEM LITERARUM GUTTURALIUM PRÆSTITERINT,  
HIS SUBSTITUTIS,  
LATINEQUE REDDITUS.

A

MATTH. NORBERG,

S. S. THEOL. DOCT. LING. ORIENT. ET GRÆC. LING. PROFESSORE,  
CANCELLARIE REGIÆ CONSILIARIO,  
CUM INSIGNI EQUESTRI ORDINIS REGIÆ  
DE STELLA POLARI.

---

TOM. I.

---

LONDINI GOTHORUM MDCCCXV.

LITERIS BERLINGIANIS.



DU 15.5

GN 82

91419

v. 1-2

**E**ditur tandem liber, cujus titulum vides 1). Pluresque  
 causæ cunctationis fuerunt. Magna gentilis orthographiæ am-  
 biguitas. Quæ enim oris, eadem calami licentia cognita: liti-  
 ris gutturalibus elisis, aut vocalibus earum loco substitutis.  
 Veraque lectio divinanda magis, quam interpretanda fuit 2).  
 Par etymologiæ inconstantia. Materia quidem linguæ Nasarææ  
 Hebræa. Ejusque forma Syriacæ tanto similior, quante Galilæa  
 Syriæ propior est. Tamen in barbarum hæc corrupta. Parvi  
 enim ipsa gens facta est. Nec magis quæ recte loquendi, quam  
 quæ bene cogitandi ars est, viguerit, nisi magni habita fuerit.  
 Nodisque cum latentibus luctari oportuit 3). Neque minor,  
 quæ generis dicendi obscuritas. Hians compositione oratio est, ut  
 sua rudis indigestaque moles: eaque turgescens, in quantum  
 dissoluta, jam supra, jam infra cælum & sidera tendit 4).  
 Quibus infesta demum artibus liberalibus ætas accessit. Neque  
 enim in ipsas modo literas, sed in literarum quoque instrumen-  
 ta sævitum est 5). Victis autem, quæ animum tantopere  
 distraxerunt aut perculerunt, editionem operis metu mortalita-  
 tis festino. Etsi vereor, ne, utcumque ea non præcipitata fuit,  
 aliquid immaturi, & quod male sapiat, non defuturum sit 6).  
 Multa tamen fruge illex hæc juvabit. Notescet Galilæismus, huc-  
 usque penitus ignotus. Qui vero majorem gratiam, an sanctitatis  
 reverentiam habiturus sit, judicium in in-  
 certo est. Vernaculus enim Christo ejusque Apostolis fuit 7).  
 Etiam Græcismus N. T. clarescet. Singularis hic, magisque  
 ad oris Nasaræi dignitatem, quam ad Attici venustatem com-



## VI.

positus. Suique de exempli facie hæc imago melius noscitur 8). Sicut, & cui suæ rei sublimitas ut cælum nubibus obnoxia fuit, γνώσις, philosophia orientalis, haud minus patecet. Exorta erat quæstio, perobscura & difficilis, de mundi malique origine. Neque enim animo succurrit, tam nescire quædam, quam scire, homines decere. Ipsique ratio sic temere respondit. Mens divina æterna. Eaque lux pura, & per splendidum ac immensum spatium (Gr. Πλήρωμα) fusa. Quæ autem perinde propitia, ac ubique præsens, aliarum quoque, & sui similium (Gr. Αιώνων) genetrix fuit. Quarum tamen una (Gr. Δημιουργός) casu quodam Pleromate elapsa, materiam, foris jacentem, motusque turbulentos cientem (Gr. Χάος) petiit, eamque lucis quadam cœlestis portione temperatam in usum & speciem, sed mali cujusque originem, conformavit. Tanti vero operis quot auctores fuerint, diu multumque, haud facili inter insanientes consensu, disputatum est. Unum ipsi parem fuisse, & quidem populi Judaici Legislatorem (Demiurgum), Cerinthus fabulatur. Cujus vicissim ut exsecutio competit, aut (sic Saturninus) Septem Stellarum gubernatoribus, neque Deo conscio, qui tamen, in totidem partes hoc diviso, ejus imperium architectis obtulit, aut (ita Basilides) ultimis materiæque pravæ & animatæ proximis Aeonibus, qui operæ pretium illius quoque dominium a Deo obtinere; sic consilium (hæc Valentinus) Sophiæ, primi ordinis Aeonis, sexusque feminini, stetit. Ultima vero hæc fuit Aeonum Triginta, qui præter Cœlibes quatuor, Horum, Spiritum Sanctum, Christum & Jesum, Pleroma tenuerunt. Eademque Supremo Numini æmula. Quæ & filiam, Achamoth dictam, per invidiam peperit. Quomodo nec minus sua nata, eaque in ma-

teriam præceps; filium suscepit. Ille autem Demiurgus, mundi-  
 que, superioris & cœli ex materia subtiliori, inferioris & or-  
 bis terrestris ex crassiori, hominisque ex utraque conditor.  
 Qui tamen (de hoc non dissensus) re tam prospere gesta su-  
 perbiens, divinum sibi honorem vindicavit. Quapropter expe-  
 ditus fuit Christus, Aeonum princeps, qui, induta Judæi san-  
 ctissimi (Jesu) persona, hunc debellaret, qui vero, hac depo-  
 sita (in crucem, struente Demiurgo, acta fuit) sublimis  
 abiit 9). Gnostica hæc superstitio, summatim exposita, ut  
 Nasaræa, ipsi similis, quamvis adversa, & perinde implicata,  
 utriusque comparatione, clarius in intelligentiam caderet. Quæ  
 autem pari fingendi libidine credendique facilitate inchoata, re-  
 medioque quam vitium tardiori, ad nostram usque ætatem con-  
 tinua fuit. Ejusque primum compertus Simon Magus, qui ipse  
 præcellens Aeon videri voluit 10). Quales quoque nec Nasa-  
 ræos tunc temporis sprevisse, credibile est. Nam Ebionitarum,  
 qui tales professi sunt, hi præceptores fuerunt 11). Atque  
 ambigam, annon etiam nostri Nasaræi eorum discipuli fuerint/  
 Idem nomen. Antiquum hoc & nationis. Adjectum vero recen-  
 tius Nabathæi: quod a regione ejusdem appellationis, inter Sy-  
 riam & Aegyptum sita & deserta, diuque hæresi Ebionitarum,  
 gentique Nasaræorum, qui eam secuti sunt, loco quæsito, sum-  
 tum fuit 12). Neque res diversa. Congruunt cærimoniæ. Fas  
 erat majoribus, abstinere hostiis; quas etiam immolare (zo-  
 diaco enim mali Genii imperant \*), posteris nefas est. Loco  
 autem sacrificii religio lavacri instituta. Quocirca hi etiam  
 Baptistæ, Hemerobaptistæ Europæis, eodemque sensu Sabæi  
 Orientalibus dicti fuerunt 13). Quin & Christiani Johannis a

## VI.




pluribus ii appellati 14). Quo autem jure, nescio. Argumentum, quo id firmatur, ex usu baptismi & eucharistiæ petitur. Quod autem non grave; siquidem utriusque sollemne sine votis, Christo susceptis & solutis, peragitur 15). Obtegentes sui sacri sunt Nasaræi, ut Druzii: credentibusque ii fallaces. Atque incertus sum animi; annon curiositas hospitum habita ludibrio fuerit. Major erit fides indigenis, qui illis a pueris interfuerunt. Testisque religiosus Germanus Conti, Maronita, sui que Patriarchæ in Syria vicarius, in medium prodeat. Cujus etiam verba, ex suo orâ accepta, hîc infra citavi 16). Rectius vero, nomineque ab ipsis invento, Mandæi Iahia, i. e. Discipuli Johannis Baptistæ hi distincti 17). Neque dubito, quin turbæ, quæ hujus sacro primum initiata fuit, reliquiæ quædam tenues illi existinandi sint. Consecrant sic ipsi suas origines, suosque sacros & ritus & libros tam alte repetunt 18). Mirum esset, si, cum tot alii, ignobiles aut turpes, qui assecras habuerint, tantus doctor talibus caruerit. Compertum itaque, gentem, de qua sermo est, memoriam illius Nuntii cœlestis sic venerari, ut ejus non modo dicta secum revolvat, sed & facta moribus suis exprimat. Non sufficit, ritum suæ & consecratæ sive ablutionis sive cœnæ reverenter obire. Vivere ipsius exemplo in solitudine, sublimis æque virtutis ac cogitationis procreatrice, etiam necesse putatur. Avitæ tamen indolis, vitio humanæ imbecillitatis, paullatim hæc degener. Sede quidem fideque, ut campus aut mons placuit, discreta hæc egit. Enimvero a contactu Gnosticæ superstitionis inviolata non mansit. Media enim inter Judaicam & Christianam, animoque neutrò inclinato, juxta utrique invisâ, sicut & Mu-



hammedanæ, cujus in partes nec transgressa est, perosa fuit 19). Neque tutus, qui suffugio quæsitus fuit, sinus: quo secretior, eo susceptor. Gentis ad conscientiam terminus quoque patuit: delubris sacrisque ejus libris incendio consumptis. Cujus tamen obstinata fides: & supremæ necessitates fortiter toleratæ. Quam vèro vim passa est, eam non nisi jactis probris ulcisci potuit. Hostisque communis religiosæ etiam voci, ut caprea frondi, sua solitudo illusit. Quæ enim hinc, illinc pro Mose & Christo missa vox fuerat, ea repercussu in contrarium versa est. Tamen quæ propria, eodem actu pluribusque modis fracta est. Atque subtilis meditatio pro easta mente templis illata fuit. Neque nisi umbra priscae simplicitatis superfuit. Nam actis de divinis disserere, quam credere, sanctius id visum est. Quod vero ita factum. Deus est anima mundi. Sed ea, ut humana, non visa. Quæ autem in mundo, sicut sol in oceano, manifesta. Neque iners hæc aut otiosa. Sui Numinis, ut ignis sui luminis, genetrix fuit. Eaque Phoenix (فِينِيس), nec mutabilis, nec interitura. Quæ etiam, ovo quasi posito in suo splendente domicilio (اِن), naturas, sui similes & perennes (فِينِيس), peperit 20). Quarum vero quæ prima albumine (بَيْضَان) exiit, fuit Mano (مَانُو) Rex lucis 21). Et secutæ sunt ordine aliæ Manæ (مَانُو), altera ex altera generata, Ignis vivus, Lux, Aqua viva, ipsaque Vita. Vita autem, quæ ultima erat, triplex: tantoque melior, quanto primæ origini propior. Quæ enim Prima dicta, ea sui constans, Numinique Supremo simillima. Ambitiosa vicissim, imperiique avida sua nata, quæ Secunda appellata est. Ejusque proles, quæ Tertia nuncupata, imprudens & austera 22). Introspicere in acherontis profundum, animus fuit.

VIII.

Visaque sua ibi imago etiam sui filii fiebat. Neque enim species hæc vana & inanis erat. Ortus inde Demiurgus, Fetahil dictus, qui callidus & potens. Nam undans illa moles, in qua ipse exstiterat, arcani sui igne sparso, in solidum coit 23). Generisque humani parens item conditus. Ficto autem corpore, mentem adjicere, in potestate non erat. Quæ divinitus tum inflata, orbisque novi imperatrix constituta est. Sed invidi, qui stelliferi erant gubernatores: jactuque quasi fulminis in terrestrem hi præcipites, nihil non mali ei anhelarunt. Tamen inductum fuit exemplum pessimum, ut optimum opponeretur. Etenim, Numinis non prohibente, versum nocteque ab inferis ruente erat cælum; quod illustre & purum Gabriel, quo non alius Aeon tempore prior, extulerat. Eodemque irato, qui tristis vicissitudinis rei fuerant, tam Demiurgus, ejus minister, conditus in robur & tenebras fuit, quam cohors stellaris, ejus magistra, flammans pro fulgente evasit. Quo autem propitio, missus fuit Aebel Zivo, Vitæ Nuntius, nec ulli Aeonum virtute secundus, qui defectioni sublunaris mundi, hominis primi suæque familiæ animo adversus doli machinatores firmato, claritudinem redderet 24). Cardio hic theologiæ Nasarææ: quem pluribus non versem, ne magnitudo libri, qui plura volumina complectetur, modum sumtus excedat. Res propalam collocata. Effingant, qui plus me otii ingenique habuerint, aliquid inde, quod perpetuo suum, atque ipsum aliquando exemplum futurum sit. Satis mihi erit, alieni operis interpretem fuisse. Quamquam haud scio, faciliusne fuerit, idem quam aliud efficere. Suo enim argumento illinc servire oportet, hinc vero dominari licet. Meoque ceterum ambiguo, etiam, ubi erratum fuit, excusatius id accipietur.

1) Regius hic et Parisiensis N. 309, in charta bombycina et crassa scriptus. Duaeque ejus partes, ita dispositae, ut, dum altera lectori patet, altera inversa maneat. Quarum vero majori, quae praecedit, addita haec subscriptio:  *Ordinatus & absolutus fuit liber hic precationis, nautice Vita Prima, item nomine Nuntii Vite hujus Javar, fiduciaque in Rege summo lucis collocata, versio die hebdomadis, & quidem decimo tertio mensis Piscium, anno 1042, in urbe, praecipue circumflua, atque subsellio ebesurarii Ganam bar Mebatam bar Zakio, gubernante autem Mahamad bar Meharak. Descriptus inquam ille a me dextrorsum, sinistrorsum (i. e. rotas), exaratusque in urbe Baura, ob aqua copiam famosa, & in eade doctoris Saadan bar Baftiar, qui fratrem Balbul habuit, & cui sua peccata Nuntius Vite remisit, ea, qua gubernator Ali Pascha bar Afrasiab commisit, ipsi non remittens. Posterior, quae minor, manca, tamen longius protracta est. Utraque literis suae gentis (quales in specimine Codicis impressi a lin 9. p. 2. ad lin. 1. p. 4. subjunctq. comparent) scripta, trigintaque plus ante annis a me descripta, ob earum vero inopiam Syriacis nunc vulganda. Appellatus vero hic liber  *Lisurgia Adami*, divinitus ei data, statoque tempore, ut Judaeorum , secundum anni cyclum, Narsareis recitanda. Ejusque plura jam pridem documenta a me publicata:*

) \* (



quae titulis, *de religione & lingua Sabaorum, Stella Nasaeorum Aeonae, de Divinitate Nasaeorum,* et *de Rege lucis, culto Nasarair,* cognita: rudi autem initio, meliori progressu, atque utinam nec fine hoc citra metam. Prima cura fuit, monstrare Codicis quaedam lineamenta; habitumque sui oris effingere, media; sed formam totius exprimere, ultima erit. Quae vero imago si suo exemplo comperta fuerit similis, optandum quoddam me consecutum esse putabo; sin minus, haec consolatio occurrit, quod imitatio re sua, ut umbra corpore, effigies facie, minor necessario fiet.

2) In Madaeorum alphabeto, a Thevenot, Kaempfero, aliisque publicato, literis gutturalibus sua cuique figura data fuit. Quae vero saltem in eorum scriptis non nisi una est. Eaque liseræ  $\aleph$  propria. Quamquam vicem quoque ceterarum subinde haec gerit. Tamen, et in universum, ut Samaritane  $\aleph$ , sic Galilaeae  $\aleph$  aut ejus loco  $\aleph$ ,  $\aleph$  pro  $\aleph$ ,  $\aleph$ ,  $\aleph$  substituta. Tantique turbamenti testis est annexa codicis nostri scedula. Testes etiam Talmudistae (in עירובין), Galilaeos loquendo literas gutturales non modo confudisse, sed etiam sustulisse; ita ut c. g.  $\aleph$  agnus et  $\aleph$  lana similiter, atque  $\aleph$  pro  $\aleph$  hic pronuntiaverint. (Buxt. Lexic. p. 435, 436). Atque auctor est Drusius (Obs. L. IV. c. 10), Syros quoque literas  $\aleph$  et  $\aleph$  aliquando detraxisse. Mutatus autem sic fuit valor literarum gutturalis, utpote tenori vocali proximus, ini pectoris aut subraucus; et Galilaeae ut Graece nollitus ille aut dissimulatus. Neque pro sede et genere idem ubique sibi constans. Tamen, salvo meo officio, corrigendus non fuit. Vitium suo quodque loco ex facili observabitur. Peto autem errati veniam, ubicumque vocales, quae Syriasmo conformandae fuerunt, morem Chaldaismi retulerint. Quam etiam, ubi particulam  $\aleph$  pro  $\aleph$ , et vice versa, posuerim, impetrabo. Et quidem eo facilius, quod non modo Aramaee et Arabice, sed et Hebraice vices illae alternant. E. g.  $\aleph$  promiscue cum  $\aleph$ ,  $\aleph$ ,  $\aleph$ , alia exempla ut praeteream, constructur. Inexorabilis certe non erit iudex, quando duplici onere, inveniendi legenda lectaque transferendi, pressus conciderim.

3) Habitavit gens Nasaraea perinde ac tribus Manasse in Galilitide et Basanitide, regionibus trans Jordanum (Epiph. contra Nasar.); ut, credo, illa suae linguae, quomodo haec avitae miseriae (ratio nominis subjecta Gen. 46, 20) oblivisceretur. Circumsonae voces Samaritanae et Syriacae, et, quae Galilaeae, iis resonant. Atque illinc effeminare sonum literarum, ut gratior sermo, hinc minuere numerum syllabarum, ut expeditior fieret, coeptum est. Utrimque vero vocum tam materiam quam formam sic temperata, singularis quaedam tantumque sui similis loquendi consuetudo nata fuit. Ejusque proprium evasit, characterem sive *numeri* et *generis* Nominis, sive *speciei* et *personae* Verbo demere, ut volubilitati oris nec inde aliquid morae necteretur. E. g.  $\text{ܘܢܘܪܐ}$  pro  $\text{ܘܢܘܪܐ}$ ,  $\text{ܘܢܘܪܐ}$  pro  $\text{ܘܢܘܪܐ}$ ,  $\text{ܘܢܘܪܐ}$  pro  $\text{ܘܢܘܪܐ}$ ,  $\text{ܘܢܘܪܐ}$  pro  $\text{ܘܢܘܪܐ}$ ;  $\text{ܘܢܘܪܐ}$  pro  $\text{ܘܢܘܪܐ}$ ,  $\text{ܘܢܘܪܐ}$  pro  $\text{ܘܢܘܪܐ}$ . Superfluum ex contrario visum non fuit, voci, a duabus consonantibus pronuntiatio arduis incipienti, more Arabum in loquendo, signum vocalis praemittere. E. g.  $\text{ܘܢܘܪܐ}$  pro  $\text{ܘܢܘܪܐ}$ ,  $\text{ܘܢܘܪܐ}$  pro  $\text{ܘܢܘܪܐ}$ . Quibus autem, defectu aut excessu laborantibus, etiam addenda, quae literarum haud infrequens commutatio aut transpositio est. E. g.  $\text{ܘܢܘܪܐ}$  pro  $\text{ܘܢܘܪܐ}$ ,  $\text{ܘܢܘܪܐ}$  pro  $\text{ܘܢܘܪܐ}$ ,  $\text{ܘܢܘܪܐ}$  pro  $\text{ܘܢܘܪܐ}$ ,  $\text{ܘܢܘܪܐ}$  pro  $\text{ܘܢܘܪܐ}$ ,  $\text{ܘܢܘܪܐ}$  pro  $\text{ܘܢܘܪܐ}$ ,  $\text{ܘܢܘܪܐ}$  pro  $\text{ܘܢܘܪܐ}$ ,  $\text{ܘܢܘܪܐ}$  pro  $\text{ܘܢܘܪܐ}$ . Neque, quae Nominis *Emphatici* et Pronominis *Suffixi* perturbatio est, iis eximenda. E. g. in schedula nostra  $\text{ܘܢܘܪܐ}$  pro  $\text{ܘܢܘܪܐ}$ ,  $\text{ܘܢܘܪܐ}$  pro  $\text{ܘܢܘܪܐ}$ ,  $\text{ܘܢܘܪܐ}$  pro  $\text{ܘܢܘܪܐ}$ . Cumulumque literarum gutturalium elisio adjicit. E. g.  $\text{ܘܢܘܪܐ}$  pro  $\text{ܘܢܘܪܐ}$ ,  $\text{ܘܢܘܪܐ}$  pro  $\text{ܘܢܘܪܐ}$ . Unde, et certamine tam ancipite, ejus fortuna etiam varia fuit.

4) Non satis, quod voces dissimulatim aut simulate quaerentem, consilii ambiguum, longe lateque circumduxerunt. Ipsae etiam res fucosae et fallaces. Ideae istae personatae: quae vacuae et inanes studium indagantis, ut umbra manum prensantis, facile effugerunt. Easque sum-

ma, ima petentes, aut ea miscentes, consequi, supra aemulantis invidia saepius positum fuit.

5) Editio hujus operis, pro mediocritate hujus quantulaecumque facultatis, jampridem prelo parata. Signa vero vocalium Syriaca, ipsi necessaria, nobis defuerunt. Neque, nisi oppressa tyrannide, quae orbi terrarum imminuit, haec potiundi potestas data est.

6) Experimento fides. Displicui vertens  $\text{לֵאָוֹזְ לְאֹס}$  *Spiritus Sanctus* (Stellae Nasar. p. 5.). Ideoque, et quasi praesagio tantae irae (Gotting. Gelehr. Anzeig. N. 89), quamquam nihil ultra verba peccatum fuit, istam versionem in *Spiritus Venerem* mutaveram. Tamen haud scio, consideratusne id factum fuerit. Nam triginta Aeonibus, quibus Pleroma Valentinus diceverat, quatuor etiam Coelibes, Horus ( $\text{בֹּאֵל}$  Cod. 322, 13, unde Gr.  $\text{Ἡλίας}$ , Sol.) Christus, Spiritus Sanctus (sic dictus a Gnosticis, non Nasaraeis cultus) et Jesus accesserunt. Cetera imperite aut inverecunde. Neque, utcumque haec et similia animadverta erunt, magno in discrimine ponam. Nec invidiam, si, qui sua magnitudine umbram mihi fecerit, ipse clarior visus fuerit.

7) Math. 26, 69, 71, 73.

8) E. g. Joh. 1, 1. ( $\text{ὁ λόγος ἦν}$ )  $\text{πρὸς τὸν Θεόν}$ , sensu, non verbo, pro  $\text{παρὰ τῷ Θεῷ}$ . Neque enim  $\text{πρὸς}$  per se *apud* significat. Notio hujus propria, ceterasque complectens, vi suae originis  $\text{מִן$  est *respectus rei*, vel ad rem *habitus*. E. g. Hez. 17, 6:  $\text{מִן$  *respectu* (*ramorum suorum*). Deut. 23, 12  $\text{מִן$  *respectu* (*vespera, i. e. ad vesperam*). Stabit pro ratione auctoritas etiam Ciceronis (Epist. ad Attic.). Qui (*Sed accipienda plaga est; sumus enim flagitiose imparati*) *tam a milibus quam a pecunia*, Graece vertit  $\text{τῆτο μὲν πρὸς τῆ στρατιῶτιν, τῆτο δὲ πρὸς τῶν χρημάτων}$ . Evaluit vero penes Scriptores N. T., non Latinales, aut profanos, hujus notio Galilaeae *apud*. E. g. Cod. Nas. p. 8. L. 18.  $\text{γὰρ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ πρὸς τὸν κόσμον, καὶ πρὸς τὸν κόσμον, καὶ πρὸς τὸν Θεόν}$  *notio ea poterit quisquam & discreverit, praeter Veram, quae apud se (Rem lovis)*

m, Sicut et v. 3. πάντα δι' αὐτῆ ἐγένετο illustrantur his Cod.  
 Nas. p. 64. L. 22: אֵת כְּחַטְוֹ אֵת שֶׁכֶּהוּ יְהוָה עָשָׂה בְּכַל דְבָרָיו  
אֵת שֶׁכֶּהוּ *Dixit Rex summus lucis hoc verbum; suoque verbo, quicquid vir,*  
*factum fuit.* Ideoque Graeca citata Syriace etiam reddita: כְּכֹחַ שֶׁכֶּהוּ  
אֵת שֶׁכֶּהוּ אֵת שֶׁכֶּהוּ אֵת שֶׁכֶּהוּ Alia exempla ut silentio transeam.

9) Ibez Schahna (in Libro de Primis & Postremis) ita:  
 أمة القدس وله صلة قديمة اثبتوا الها قديما ويسوه  
 بينان يعنون به الله والها متخالوتا من الظلمة  
 ويسوه احسن يعنون ابلهس يعظون النور حتى  
 يعبتوا للنار ويحتسزون من الظلمة فقالوا بالجابري  
 وانه خالف النور والظامة وانه واحد لا شريك له  
 وان الخير والنشر والصالح والفسان انما حصل من امتزاج  
 النور والظلمة ولو لم يمتزجا لما كان وجون العالم ولا يزلا  
 يمتزجا الي ان يختص الخير الي عالمه والنشر الي عالمه

*Saturans Persa, quibus pervecessa est religio, duo Numina, unum Aeternum, quod*  
*Divinum, alserans ex Tenelris factum, quod Ahreman, significatu Plusonium, ap-*  
*pellant. Tantique Lucem, & quidem usque ad Ignis cultum, faciunt, in quantum*  
*& Caligine sibi cavent. Asserunt tamen, utriusque & Lucis & Caliginis creatorem*  
*Deum fuisse: quem quoque anicum sociique expertem esse affirmant. Quicquid*  
*autem boni vel mali, probi vel imprabi fuerit, id ex missione Lucis & Caliginis ex-*  
*nivisse putant. Sicut & mandum nec, nisi duobus his mixtis, oriri potuisse; nec,*  
*nisi illis discrevis, quando ad suam mundum quicquid boni, mali fueris, reditrum*  
*est, interire posse, contendunt. Cfr. Syst. Theol. des Perses par M. Anquetil*  
*du Perron. Hinc illa γνώσις: - cujus oppugnatae indices in N. T. voces*  
*αἰων, ἄρχων τῶ κόσμου, ἀσάρτες πλανήται, δοξα, θεσιότητες, θεόνοι,*  
*αυριότητες, λόγος, μονογενής, αληθωμα, σεραϊς ζάφω, ακυτος, οηήω-*  
*μα, σοιχέια, ζωή, φως etc. Quarum vis obacura erit, donec, quas*

spectant, res sat cognitae non fuerint. Quibus vero virgatum hoc sui arcanum lucem portendit. De origine hujus philosophiae scripsit copiose Cl. Moshemius (Instit. Hist. Eccles. p. 39, 66, 93, seq.) Inclinatque animus, ut credam, Gnosticorum Nus et Achamoth (Lib. cit. p. 102. 103) a Nasaraeorum Anusch et Amamet non differre. Similes sunt appellationes: eaeque ductae, una ex **אנוש**, **أنس** *humanus fuit*, altera ex **אחמת** *caesecit*; sicut Spiritui nomen Leibat, per syncopon Libat (Cod. p. 54. L. 3.) ex **להב** *inflammavit* inditum videtur. Neque dissimiles, aut virtutes, quae prioribus, aut pravitates, quae posterioribus tributae sunt.

10) Act. 8, 9, 10. Moshem. Lib. cit. p. 64.

11) Epiphanius (contra Ebionitas) ita: *Ebion habuit — Nasaraeorum opinionem, Cerimbianorum (mundum ab Angelis conditum fuisse, fabulantium) formam, & Christianorum appellationem — & conjunctus illis (Nasaraeis), uterque de propria improbitate alteri impertivit — Et Christus ex semine viri esse decrevit.*

12) Epiph. contra Ebion. Diodor. Sicul. L. II. c. XLVIII. Plin. L. XII. c. XVIII.

\*) Cod. p. 35.

13) Epiphanius (contra Nasar. et Hemerobapt.) ait, Nasaraeos nec carne vesci, nec sacra Numini piacularia parare; Hemerobaptistas vero, quibus hi succedere, in aquam, ut quaevis macula peccati abluatur, se quotidie mergere. Dicti autem Arabibus hi Sabaei, probabiliter a **صابغ**, **صبغ** *insinxit, immercit* (De lingu. et Relig. Sabaeor.).

14) Ignatii a Jesu Narrat. orig. et error. Christian. S. Joh. Kaempfer. Amoen. Exot. p. 435 seq. Assem. Bibl. Orient. T. III. P. II. p. 609. Herbel. Bibl. Orient. p. 725.

15) Kaempfer. Lib. cit. p. 449. 451.

16) في أرض القدس موجود ناس الجليليين  
أصبحوا بضعة وأهم نيكو مائة وخمسون سنة قفارة

من بلاد المذكور وتوجهوا الي بلاد المرقب الذي  
هو ناحية في فواحي جبل لبنان واستقروا هنا  
الي يومنا هذا واستسروا في ديانتهم وهي خصوصية  
ينزلوا في سيرة مار يحننا البعداني وما هم يهون  
ولا نصاري بل ديانتهم هي ما بين الاثنتين وهذه  
عن ايدها كهنتهم يلبسوا في وقت الصلاة ثوب من  
جلد الحمل ويتعدسوا العسل والحجران ويفرقوا الواحد  
والاخر بعد الصلاة الي جميع الحاضرين فالغايبين  
ياخذوا من الاثنتين لهم للمبيت فكلهم يقبلوا هذه  
الاشياء بكل اكرام واليوم الذي يتناولونها في ذلك  
النهار يستقيموا متوحدين، وقليلين الكلام ويسمعوا  
كلام الله وانا تكلموا يتكلموا كلام روحاني  
فانهم في الشهر مرة يعملوا وعظا في جامعهم وكرزهم  
هو حساب ديانتهم ويتنضي في نور العالم وداينا  
ينندوا من قول يحننا في البدن كان الكلمة  
والكلمة كان عند الله والله هو الكلمة وهو  
عجيب انهم يعتقدوا في قول يحننا وما يعتقدوا  
في المسيح انه اني للعالم كابدن الله بل انه نبي  
بعد يحننا فلم كنيسة ولكن ما فيها شي لا صورة  
ولا شخص بل جرن للعباد وحسرة في الارض ولما  
يصلوا يشعلوا سرج وشموع ويضعوا العسل والحجران  
في نصف الكنيسة ويدوروا بالشموع دايرها ثلاثة  
مرة قائلين محبة في ايينا يحننا يا رب استجب  
لنا وخلصنا من جميع اعدائنا وانر معقولنا لكي  
يضي علينا نور الديانة الحقيقية ولما يذنبوا من  
صلاتهم يناولوا الكهنة العسل والحجران جميع  
الحاضرين والذي ما حاضر ياخذوا له من هذ

للبيت وكذا يعملوا مرتين في الجمعة الخميس  
والاحد فالكاهن في وقت خدمتهم في الصلاة والكرز  
يلبس مشالاح وقبة من جلد الجمل وفي يده عصا  
ولما يكرز يتجيب الشهادة في لسان التجليلي اما  
التفسير في لسان العربي لانهم ما يغموا في لسانهم الا  
العلماء والكهنة فالكرز يقرأ غايبا اما الشهادة يجيبها  
قاريا وهي من سفر يحننا فلما الكاهن يكرز يغلقوا  
الباب ويوقفوا نواظير علي الباب وجميعهم يستقيموا  
ساكتين بحاشية واناب واحترام محنسين الراس  
وايديهم مكتفين فيعملوا عيد مار يحننا في السنة  
لربعة مرة في يوم مولده يصلقوا الفصح ويخلطوه في  
النربيب والتجونر والتجران والعسل وغير اشيا ويملوا  
الصحنون ويرسلوا الي بعضهم وذلك النهار ما ياكلوا  
خلاف ذلك لكن الكاهن يصلي علي هذا السلوق  
وكل واحد يحمل صحنه علي راسه وشعة مضوية  
في نصف الصحن ويدايروا دايير الكنيسة مرتين واخيرا  
الكاهن ياخذ من السلوق ويعرق لكل واحد ففي  
يوم عيانه يجددوا العباد يعني يروحوا جميعهم الي  
الما ويحي الكاهن ويعرق في يده وعلي راسه قبة من  
جلد الجمل وياخذ جرة ويبلها ماء ويرش علي  
الما خارج من الماء قايلنا اجدن عبادكم باسم ابينا  
ومنقذنا وكما عند المسيح اليهود في الاربن  
وخلصهم هكذا يخلصكم وبالاخير ينزل هو ايضا  
في الماء ويغتسل فبعده يرجعوا كلهم صاغئين وصغنين  
الي الكنيسة والكاهن يطعمهم العسل والتجران ففي يوم  
قطع راسه يندجوا في الكنيسة قايلين مخلصنا في  
هذا اليوم قتله هرونس يزيه للة اعداب اللعين ففي

يوم العجوبة التي عملها يحنا قاتلا الذين الذي طلع  
 من بحيرة طبرية وظهر ناس كثير يدانوا كل  
 حيواناتهم ناور الكنيسة ويفرحوا كثيرا والذين لهم  
 مال ودين يسافروا الي الجليل ويعملوا هناك هذا  
 العبد ويجيبوا ايضا معهم الضعفة لكي قديسهم يشفيهم  
 ويمشوا حافين ولما يصلوا هناك يدخلوا الي معبدهم  
 وهو قديم وبعيد عن جبل طبور صديكر عشرة ساعات  
 وبعد ما صلوا وسجدوا يفرق الكاهن لسلامت روجهم  
 العسل والجراد \*

Partem terrae, cui nomen Sanctae dictum est, olim gens Galilaea  
 tenuit. Et opibus ea satis valida. Saeculum vero et dimidium est, ex  
 quo illinc ea transgressa, in tractu Libanensi, qui Mercab vocatur, se-  
 dem fixit. Et hoc in processu ad nostram usque aetatem singulari super-  
 stitione vitam traducere et datum est. Nam Johannem Baptistam sui  
 conditorem venditat. Quae adeo secta inter Judaismi suprema et Chri-  
 stianismi primordia recte media collocatur. Et hi sui ritus. Qui sacris  
 praest, vestem et tiaram, pelle camelina utramque factam, gerit. Item  
 mel et locustae vicem sacramenti sustinent. Quas etiam res consecra-  
 tas distribuere praesentibus, et absentibus domum mittere, pari religioni  
 est. Neque una alterave species sine summa veneratione accipitur. Et  
 dies, quo id fit, festus. Abstineretur profanis, sive otii sive negotiis,  
 decet. Pauca verba, eaque pia: atque ubi plura, non alia res in ore  
 versatur. Sic et una per mensem vice concio in templis habetur. Et  
 haec sacro avito congrua. Cujus vero argumentum praecipuum est mui-  
 di lumen, ducto semper initio a Johannis sententia: *in principio erat*  
*Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Tamen (quod  
 mirum) quae fides Johanni additur, ea Messiae demitur. Neque enim  
 hic Dei Filius, sed vates, Johannem secutus, ex persuasione gentis fuit.  
 At templum omni ornatu vacuum. Et tabulis pictis aut imaginibus occu-  
 pi non tenentur. Baptismo initiatum vas, stercoraque tectum fani so-

) \* \* (



lum videre tantum licet. Media pars melli et locustis propria. Tamen, et divini cultus tempore, luminibus et lucernis id collucet. Atque ter hoc obire gentis sollemne est, suscepto voto: *Johannes, quem parentis loco colimus, se precamur, propitius sis nobis, nos ab omni vi hostili tuaris, utraque religionis laes nostram mentem laedere jubens.* Et voto hoc soluto, quisquis affuerit, sacramenti supra dicti particeps fit. Quemadmodum nec illius, quicumque domi haeserit, expers; quoniam ad suum laerem id delegatur. Bis per septimanam, et quidem die Solis ac Jovis, rafe non intermittitur. Et sacerdos, sive in aram sive in suggestum adscenderit, humerale et capitis sui insignae induat. Scipio autem manu tenetur. Et concionabundus concionem suam Galilaeae inchoat, sed Arabice persequitur. Antiquae enim linguae omnes praeter pontifices literisque eruditos sunt rudes. Sed cum memoriter oratio, tum quicquid testimonii loco allatum fuerit, e saero gentis codice recitatur. Quo tempore fores sunt obseratae: etiam custodibus portae appositae. Et omni spatio pudoris et modestiae silentium servatur: inclinato capite manibusque junctis. Quae pietas praeterea quatuor et annis, Johanni dedicatis, festis cumulatur. Primum die ejus natali triticum coquitur: uvis passis, nucibus, melle et locustis, aliisque rebus infusis. Et cibi hujus miscelli plenas ad marginem pateras ultro citroque muneris loco mittere mos est. Neque hoc die alius quam iste cibus capitur. Sed hujusmodi decocto bene precari, et orbe circa sacellum facto (quem vero quisque suam pateram cereolo illuminatam capite gestans et cantans, facit), id omnibus dilargiri, sacerdotis est. Tum die, quo baptismum Johannes instituit, sacrum hoc piaculare repetitur. Scilicet ad aquam in commune fit concursus. Et interest pontifex, atque ille vexilifer, nec sine carmelina suae frontis gloria: qui aquae haustu (hydria in manu est) et adpersu, singulis fluvio egredientibus dicit: *remoto baptismum vestrum in nomine patris & servatoris nostri Johannis: qui quomodo baptizavit Julius in Jordano eosque servavit, vos etiam servabis.* Ad ultimum salutari lavaero se ipse immergit. Et posthaec universa cohors inter plausus et cantilenae templum petit, ibi mellis cum locustis, ministrante hoc pontifice, particeps futura. Deinde eo die, quo praecisum caput Johannis fuit, perse-

nat templum ejulatu hoc lugubri: *optimam nostri auspicem hodie inserfci*  
*Herodes jussit, q̄risque, quibus eum devovere fas est, Deus exaudias!* Et tan-  
dem quo die draconem, e lacu Tiberiade reptandum magnaëque stra-  
gis auctorem, occidisse Johannes creditur, jumenta et pecora circa fa-  
num in gyrum magna inter gaudia agere, caerimonia est. Cujus vero  
miraculi memoriam, qui satis pecuniae et virtutis habent, in Galilaen  
celebrant, eoque loci nudipedes contendunt: etiam male sanis (nam  
salutis per suum Sanctum recuperandae spes est) secum ductis. Quo  
autem ubi perventum fuit, fanum introeuntibus patet. Vetusti id ope-  
ris, spatioque diurni itineris a monte Tabor remotum. Et supplices in-  
ter preces corpore ibi prostrato, gentili sacramento, melle et locustis,  
mens obligatur.

17) מנדאיה Mandajo (Syrïace مندائ Mendai), verisimiliter  
ex מנדא, et notione *instituti* v. *instituenti*: addito interdum מנדא  
Zabiz i. e. Johannes.

18) Ita sentit Ignatius, qui diu inter Mandaeos vixit (Lib. cit.).  
Neque dissentit Assemanus (Lib. cit. p. 609). Kaempfer. Lib. cit.  
p. 437 seq.

19) Kaempfer. et Assem. loc. cit.

20) Cod. p. 131 143 seq. Sic etiam Indiani. Parabrahma,  
Deus aeternus, posuit ovum, ex quo orti Brahma (Terra), Vish-  
na (Aqua), Shiva (Sol): quorum generationi, ut sol aquae, inter-  
fuit. Syst. Brahm. p. 66. 68. Cfr. Asiat. Respatches. T. I. p. 244.  
Zend-Avesta T. I. P. II. p. 415. Gen. 1, 2. Ps. 18, 11. 104, 3.

21) Neque aliter Indiani. Manu filius Solis. Muni Spiritus,  
Planetis praepositi; quorum praesides Venus, Sol, Luna, Mercurius  
(Syst. Brahm. p. 62. 70. 159).

22) Cod. p. 135.

23) Cod. p. 509 169. Haec in Codice de Demiurgi appellatione:  
מנדאיה מנדאיה מנדאיה מנדאיה מנדאיה מנדאיה מנדאיה מנדאיה  
מנדאיה מנדאיה מנדאיה מנדאיה מנדאיה מנדאיה מנדאיה מנדאיה

Festinus sum filius : quem parens Geniorum sibi praeceperat, et quem filium Festa-  
 bilis, id est, aperte intuentem, aperitis oculis, quamvis hi aperti non erant, appella-  
 vis. Quibus inde accedunt quoque haec de mutato Septem Stellarium  
 colore: *סגולות, פסוקים, פסוקים, פסוקים, פסוקים, פסוקים, פסוקים*  
*פסוקים, פסוקים, פסוקים, פסוקים, פסוקים, פסוקים, פסוקים*  
*פסוקים, פסוקים, פסוקים, פסוקים, פסוקים, פסוקים, פסוקים*  
*פסוקים, פסוקים, פסוקים, פסוקים, פסוקים, פסוקים, פסוקים*  
*פסוקים, פסוקים, פסוקים, פסוקים, פסוקים, פסוקים, פסוקים*  
*פסוקים, פסוקים, פסוקים, פסוקים, פסוקים, פסוקים, פסוקים*  
 Prodiere in ejus conspectum. Septem  
 Stellares, corrupti & corruptores : specie sua sanguinis rubentis, a quo specie ru-  
 bedini haud dissimili, utpote hac specie nec splendens, nec albescens. Omnesque hi  
 impropert; ut & colorem sanguinis referunt; eorumque praeterea nomen in ore  
 non suave est.

Haec habui, quae praeferer. Sed unum omisi. Dandum hoc  
 fuit argumento, ut ipsi aemulus scriberem. Cujus quoque vim et pro-  
 prietatem ut ubique exprimerem, studui. Enimvero, quod animad-  
 verti, non mihi semper in eadem re constiit. E. g. p. 58. L. 11.  
 פסוקים (Legi פסוקים) פסוקים פסוקים פסוקים פסוקים פסוקים פסוקים  
 verti *Vita nihil sanctius*:  
 quae vero alibi melius ad verbum *Vita omnibus operibus pura* transtuli. Ta-  
 men, et in commune, verbum pro verbo, obscurum pro aequae obscure,  
 reddere non debui. Etiam iis, qui haec Latine legent, Galilaeo vero di-  
 judicare nescient, consulendum esse putavi.

24) Cod. p. 25. 167. 179. 185. 195. 221.

Legendum פסוקים pro פסוקים in lin. ult. p. 2: fracta sub prelo  
 littera.



○ ۰۰ ۰۰ ۰۰ ۰۰ ۰۰ ۰۰ ۰۰ ۰۰ ۰۰ ۰۰ ۰۰

۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰

۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰

۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰

۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰

۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰

۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰

۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰

۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰

۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰

۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰

۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰

۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰ ۰



**CODEX NASARÆUS,**  
**LIBER ADAMI APPELLATUS,**  
**SYRIACE TRANSSCRIPTUS;**  
**LOCO VOCALIUM,**  
**UBI VICEM LITERARUM GUTTURALIUM PRÆSTITERINT,**  
**HIS SUBSTITUTIS.**



*Mi Domine celebrande:*

In nomine Vitæ summæ, novissimæ creaturarum lucis, excellentissimæ, supremæ omnium operum. Quod salutare, innoxium & propitium sit, precor Adamo Zuhrun bar Scharat, patri meo Jahia Baktiar bar Anhar Jasmin, matri meæ Scharat fat Anhar, uxori meæ Mudalal fat Scharat, uxori meæ alteri Samra fat Scharat, natis meis Adam, Behram, Semat Adam Zuhrun, Sam, & Bajan, filiis conjugis Mudalal, fratribusque meis Mehatam bar Scharat, Ram bar Anhar, & Adam Juhano bar Anhar Jasmin. Quorum nominibus Præco vitæ domum thesauri instituet, ut & idem, tradita insigni doctrina, subsidio its, qui, fiducia in nomine Vitæ posita, horum memor præceptorum in tellure fuerint, erit, eorumque memoriam consecrabit. Impe-  
trabunt quoque cujusvis delicti veniam sui omnes discipuli & Mandaitæ, qui his præceptis eruditi, dicto audientes Vitæ, Vitæque Primæ \*) reverentes comperti fuerint. Venerandus casta mente es, mi Domine, qui dominus omnium es creaturarum. Adorandus flexis genibus, ore celebrandus magnopere, animoque & in perpetuum colendus est Deus maximus & supremus. Dignus est honore Rex summus lucis, Deus veritatis, potestatisque amplissimæ & infinitæ. Splendor ille purus, lux magna, nec unquam languescens. Qui & idem clemens, propitius, benignus, misericors, vindex omnium fidelium, conservator omnium bonorum, magnificus, sapiens, sciens, videns, discernens, rei omni imperans, dominus omnium creaturarum lucis, superiorum, mediarum & inferiorum. Vultus suus serenissimus spectari & definiri nequit: quomodo nec sui similem

\*) Distinguitur hæc a Vita Secunda et Tertia, de quibus infra.



1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

5  
stra corona, aut sui æqualem sua potentia habet. Qui ipsi confidit, non erubescet, qui ejus nomen vere celebrat, non cadet, & qui fiduciæ illius insistit, contemtim non aget. Dominus est maximus omnium regum; nec unquam fuit, tanquam qui non fuisset, nec unquam erit, tanquam qui non futurus sit. Ut etiam forma sua incomparabilis, neque ea mutabilis. Lucet ejus lux, quæ sui tantum similis nunquam deficiet. Lucet ejus lux: suusque splendor adornatus est omnibus creaturis regibusque, qui coram consistentes, tam suo splendore, quam aliena magnaque ipsos inhabitante luce collucent. Fecit etiam is locum petitioni gratiæque eorum, quorum cor occupat, & qui eorum consistentes, tam suo splendore, quam aliena magnaque ipsos inhabitante luce collucent: fecit locum petitioni & gratiæ eorum, quorum cor occupat, & qui versantes in nubibus lucis, adorando, celebrando, confitendo & orando Dominum celsitudinis; Regem summum lucis, prosequuntur. Non est mensura, numerus & terminus ejus splendori, luci & majestati. Totus est splendor, totus lux, totus pulchritudo, totus vita, totus justitia, totus misericordia, totus clementia, totus benignitas, totus oculi, totus visus, totus facies conspicua pulchritudine, totus judicium, cognitio & manifestatio, totus nomina quævis majestatis. Deus ille maximus, supremus: cujus vim nemo superaverit aut defieverit, cujusque virtuti ea, quæ omnium creaturarum, non restiterit. Rex est summus lucis, cui bene dicatur, & quidem maxime ab æterno & in secula sæculorum terminanda nunquam, creator omnium formarum, pulchrarumque opifex, retinens vero suæ sapientiæ, sui que obtegens, nec sui manifestus. - Rex est summus lucis, dominus



7  
omnium creaturarum lucis, augustior omnibus Geniis, Deus,  
omnibus superior, rex regum, dominus eminentissimus omni-  
um regum, splendor immutabilis, lux non occidua, pulchritu-  
do nitens nec desinens, vivens supra viventem, splen-  
dor supra quemvis splendorem, & lux supra quamvis lucem,  
defectus mendæque omnis expers, lux, cui aliquid obscuri non  
inest, vivus, cui mortale quid non inest, bonus, cui nihil mali  
inest, mansuetus, cui quod contumaciæ & iræ non inest, &  
mitis, cui nec quod bilis & amaritudinis inest. Sedens ille in  
aquilone alto, imperans, gloriosus, eminens, basis omnium lu-  
centium, & pater omnium Geniorum, benedicens omnibus  
creaturis, habitans super omnes pacificos, justos & fideles,  
quorum in ore suum nomen versatur. Rex ille civitatis Vitæ,  
per generationes iussa reddens. Et illius ut regnum stabili-  
tum, sic etiam splendor conspicuus & illustris, cui terminus,  
mensura, & numerus non est. Gaudet ipse gaudium, ab imbe-  
cillitate alienum, & in illius *sinu* gaudet omne suum regnum.  
Forma illius decora: nec suæ magnificentiæ ulla pulchritudo  
comparanda. Veritas est, quæ in gradu summæ altitudinis ha-  
bitat, Dominus celsitudinis, Dominus omnium Majestatum:  
nec ullus mortalium est, qui possit definire & eloqui, quæ ejus  
potentia sit, aut quæ habitacula suæ omnes creaturæ teneant,  
vel Geni Regesque occupent. Rex est summus lucis, firmus  
in sua sede, altior omnibus creaturis, in quantum terra suis  
incolis, sublimior omnibus, in quantum cælum montibus,  
splendidior omnibus, in quantum sol lucernis, & formosior  
omnibus, in quantum luna stellis. Qui naturæ suæ fines, in  
detrimento non obnoxii. Impositæ ei coronæ magnificæ:



**infinita sua potentia, & magnitudo, quæ utraque numero & sup-  
 putatione limitari nequit. Transeunt scintillæ suæ coronæ per  
 omnem locum, fulgoresque splendoris, lucis & gloriæ ex illius  
 facie ac inter suæ coronæ folia erumpunt. Omnes Genii, re-  
 ges & creaturæ. precationi & hymno insistentes celebrant Re-  
 gem summum lucis, a quo exeunt quinque radii magnifici &  
 insignes: primus lux, quæ illis orta: secundus flatus svavis,  
 qui eis adspirat: tertius dulcedo vocis, qua exsultant: quar-  
 tus verbum oris, quod eos erigit & ad confessionem pietatis in-  
 stituit: quintus species formæ cujusque, qua adolescent, sicut  
 sole fructus. Verum ore aperto Genii omnes, celebrantes  
 Regem summum lucis, profitentur: quis te celebraverit? quis  
 te magnificaverit? quis tibi benedixerit? quis te honoraverit?  
 aut prædicaverit tui prædicatione, quæ tui prædicatio foret in-  
 finita, aut tibi benedixerit benedictione, quæ tui benedictio  
 maxima & infinita foret, aut te magnificaverit in tua altitudine,  
 quæ tua altitudo immensa? aut te extulerit in tua profunditate,  
 quæ tua profunditas incomparabilis? aut sermonem habuerit de  
 tua potentia, splendore tuo tuaque luce, qui splendor am-  
 plior, quam ut loquendo comprehendi, & quæ lux major ac  
 grandior, quam ut orando dicendoque exponi possit? Benefi-  
 centia, bonitas & magnificentia Regis summi lucis, hæc ab eo  
 nascentia seque proferentia, definiri nequeunt: neque ea no-  
 verit quisquam & discreverit, præter Vitam, quæ apud te est,  
 & Genios ac nuntios, qui coram te consistunt. Creaturæ  
 omnes tui nominis nesciæ. Dicunt reges lucis, se invicem in-  
 terrogantes: nomenne sit magnæ luci? Iidemque respondentes:  
 nomine caret. Quia autem nomine caret, nec fuerit, qui illius**

١٦  
 ١٧  
 ١٨  
 ١٩  
 ٢٠  
 ٢١  
 ٢٢  
 ٢٣  
 ٢٤  
 ٢٥  
 ٢٦  
 ٢٧  
 ٢٨  
 ٢٩  
 ٣٠  
 ٣١  
 ٣٢  
 ٣٣  
 ٣٤  
 ٣٥  
 ٣٦  
 ٣٧  
 ٣٨  
 ٣٩  
 ٤٠  
 ٤١  
 ٤٢  
 ٤٣  
 ٤٤  
 ٤٥  
 ٤٦  
 ٤٧  
 ٤٨  
 ٤٩  
 ٥٠  
 ٥١  
 ٥٢  
 ٥٣  
 ٥٤  
 ٥٥  
 ٥٦  
 ٥٧  
 ٥٨  
 ٥٩  
 ٦٠  
 ٦١  
 ٦٢  
 ٦٣  
 ٦٤  
 ٦٥  
 ٦٦  
 ٦٧  
 ٦٨  
 ٦٩  
 ٧٠  
 ٧١  
 ٧٢  
 ٧٣  
 ٧٤  
 ٧٥  
 ٧٦  
 ٧٧  
 ٧٨  
 ٧٩  
 ٨٠  
 ٨١  
 ٨٢  
 ٨٣  
 ٨٤  
 ٨٥  
 ٨٦  
 ٨٧  
 ٨٨  
 ٨٩  
 ٩٠  
 ٩١  
 ٩٢  
 ٩٣  
 ٩٤  
 ٩٥  
 ٩٦  
 ٩٧  
 ٩٨  
 ٩٩  
 ١٠٠

nomen invocet, noscendæque filius naturæ insistas. Beati patris  
 cifici, qui te agnoverunt corde puro, mentionem tui fecerunt  
 mente justa, fidem tibi integro affectu habuerunt, benedixerunt  
 tibi ore omnis hymni, celebrarunt te lingua recta, & in te cre-  
 diderunt, labiis fidelibus, dicentes: unus est Rex lucis in suo  
 regno, nec ullus, qui eo altior, nullus, qui cum eo certamen  
 inierit, nullus; qui ejus similitudinem retulerit, nullus, qui,  
 sublatis oculis, viderit coronam, quæ in ejus capite est. Ille  
 est Rex summus lucis: cujus capite corona non decedit. Mons  
 est altissimus, quem non concutiet, quæcumque æris tempe-  
 stas fuerit. Gerit vestes pulchritudine novas. Neque, confi-  
 ciamus quas induat Dominus coronas, dicant filii gentium, qui  
 ne conficere quidem poterunt volamen, quod suæ volæ foret.  
 Non inveterascit vestis, qua ille vestitus; neque cadit tineæ  
 corruptrix in illius tegmen, quomodo nec occidit sol, qui in  
 suo conspectu est. Ita nec contudentur fulcra suæ civitatis,  
 neque turbabuntur coronæ in suo capite, aut decident folia co-  
 ronæ, quæ frontis suæ insigne est. Diffundit vero se flatus  
 svavis per folia coronæ, quæ frontis suæ insigne est: in or-  
 bem Geniis omnibus cum tripudiis euntibus. Celebrandus est  
 summus & potentissimus omnium Deorum, in principio omni-  
 um generationum Rex ille æternus. Comprehendi non poterit  
 ejus nomen nostro ore, neque nostris labiis illius natura. Ju-  
 dex est conscientiæ; nec in ejus ore mendacium. Stabilitas  
 est thronus Maximi & Altissimi, idemque immutabilis in secu-  
 la seculorum. Neque effinxerint corporum sculptores thronum  
 ipsi solium, neque domicilium ei sedem figuli aut ædificatores  
 struxerint. Rex est ab æterno, & durabit ejus regnum, in



חכמה לל דברים לא יתעסקו בלא שיהיה להם  
 פנייה בהם ולפיכך לא יתעסקו בהם ולפיכך  
 לא יתעסקו בהם ולפיכך לא יתעסקו בהם  
 ולפיכך לא יתעסקו בהם ולפיכך לא יתעסקו  
 בהם ולפיכך לא יתעסקו בהם ולפיכך לא  
 יתעסקו בהם ולפיכך לא יתעסקו בהם  
 ולפיכך לא יתעסקו בהם ולפיכך לא יתעסקו  
 בהם ולפיכך לא יתעסקו בהם ולפיכך לא  
 יתעסקו בהם ולפיכך לא יתעסקו בהם  
 ולפיכך לא יתעסקו בהם ולפיכך לא יתעסקו  
 בהם ולפיכך לא יתעסקו בהם ולפיכך לא  
 יתעסקו בהם ולפיכך לא יתעסקו בהם  
 ולפיכך לא יתעסקו בהם ולפיכך לא יתעסקו  
 בהם ולפיכך לא יתעסקו בהם ולפיכך לא  
 יתעסקו בהם ולפיכך לא יתעסקו בהם

secula non interiturum. Non tremit ipsi lumbus præ metu, nec  
 pertingit ad illum aliquid submolesti & anxii, quo die filii ca-  
 liginis, minime ei restituri, motum cierint. Momento iræ &  
 perturbationis ille non obnoxius. Rex lucis qui est, imperium  
 is tenet coronæ in æternum: neque regnum illius interiturum.  
 Rex est inauguratus & egregius civitatis, quam muri excelsi &  
 adamantini ambiunt, rex Magnatum, nobilissimus Geniorum,  
 præstantissimus Legatorum, Regibusque cujusque loci major.  
 Gaudet ipse, gaudet sua civitas, eoque totum ejus regnum gau-  
 det. Non habet patrem, natu grandiolem, neque primogeni-  
 tum, tempore priorem, neque fratrem, a bonorum parte here-  
 dem, neque gemellum sorte secum utentem. Ita ipsi nec cie-  
 tur discordia & dissentio in sua civitate: quemadmodum nec  
 coram reperti lanii, carnemque ad satietatem edentes, aut bi-  
 bentes vinum libidinis, cantumque pravitatis cantantes. Pari  
 modo nec nigrescet vestis, qua ille amictus, aut turbabuntur  
 coronæ, quæ in suo capite, aut suarum folia coronarum deci-  
 dent. Æque procul, ut existat in suo loco planctus, aut lamen-  
 tatio muliebri eum compleat: sicut nec ibi obvium mutationi  
 obnoxium cadaver, aut contaminatum morte domicilium: atque  
 nullum bellum, cui ipse die concursus sibi non consitet, vel a  
 fortissimo ei inferri poterit. Lætatur Rex filiis lucis: quorum  
 ubi unum appellat, mille ad ejus rogatum respondent. Con-  
 stituit idem Genios, verboque sui oris præmia in alto propo-  
 nit. Atque Rex ille omnium Geniorum Majestatumque, ge-  
 rens magnam coronam in capite, eminens & mitis, sua virtute,  
 quæ omnibus dominatur, fortes subigit. Tibi bene dicatur,  
 lausque a tempore finito in infinitum tribuatur. Major tua



potestas est ea, quae regum omnium loci tenebrosi est. Habitas loco lucido ac pulchro: & decora ac magna regio, in qua sedem habes. Bene tibi dicatur in hospitio bonorum, ubi permanes, in loco omnis benedictionis, qua laetaris: tuo corde omnibus tuis hospitibus exultante. Primo die tu prior: & in secula seculorum permanebis. Virtute summa voceque validissima dixit Rex lucis: fiant Reges lucis e splendore puro, luceque summa, nec unquam peritura. Procreentur, existant & confirmentur Reges hymni, quibus finis, numerus, & interitus non futurus. Qui omnes hymno pleni & consistentes celebrent Regem altissimum lucis: cujus splendor est amplior, quam ut praedicari ore carnis & sanguinis, cujusque lux major, quam ut extolli labiis possit. Eximius ejus splendor, & praelucens ejus lux omnibus creaturis: elegans & resplendens firmamentum, in quo illae versantur: neque mundus, in quo degit, interitum habebit, mundus hic splendoris & lucis, cui caligo non inest, mundus mansuetudinis, cui rebellio non inest, mundus rectitudinis, cui tumultus & ictus non inest, mundus aromatum, cui odor affligens non inest, mundus vitae aeternae, cui exitium & mors non inest, mundus aquae vitae, cujus odore reges exultant, mundus bonitatis, cui malitia non inest, mundus veritatis & fidei, cui mendacium & fraus non inest, mundus purus, cui mistura mala non inest. Celebrant Angeli splendoris Regem altissimum lucis in splendore, & luce, quam eis dedit: celebrant eum Angeli splendoris cum vestibus splendoris, quas eis dedit: celebrant eum Angeli splendoris cum tegmine splendoris ac lucis, quod eis dedit: celebrant eum Angeli splendoris cum cingulo splendoris, quod eis dedit:



celebrant eum Angeli splendoris cum coronis splendoris, quas eis disposuit: celebrant eum Angeli splendoris in virtute & veritate, quam eis dedit: celebrant eum Angeli splendoris in justitia & doctrina fidei, quam eis dedit. Omnes sunt mansueti, sapientes & mites, quibus malitia, mendacium, & fraus non inest, induiti vestibus splendoris, tecti tegmine lucis, commorantes & hospitantes inter se invicem, tamen non delinquentes alter erga alterum, neque peccantes mutuo, eminentes in suis firmamentis ea specie, quam oculis palpebræ præstant, scientiam suam manifestantes sibi invicem, quod primum & novissimum sit, sentientes, mille mille parasangis a se invicem disjuncti, luce tamen mutua lucentes, odore mutuo savæ, veritatem mutuo explicantes, sensaque sua mutuo declarantes. Remoti hi ab omni morte corruptrice: neque mors aut exitium iis imminet. Non senescent, eorumque robur non minuetur, neque ulli dolori aut laniationi subjecti. Vestes eorum non nigrescent, neque eorum velamina infuscabuntur, eorumque coronæ non liqueficient, aut flaccescent, quomodo nec sua folia decident. Admodum numerosi sunt, viventes, & stabiliti suo loco, non vagantes aut fluctuantes. Nullus inter eos grandævus, senectute confectus, aut abortus, utero matris elapsus: ut & nulla in eorum civitate causa agitur, ipsis inter se non disceptantibus. Ita nec esuriunt aut sitiunt, calori & frigori non magis, quam malitiæ & iræ, expositi. Et, quia bellum inter se non gerunt, nec in captivitatem abducuntur. Quomodo nec eorum firmamentum bestia vorax pede calcet, aut reptile quoddam malæ indolis inde procedit. Atque, ut nihil ligni pravi eorum arbutis; ita nec aliquid amaritudinis suæ sedis fructibus inest. Flores



vicissim, qui suarum arborum, non arescunt siccescuntque, & quæ earum folia non decidunt: in istum locum tineæ corruptrice non illabente, ejusque habitaculis perniciem non moliente. Neque principes, sine commiseratione prævaricantes, eis imperitant, nec, qui arrogantes & sine misericordia furentes, in eorum hospitibus versantur. Terræ suæ celsæ ac editæ: iisque nec ædificia præmii desunt. Quieta etiam & tranquilla sua maria, neque ea piratis exposita. Jordani hi creaturarum lucis, aquæ candidæ, redundantes, lacte candidiores, frigidæ, svaves, odorisque, qui præstantissimarum vitum aromatico fortior est. Genii regesque inde bibentes saporem mortis non degustabunt. Neque instabit eis quidam dies infelix, affligens & gravis, aut aliqua tristitia menti impendebit, sed innumeri sui anni, suaque vita immensa. Lætantur omnes & exsultant gaudio haud debili, satis superque in parvo habentes, & volitantes per regionem aëris candentis ortique eis splendoris, cui tenebræ non immistæ. Sunt creaturæ lucis, cum radiis nobilissimis, æque divisæ per Firmamenta, Habitacula, Jordanos, Arbusta, Genios & Reges, quos splendor, lux & venustas inhabitat, quibusque limes, alterum ab altero distingvens, deest. Lucentes & venustæ suæ formæ: aspectus faciei purus ac elegans instar chrystalli limpidi: & inseritur eis indies ac immititur vis, vox, verbum, & innocentia a Rege creaturarum omnium lucis. Persistunt hi omnes in precatione & hymno, studiis divinis curisque mirandis, meditabundi, & noscendæ doctrinæ sacræ Regique altissimo lucis celebrando intenti. Reges sunt, a Rege suo domino creati: afflatur ab iis odor svavis, aromaque quodvis lætitiæ: neque aroma hoc radicum, aut ille





odor abietum cujusdam luci est. Vigent læti omnes invicem,  
 ut nubes pluvie, arbores, terræque fruges, suaque species mi-  
 randæ pulchritudinis, suaque forma clara: & alter altero præ-  
 stantior, alter altero illustrior. Regi altissimo lucis bene dica-  
 tur, -ejusque nomen in sæcula seculorum celebretur. Genii, Re-  
 ges, Legati, Personæ, Formæ, Firmamenta, Habitacula, Terræ,  
 Edificia, Jordani, Arbores, & Splendor eas inhabitans, a Rege  
 lucis exstiterunt. Genii & Reges ab eo provocati: e terra Jor-  
 dani & arbores satæ: ex splendore & luce, quæ sunt, vestes,  
 tegmina & coronæ formatæ: nec illis aliquid deest & deficit.  
 Ille locus est locus vitæ, justitiæ, recreationis, veritatis, pacis  
 & fidei: & homini cuique, qui spem in eo & fiduciam collo-  
 cat, hic patens. Lætatur Rex Filiis lucis: qui vicissim de illo  
 inter se gloriantur: siquidem data eis ædificia & domicilia,  
 splendore & luce structa, quorumque parietes sunt veritas ac  
 venustas, quorum splendor præstantior splendore solis & lunæ,  
 quorumque pulchritudo elegantior hujus mundi pulchritudine.  
 Splendori hujus mundi aliquid admisti inest: iste vero splen-  
 dor est pulchritudo, quæ fæces non habet. Neque sua specie,  
 qui splendor hujus mundi est, ab eo, qui gemmarum, unio-  
 num & margaritarum est, differt. Quæ vero eorum terra est,  
 polo non insidet, neque per eorum firmamentum rotis circumit,  
 neque Septem Stellæ eos transeunt, neque Quinque aut Duo-  
 decim Stellæ eorum sortem versant: quomodo nec pulvis  
 in eorum semita, aut lutum in eorum Jordani reperitur. Ce-  
 leres sunt suo incessu, ut cor hominis, quod, atcumque pedi-  
 bus non ambulans, uno tamen momento ad quemcumque lo-  
 cum pervenit. Celer & lenis est eorum gressus, more radiorum



solarium, qui apparent oculis filiorum Adami, quique radii a  
 celo usque ad terram pertingunt. Erumpentes hi mutuo, stil-  
 lantes, mutuoque e thesauro adornati, mutuo tamen non pec-  
 cant, neque mutuo, sicut splendor solis, ventus, ignis & aqua  
 hujus mundi, delinquunt. Quod iis in cibo est, id ex bonis  
 Jordani sui que arbusti fructibus petitur. Infinita & immensa  
 eorum puritas: neque virtutem eorum prædicare in potestate  
 erit. Ita dicere fas est: poteritne corpus foetidum te celebra-  
 re, aut lingua vana? Si haberemus, aut os instar maris, aut  
 linguam velut rupes in eo medio præcipites, aut labia ut bina  
 ejus littora, definire & prædicare tuam potentiam non posse-  
 mus. Profecto, quantumcumque tuarum creaturarum habeatur,  
 tuam, mi Domine, virtutem eloquendo assequi non valeret.  
 Beatus, qui te novit: beatus, qui loquitur tui sciens: beatus,  
 qui te ipse dignoscit: beatus, qui te aliis dignoscendum præ-  
 bet: beatus, qui ipse in te spem vere habet: beatus, qui aliis  
 spem in te habendam facit: beatus, qui continet se in tua sa-  
 pientia, ab errore autem & confusione hujus mundi abstinet.  
 Beati pacifici, justi & fideles, qui te noverint & dignoverint.  
 Ascendent hi innotue, locum lucis visuri. Bene tibi dicatur, &  
 celebreris, mi Domine, rex summe lucis, hoc tempore & in se-  
 cula seculorum. Factum tuo verbo, quicquid sit. Vocatus &  
 missus a Domino celsitudinis fuit Genius: cui *Æbel Zivo* no-  
 men, item *Gabriel Legatus* dictum est. Scilicet, ubi Regi al-  
 tissimo lucis libuit, e splendore & luce, in qua versatur, me  
*Æbel Zivo* vocavit, & ex hoc domicilio, a cujus dextra Sum-  
 mum Numen sedem habet, mihi ita præcepit: suscipiens  
 iter, abi in mundum caliginis, qui totus mali plenus, totus

وَايَاكُمْ فِي مَقَامِكُمْ الَّذِي بَدَعْتُمْ لِنُفُسِكُمْ وَلِيُنذِرَ السُّوءِ  
 فَتَعْلَمُوا عِقَابَ رَبِّكُمْ فَذَكَرْنَا لَكُمْ آيَاتِنَا لَعَلَّكُمْ  
 تَتَّقُونَ وَلَقَدْ أَهْلَكْنَا قَوْمًا أَنكَبُوا عُقُبَهُمْ لِيُكَلِّمَهُمُ  
 الْمَلَائِكَةَ فِي هَيْكَلِهِمْ فَذَكَرْنَا لَهُمْ آيَاتِنَا فَكَفَرُوا بِهَا  
 فَلَمْ يَكُنْ لَهُمْ كَلِمَةٌ يُجِيبُونَ فِيهَا وَلَهُمْ عَذَابٌ أَلِيمٌ  
 فَذَكَرْنَا لَهُمْ آيَاتِنَا فَكَفَرُوا بِهَا فَذَكَرْنَا لَهُمْ آيَاتِنَا  
 فَكَفَرُوا بِهَا فَذَكَرْنَا لَهُمْ آيَاتِنَا فَكَفَرُوا بِهَا فَذَكَرْنَا  
 لَهُمْ آيَاتِنَا فَكَفَرُوا بِهَا فَذَكَرْنَا لَهُمْ آيَاتِنَا فَكَفَرُوا  
 بِهَا فَذَكَرْنَا لَهُمْ آيَاتِنَا فَكَفَرُوا بِهَا فَذَكَرْنَا لَهُمْ  
 آيَاتِنَا فَكَفَرُوا بِهَا فَذَكَرْنَا لَهُمْ آيَاتِنَا فَكَفَرُوا بِهَا

plenus mali, plenusque ignis peredentis est, mundum, qui  
 plenus mendacii & fraudis, adpersusque spina & carduo est,  
 mundum perturbationis & ictus, in quo integritas non inest,  
 mundum caliginis, in quo lux non inest, mundum fœtoris,  
 in quo odor svavis non inest, mundum persecutionis & mor-  
 tis, in quo vita æterna non inest, mundum, cujus vana sunt  
 benefacta, cujusque consilia imperfecta. Dixit mihi: abi, subige  
 caliginem ejusque arcana, finge, coagula terram, extende fir-  
 mamentum, alliga ei medio stellas, da splendorem soli, can-  
 dorem lunæ, & nitorem stellis omnibus, da svavitatem aquæ,  
 claritatemque igni, provoca fructiferas herbas arboresque in  
 mundo vigentes. Fiant animalia, bestię, pisces, volucres omnis  
 generis, masculini & feminini, ut usui sint Adamo omnique  
 ejus progeniei. Fiant vir & mulier, quibus nomina sint Adam  
 & Hava: Adamoque Angeli ignis servient. Qui autem a tuo  
 sermone discesserit, præceps in ignem ardentem ibit. Fiant  
 tres Angeli, splendoris, lucis & claritatis, qui Adamo cedant.  
 Fiant aquæ vivæ, sicut & grandescant in aqua profunditates,  
 odoreque aquæ vivæ totus mundus vigeat. Creentur quatuor  
 venti fabricæ mundanæ, item aër, qui eis insusurret. Fiat  
 ignis, qui strepitet in toto mundo: & mundus hic ope tua  
 luceat. Protulit Rex altissimus lucis hæc verba: & verbo suo,  
 quicquid sit, factum est. Venit Gabriel Legatus, evexit cœlum  
 & protendit, coagulavit orbem terræ & concinnavit: totusque  
 mundus virtute Regis altissimi lucis formatus est, item Adam  
 vir, cum Hava sua uxore, & anima in corpus cecidit. Cum  
 vero cecidisset anima in corpus, nihil non sapuit & discrevit.  
 Venere jam Angeli ignis coram, Adamo servituri reverenter,

D

لا فليس كل فليس من ثم انما في قوله  
 انما ذلك في كل من يبيحه فما من انما انما  
 انما من عمن فرب انما انما لا انما انما  
 انما انما انما انما انما انما انما  
 انما انما انما انما انما انما انما  
 انما انما انما انما انما انما انما  
 انما انما انما انما انما انما انما  
 انما انما انما انما انما انما انما  
 انما انما انما انما انما انما انما  
 انما انما انما انما انما انما انما  
 انما انما انما انما انما انما انما  
 انما انما انما انما انما انما انما  
 انما انما انما انما انما انما انما  
 انما انما انما انما انما انما انما  
 انما انما انما انما انما انما انما

nec unquam ab illius jussu declinatū. Unus vero, & quidem is qui Malus, a quo malum fuit fictum, descivit a voluntate Domini, ideoque vinculo a Domino constrictus est. Ego sum Legatus purus. Me vocavit, mihiq̄e Dominus meus hæc injunxit: abi, compella voce Adamum una cum Hava uxore sua, omnemque ejus progeniem, eosque voce eximia compellans, erudi de re omni, erudi de Rege altissimo lucis, cujus potentia præcellens & grandis, infinita & immensa, erudi de creaturis lucis, nunquam interituris, præcipe, ut illuceat ejus cor, declara, ut ejus mens resplendeat, humaniterque tu cum duobus Angelis, qui tecum sunt, ipsi converseris. Admone docendo Adamum, ejusque uxorem Havam, & posteros suos omnes, ne fraudem ipsis struant Mali, & Satanas, qui recte non egit. Doce eos preces & hymnum, ut surgentes celebrent Dominum omnium creaturarum, tribus vicibus per diem, duabusque vicibus per noctem. Dic eis: ducite uxorem, stirpemque propagate, ut mundus per vos animâ spiret. Accedentes vero ad vestras uxores, sumta aquâ, vosmetipsi purificate. Ne scortemini, neque furemini, aut homines pacificos & fideles occidatis. Ne pervertatis vestram dictionem, aut mendacium fraudemve ametis. Ne concupiscatis aurum, argentum, hujusque mundi opes; quia mundus hic peribit, ut & perdentur opes suæ, atque res suæ abolebuntur. Ne adoretis Satanam, idola, imagines, & quicquid hujus mundi in errorem induxerit, mentemve turbaverit. Qui Satanam adoraverit, in ignem ardentem cadet, ibi mansurus usque ad diem judicii, & ubi hora redemptionis mundo illucescet, quando, pro suo lubitu, Rex altissimus lucis pro tribunali aget, omnibus creaturis jura



١١ ١٢ ١٣ ١٤ ١٥ ١٦ ١٧ ١٨ ١٩ ٢٠ ٢١ ٢٢ ٢٣ ٢٤ ٢٥ ٢٦ ٢٧ ٢٨ ٢٩ ٣٠ ٣١ ٣٢ ٣٣ ٣٤ ٣٥ ٣٦ ٣٧ ٣٨ ٣٩ ٤٠ ٤١ ٤٢ ٤٣ ٤٤ ٤٥ ٤٦ ٤٧ ٤٨ ٤٩ ٥٠ ٥١ ٥٢ ٥٣ ٥٤ ٥٥ ٥٦ ٥٧ ٥٨ ٥٩ ٦٠ ٦١ ٦٢ ٦٣ ٦٤ ٦٥ ٦٦ ٦٧ ٦٨ ٦٩ ٧٠ ٧١ ٧٢ ٧٣ ٧٤ ٧٥ ٧٦ ٧٧ ٧٨ ٧٩ ٨٠ ٨١ ٨٢ ٨٣ ٨٤ ٨٥ ٨٦ ٨٧ ٨٨ ٨٩ ٩٠ ٩١ ٩٢ ٩٣ ٩٤ ٩٥ ٩٦ ٩٧ ٩٨ ٩٩ ١٠٠

secundum manuum suarum opera redditurus. Ne discatis Satanæ præstigias, testimoniumve mendacii proferatis; sed jus dicturi, recte hoc jus reddatis, neque id violetis, aut alios, quam qui testimonium veritatis tribuant, testes citetis. Qui judicium perverterit, eum ardens ignis peredet. Ne tradatis servos probos in potestatem malis dominis, neque abjectum potenti dedatis. Honorate patrem & matrem, neque fratres ætate majores minoris quam patrem faciatis. Filius, qui patrem matremve contemserit, die judicii damnabitur. Ne spectetis, concupiscatis, aut quærat, quod vestrum non sit. Dabit vobis Dominus vester, quod vobis non inique vindicaveritis. Nutu enim & arbitrio Domini vestri res omnis agitur. Quicquid boni jussit, vobis etiam rependet. Ubi autem quid mali vos deprehendet, patienter id feratis, vestræ fidei constantes, vestræque confessionis non degeneres & pervertentes. Ne summittatis genua, capitave inclinetis, aut procumbatis Satanæ, diris devoto, apostatæ; verum a quocumque, qui malos Genios, idola & imagines coluerit, procul discedentes, amici illius ne fitis. Quem vicissim si vobis expetieritis, eoque familiari uti volueritis, curæ vobis sit, ut sacras literas, dictiones & cærimonias, quas Dominus vester vobis dedit, audiat. Dicto si obediens crediderit, & testimonium de Rege altissimo lucis, Deo, qui a se ipse exstitit, perhibuerit, ametis eum vobisque adjungatis, & quicquid penes vos sit, benigne ei offeratis. Si vero dicto non obediens testimonium hoc non perhibuerit, nec crediderit, ob peccata sua in questionem vocabitur. Viso captivo, fideli & justo, eum, dato redemptionis pretio, liberetis, nec solo auro argentoque illum vindicetis, sed veritate, fide verboque oris



puro ipsam liberetis, a tenebris in lucem, ab errore in veritatem, a defectione & contumacia in preceationem gratiarumque actionem, & ab infidelitate in Domini vestri fidem. Qui aliquem sic liberaverit, dignum se generationibus & seculis reddet. Hæc vobis, mei electi, dico; vobis, mei fideles, expono: benefacite egeno & afflicto, eique subsidio estote. Ubi dederitis donum, mei electi, testes ne adhibeatis; si enim testes adhibueritis, loco beneficii id non habebitur. Si dederitis vestra dextra, vestra sinistra id nesciat: si vestra sinistra dederitis, vestra dextra id nesciat. Quisquis dans donum testes adhibuerit, acceptum id ei non referetur, aut imputabitur. Qui dederit munus, suaque sponte benefecerit, studio autem gratificandi deinceps impie abstinerit, in ignem ardentem cadet, ibi mansurus, donec prævaricationis suæ absolutus, suaque culpa liberatus fuerit. Si quem, mei electi, esurientem videritis, eum exsatiâte; si quem sitientem videritis, potionem ei præbete; si quem nudum videritis, collo illius vestem & velamen imponite. Nam, qui dedit, accipiet, & qui fenori rem dedit, ea privabitur. Qui benefecerit, admodum ei in sui subsidium benefiet. Qui vestem nudo induerit, indumentum ac velamen ipse suo collo injiciet. Qui captivum liberaverit, eum Apostolus vitæ ducet. Qui intellectu & iudicio usus fuerit, hospites sibi parabit. Qui verbum Vitæ legerit, sua ædes sibi constabit. Cujus mens se conspicuam in mei celebratione præbuerit, nominis sui indies Genii mentionem in loco lucis facient. Illuminatus quisque meis verbis eodem loco inter Genios reputabitur. Qui abstinens prævaricatione malorum, immunis peccatis & delictis fuerit, ascendet locum lucis visurus. Quis?



quis ob amorem Domini corpus suum in cædem dederit, innocens & sine macula erit. Hæc vobis, mei electi, dico, vobis, mei fideles, expono: celebrate magnum jejunium. Quod vero non cibum potionemque mundi spectat. Abstinetes oculos vestros a nutu lascivo, ne rei improbæ annuentes eam committatis. Abstinetes aures vestras ab aucupando rumore ad portas, quæ vestræ non sint. Abstinetes ora vestra a dicendo mendacio, neque iniquitatem, fraudem & perfidiam ametis. Abstinetes cor vestrum a pravis consiliis; neque invidia, odium & dissensio cor vestrum verset. Qui invidiam colligit, pacifici nomen ipsi non competit. Abstinetes manus vestras a cæde patranda: neque furtum committatis. Abstinetes corpora vestra ab uxore, quæ vestra non sit. Abstinetes vestra genua, ut ne Satanæ flectantur: neque vanis imaginibus procumbatis. Abstinetes pedes vestros, ne ambulent dolose ad aliquid, quod vestrum non sit. Celebrate, celebrate hoc jejunium magnum: neque id intermittatis, donec corporibus vestris exituri sitis. Qui peccaverit in sua juventute, deinceps vero non peccans pœnitentiam egerit, nec inique se gesserit, propitius ei Dominus futurus erit. Rex ille est altissimus lucis, clemens, propitius, & misericors, peccata ac delicta remittens. Quisquis aurum, argentum, & opes mundi hujus concupiverit, ideoque cædem commiserit, in ignem ardentem ac flammantem cadet. Ne confidatis, mei electi, aut regibus, imperatoribus & tyrannis hujus mundi, aut potentiæ, armis, certamini, cohorti alari, agminique captivos in hoc mundo facienti, aut auro, argenteo, motum & contentionem iis, qui hæc sibi in mundo parant, sed relinquent, moventi. Ihunt enim, qui illarum rerum studiosi, in

E



ignem coquendi. Effingunt hi suis manibus carbones, suisque labris incendium sufflant. Abolebitur scipio eorum & potentia, intercipientur eis sua magnificentia, neque aurum argentumve eis constabit, neque subsidio aut piaculo eorum opes & divitiæ futurae. Peribit consummandum suum regnum: sui que capitis causa eis dicenda. Vobis omnibus, sermonem Dei audientibus, hæc dico: in vestra statione & sessione, vestro habitu & adventu, cibo & potu, vestra quiete & accubatione, in omnibus vestris operibus memorate & celebrate nomen Regis altissimi lucis, & ad Jordanum baptizandi contendite. Baptizate vero vosmetipsi baptismo vivo, quem vobis a creaturis lucis attuli, & quo omnes pacifici & fideles baptizati sunt: benedicite suo afflatui, & sive edentes sive bibentes, scaturiginem suam celebrate, quo peccata & delicta vobis remittantur. Quisquis caractere vitæ consignatus, nomen Regis lucis commemorans, in baptismo firmus stabilisque sibi constiterit, & bona pulchraque opera fecerit, eum in sua via nemo detinebit. Ne edatis sanguinem animalium, quod mortuum, prægnans, percussum sit, aut quod stans vel prolapsum bestia deglutiendum arripuerit; sed quod maclatum ferro, purgatum, ablutum, præparatum & coctum sit, edatis. Neque comedatis vel hauriatis de animalibus orbis signiferi \*); quippe quæ omnia immunda & fœditatis plena. Sic & vos viri, uxores ducturi, quas ducetis, uxores amate mutuoque sustinete. Scilicet, ut oculi ad pedes attendunt, eas amabitis mutuoque sustinebitis. Transit ad magnum mare Erythræum \*\*). Peribunt enim, qui fratres

\*) Proprie Duodecim Stellarum.

\*\*\*) Matrimonii exemplum a piscibus, de quibus infra, capturi.





fuerint carnis; qui vero fratres justitiæ, sibi consistent. Estote autem fratres justitiæ: qui efferatis vestram benignitatem ad summum cœli, quod Æternus in vestri principio vobis constituit. Character vester est aquæ vivæ character: cujus ope in locum lucis ascendetis. Si, quæ vobis, mei electi, dico, audieritis, & quæ vobis præcipio, feceritis, splendorem meum præstantem, meamque lucem infinitam vobis dabo. Exsultabitis inter Vitas, Primam, Secundam & Tertiam, ut Genii lucis loco splendido exsultant. Si autem, quæ vobis dico, non audieritis, si, quæ vobis præcipio, non feceritis, cadetis in tenebras, in quas mali, inde non ascensuri, cadent. Beatus, qui audierit & crediderit. Væ omni, qui se lascive caronans decubuerit. Boni, qui audierint, & crediderint, ascendent in civitate, locum lucis visuri. Mali, qui audierint, non crediderint, se in magnum mare Erythræum præcipitabunt. Alienate vos, mei electi, ab hospitii perituri tyrannis, qui in dies in sellis tyrannidis sedentes, sedentes in sellis tyrannidis, opera pro imperio faciunt, opera faciunt pro imperio, quibus justitia, mansuetudo & pax non inest. Ne accipiatis usuram turpem, neque auri argenti que gratia stulte agatis. Qui enim acceperit usuram turpem, illius nomen ex loco lucis tolletur. Quicumque corpore exierit, eum ne defleatis, neque luctum planctumque ejus causa suscipiatis, aut panem sepulchralem ejus causa edatis. Quisquis mortuum desleverit, mali fatalis is talis vindex, qualis qui ampullâ maria turgida exhaurire cupierit. Qui suam vestem in suo collo causa mortui sciderit, vitium sua stola faciet. Qui illius ergo crines evellerit, vinculis in Monte Tenebroso constrictus tenebitur.

لئلا نكتبنا من قديمنا ولا نكتبنا من قديمنا  
 حكمنا فيهم نعلم ان قديمنا لا نعلمنا  
 من قديمنا من قديمنا من قديمنا من قديمنا  
 من قديمنا من قديمنا من قديمنا من قديمنا  
 من قديمنا من قديمنا من قديمنا من قديمنا  
 من قديمنا من قديمنا من قديمنا من قديمنا  
 من قديمنا من قديمنا من قديمنا من قديمنا  
 من قديمنا من قديمنا من قديمنا من قديمنا  
 من قديمنا من قديمنا من قديمنا من قديمنا  
 من قديمنا من قديمنا من قديمنا من قديمنا  
 من قديمنا من قديمنا من قديمنا من قديمنا  
 من قديمنا من قديمنا من قديمنا من قديمنا  
 من قديمنا من قديمنا من قديمنا من قديمنا  
 من قديمنا من قديمنا من قديمنا من قديمنا  
 من قديمنا من قديمنا من قديمنا من قديمنا  
 من قديمنا من قديمنا من قديمنا من قديمنا  
 من قديمنا من قديمنا من قديمنا من قديمنا

Ite afflicti, attriti, infestati, & vosmetipsos deflete. Quamdiu in mundo degetis, peccata vestra vigeant. Si vobis ægre ob animas a vobis excedentes fuerit, ægritudinem & tristitiam vestro cordi abstergite, luctumque & planctum vestris ex portis depellite. Luctu enim & planctu Incantatores \*) & Dæmones ficti: qui antevertunt animas in itinere, easque dilaniando torquent. Quas vero si curetis & ametis, bonis votis & precationibus susceptis, habete diligenter conciones, prælegite sidras, i. e. sacras literas, & perorate de gratia, qua Dominus erga eas impletus est; scilicet fore, ut eas splendor antecedit, lux sequatur, Vitæque Nuntii a dextra, quomodo a sinistra Angeli lucis versentur, atque ipsæ vincula & aëna spumantia evadant. Hortamini animas, ne earum cor delinquat, redditeque verba mitia, & hymnum, quem vobis obtuli, ut hæc audiant testataque faciant, & cor earum super suo fulcro resplendeat. Præbete panem, aquam & hospitium hominibus afflictis & infestatis, quos persecutio attigit. Calcate vras justitiæ, neque merces mercenarii apud vos pernoctet. Ne diripatis socium, neque amico vestro dolum intendatis. Quisquis diripuerit consortem & socium, ejus oculi lucem non videbunt. Porrigatis dextram vobis invicem, neque datam a vobis fidem fallatis. Nam Genii Regesque lucis disciplinam & justitiam sibi invicem reddunt. O electi & pacifici, estote summissi, & vocemini electi; justi ac fideles. Amate vos invicem cum justitia, vestramque misericordiam ad fastigium provehite. Estote mansveti & summissi erga doctores probos, qui sapientiam &

---

\*) Proprie Circumforanei, genus Dæmonum.

فَمَنْ لَمْ يَجِدْ رُفْقًا مَعَهُ فَيَمْسُكْهُ  
 بِدُنْيِهِ وَيَصْرِفْهُ لِحُبِّهِ  
 فَلْيَكُنْ مِنْكُمْ مِنْكُمْ  
 فِي رُفْقٍ مَعَهُ لِحُبِّهِ  
 وَفِي رُفْقٍ مَعَهُ لِحُبِّهِ  
 وَفِي رُفْقٍ مَعَهُ لِحُبِّهِ  
 وَفِي رُفْقٍ مَعَهُ لِحُبِّهِ  
 وَفِي رُفْقٍ مَعَهُ لِحُبِّهِ  
 وَفِي رُفْقٍ مَعَهُ لِحُبِّهِ  
 وَفِي رُفْقٍ مَعَهُ لِحُبِّهِ  
 وَفِي رُفْقٍ مَعَهُ لِحُبِّهِ  
 وَفِي رُفْقٍ مَعَهُ لِحُبِّهِ  
 وَفِي رُفْقٍ مَعَهُ لِحُبِّهِ  
 وَفِي رُفْقٍ مَعَهُ لِحُبِّهِ  
 وَفِي رُفْقٍ مَعَهُ لِحُبِّهِ  
 وَفِي رُفْقٍ مَعَهُ لِحُبِّهِ

veritatem vos docent: neque accipiatis ab eis usuram, ut ne maculam animabus vestris suscipiatis. Ne abeatis ad hariolos & Chaldæos mendaces, qui in tenebris habitant. Ne juretis falsa, neque juramenta vestra violetis. Neque comedatis res creditas, ob debiti fidem pignori datas, ut ne iudicium in vos in caligine nigricante exerceatur. Ne scortemini aut intemperanter agatis, neque cantetis aut saltetis, ut ne ducatur captivum cor vestrum ad cantum Satanæ, qui totus incantamentis, fallacia & corruptela plenus, pervertit animum pacificorum, fideliumque cor labefactat. Attendite, mei electi, circumspecte agite, titulo accinctorum digni in mundo, animo forti estote in mundo, mundique persecutionem tolerate, donec spatium vitæ vestræ absolutum fuerit. Sustinete hospitioque excipite vos invicem & pacificos, quos persecutio attingit. Ubi tumet superbia animus vester, eum pacate, summissoque corde verbum Domini vestri accipite. Mens enim superbi superbia Satanæ redundat. Qui in fide summissum se non gesserit, ense & gladio occidetur, occidetur ense & gladio, atque in ignem ardentem cadet. Si videtis bonum, qui sapientiam prædicat, ei appropinquate, ejusque sapientiam accipite. Si videtis malum, qui quidem sapit, sed male, discedite ab eo, ne sapiatis ex illius sapientia, neque ejus opera committatis, aut in sua via ambuletis. Quicquid vobis, fideles & pacifici, odio fuerit, socio vestro ne faciatis. Facite, mei electi, bona opera, vestræque viæ viaticum providete. Videte, audite, credite, verbumque Domini vestri accipite. Videte vestris oculis, loquimini vestro ore, audite auribus vestris, credite vestro corde, tractate manibus vestris beneficentiam ac bonitatem, Dominique vestri voluntatem

وَاذْكُرْ لَنَا يَوْمَ الْحُجَّةِ اَلَّذِي نَسَّوْا كَيْفَ اَتَوْا بِقُرْبَانِهِمْ  
 فَارْتَضٰى عَنْهُمْ وَاذْكُرْ لَنَا يَوْمَ الْحُجَّةِ اَلَّذِي نَسَّوْا  
 كَيْفَ اَتَوْا بِقُرْبَانِهِمْ فَارْتَضٰى عَنْهُمْ وَاذْكُرْ لَنَا  
 يَوْمَ الْحُجَّةِ اَلَّذِي نَسَّوْا كَيْفَ اَتَوْا بِقُرْبَانِهِمْ  
 فَارْتَضٰى عَنْهُمْ وَاذْكُرْ لَنَا يَوْمَ الْحُجَّةِ اَلَّذِي  
 نَسَّوْا كَيْفَ اَتَوْا بِقُرْبَانِهِمْ فَارْتَضٰى عَنْهُمْ  
 وَاذْكُرْ لَنَا يَوْمَ الْحُجَّةِ اَلَّذِي نَسَّوْا كَيْفَ  
 اَتَوْا بِقُرْبَانِهِمْ فَارْتَضٰى عَنْهُمْ وَاذْكُرْ لَنَا  
 يَوْمَ الْحُجَّةِ اَلَّذِي نَسَّوْا كَيْفَ اَتَوْا بِقُرْبَانِهِمْ  
 فَارْتَضٰى عَنْهُمْ وَاذْكُرْ لَنَا يَوْمَ الْحُجَّةِ  
 اَلَّذِي نَسَّوْا كَيْفَ اَتَوْا بِقُرْبَانِهِمْ فَارْتَضٰى  
 عَنْهُمْ وَاذْكُرْ لَنَا يَوْمَ الْحُجَّةِ اَلَّذِي نَسَّوْا  
 كَيْفَ اَتَوْا بِقُرْبَانِهِمْ فَارْتَضٰى عَنْهُمْ

exsequimini. Beneplacito Satanae ne satisfaciatis, neque pulchritudini corporum subito corruptibilium confidatis. Pergite in verbo vestri Domini, ut in puritate ad locum lucis ascendatis. Agite summis, adorate & celebrate Regem altissimum lucis, ut peccata & delicta vestra vobis remittantur. Ne adoretis Satanam, irraginesque fallaces hujus mundi. Etenim omne, quod nascitur, morietur, & omne, quod manibus efficitur, destruetur. Totus mundus deficiet, & quaecumque sua fuerit divinitas, peribit. Ne confidatis, mei electi, mundo, in quo collocati estis; quippe qui vester non est. Confidatis pulchris operibus, quae suscipiatis: & exituri corporibus vestris, manuumstrarum operibus inanitemini. Vobis, mei electi, minime sint contempti praecipua, quae Dominus vester tradidit. Curae vobis sit rectitudo, mansuetudo, & summissio, qualis sanctae lucis est; sicut & longanimitas, gratia, benevolentia, & misericordia, qualis sanctae lucis est. Viri, in matrimonium mulieres ducturi, mulieres, in matrimonio viris futurae, viri inquam in matrimonium mulieres ducturi, liberos procreate & suscipite. Quos vero si non procreaveritis & susceperitis, dotem tamen in thalamum portate. Verum a rebus foedis, quas fecerint mulieres, voce praemoneo; ut caveatis ab omni muliere, adulterium committente, ab omni muliere, furtum patrante, a muliere, nente praestigiis, suoque in corpore halitum stringente: quod neque Deo gratum, neque hominibus honestum: quippe quod speciem praese fert mali doloris, cui medicamen non suppetit. Ne ducatis uxorem ancillam, quae manumissa non sit. Ne detis vestros filios in servitatem. Quo die servus deliquerit, ipsique animus domini iratus fuerit, delictum, quod





servus commisit, in caput sui patris transibit. Ubi uxorem  
 duxeritis, manumissam ducatis: & quod felix futurum sit, ma-  
 ximopere augetur. Præstate benevolentiam æqui uxori, cui  
 æquitas item curæ erit. Vos invicem ne aversemini, quam-  
 diu vitæ vestræ spatium absolutum non fuerit. Qui enim per-  
 fide tractaverit suam uxorem, cui nihil defectus, simulati &  
 perfidi inest, & amore ac cupiditate orbis flagraverit, iudicium  
 de eo dicitur. Ubi vobis nati & posterii exstiterint, iique lite-  
 ris erudiendi erunt, docete eos sapientiam veritatis, & curate,  
 ut vias justitiæ calcant. Quas si eis docendo non ostenderitis,  
 tribunali obnoxios vos reddetis; si vicissim docueritis, illi vero  
 non didicerint, ob sua peccata in quæstionem ipsi vocabuntur.  
 Si quis una vice declinaverit, restituite eum & sustinete: si  
 duabus vicibus declinaverit, restituite ipsum & sustinete: si  
 tribus vicibus declinaverit, restituite ipsum & sustinete, atque  
 facite, ut libros, sermones, preces, hymnumque Domini vestri  
 audiat. Quem vero si sustinueritis, se autem sustinere ipse no-  
 luerit, eradicetis vitem malam, bonamque afferatis, ejusque  
 loco plantetis. Nam prædicarunt ejus auribus, nec audivit, osten-  
 derunt ejus oculis, nec vidit. Ostenderunt ei; tamen suis ocu-  
 lis non vidit: ideoque consumendus penitus die consummatio-  
 nis, cadet in miseriam, in quam improbi, inde non ascensuri,  
 cadent. Ubi videritis homines, labe qui corporis laborant, eam  
 respicientes ipsi ne irrideatis. Nam corpora, carne & sanguine  
 conformata, doloribus & labibus conficiuntur, animæ vero  
 doloribus & labibus non conficiuntur, sed conficiuntur a-  
 nimæ fœdis operibus, quæ commiserint. Hæc vobis, mei  
 electi; dico, vobis, mei fideles, expono: ne colatis Septem &  
 Duodecim Duces mundi, qui diei noctique dominantes, anima-



rum naturam, e domo Vitæ vobis datam, insipientem reddunt. Ne colatis solem & lunam residentem hujus mundi. Nam splendor hic non eorum est, verum eis datus in lucem hospitii tenebrosi fuit. Angeli hi fabricæ mundanae vocem contumacem ediderunt. Ne colatis Solem, cujus nomen Adunaj, cujus nomen Kadusch, cujus nomen El El, cuique præterea sunt nomina occulta nec revelata in mundo. Hic Adunaj eligit sibi populum, turbamque congregabit. Ædificabitur deinde Jerusalem in perfugium, urbs abortivorum, qui se gladio circumcidunt, suum sanguinem faciei allident, & Adunaj adorabunt. Deserent cæterum viri suas uxores, sibi que invicem concumbent; sicut & mulieres modo virorum cum menstruatâ concumbent; desciscentes hi a prima omnium disciplina, librumque sibi ipsi componentes. Vobis, mei electi, dico: ne sitis ex illis, ex servis, qui se adversus suum Dominum libidini dederunt, nec immisceatis vos abortivis, qui in unica doctrina vera non perstiterunt, genti abortivorum, a quibus non modo omnes gentes ac dominationes prodire, sed etiam prophetæ mendaces exstiterunt. Qui prophetæ, in mendacio & fraude versantes, intrant cum Angelis defectionis mulierum uteros, mulierum inquam ab eis concipientium, & in sanguine ac menstruis parientium, quique, calliditate sui cordis prolata, & captatione auræ popularis in mundum immissa, vocandoque se Deos Deorumque Nuntios, & assumtis sibi que circumdatis corporibus, ferunt præ se speciem virorum, libroque fallaciæ ficto, cautionis admonent, & precibus mendacii utentes, libidine, cupiditate, ardore, his per faciem terræ diffusis, se prophetas vocant. Ego legatus, omnium primus; expono & dico

חסדך נתינתנו ואתה רחום וחנון  
 ואלהינו ואלהינו חסדך חסדך חסדך  
 ואלהינו ואלהינו חסדך חסדך חסדך  
 ואלהינו ואלהינו חסדך חסדך חסדך  
 ואלהינו ואלהינו חסדך חסדך חסדך  
 ואלהינו ואלהינו חסדך חסדך חסדך  
 ואלהינו ואלהינו חסדך חסדך חסדך  
 ואלהינו ואלהינו חסדך חסדך חסדך  
 ואלהינו ואלהינו חסדך חסדך חסדך  
 ואלהינו ואלהינו חסדך חסדך חסדך  
 ואלהינו ואלהינו חסדך חסדך חסדך  
 ואלהינו ואלהינו חסדך חסדך חסדך  
 ואלהינו ואלהינו חסדך חסדך חסדך  
 ואלהינו ואלהינו חסדך חסדך חסדך  
 ואלהינו ואלהינו חסדך חסדך חסדך  
 ואלהינו ואלהינו חסדך חסדך חסדך  
 ואלהינו ואלהינו חסדך חסדך חסדך

omnibus Nazaræis, qui fuerunt, sunt, & nascentur: ne exaudiatis eorum alloquium, neque a via Vitæ deflectatis. Ne sitis, mei electi, ex his, qui in uno verbo vero non persistunt. Perquirite eorum sermonem, qui se invicem decipiunt. Rex regem, suum socium, contumelia afficit: & propheta prophetam fallit, qui, homines arcessens, auro, argento, opibus & divitiis eos præstringit, flagrantesque cupidine reddit & decipit. In his alii, qui homines cantu, saltatione & libidine captivos ducunt: alii, qui imaginibus auri argentique, simulacris tabulæ, tabernaculis luti, operibusque vanis eos decipiunt: alii, qui ense, gladio, ictu, bello, certamine, tribulatione & vexatione eos premunt & affligunt, eis imperantes, quod inviti faciant, quod vero Septemstellares eis dignum censent: alii, qui summisione, amplexu, blanditiis, prudentia, fraude & dolo filios Adami seducunt, nomineque Dei in os suum misso, atque dicentes, hæc volumina & præcepta nobis Dominus & Altissimus dedit, immiscent verba, quibus illorum anima ad exitium circumvenitur, eorumque corde perverso, insaniam in mundum introducunt. Ego, legatus purus, vobis dico: ne audiatis alloquium prophetarum mendacii, qui prophetis veritatis se similes reddunt, speciemque præ se ferunt trium Geniorum, qui in mundum se contulerunt. Splendor eorum splendor non est; sed quod eorum indumentum, ignis indumentum est. Sunt in his, qui velamen tenebrarum induunt, tegmineque caliginis se obvolvunt: quorum odor abominabilis & foetens. Vobis, mei electi, dico, vobis, mei fideles, prælego & expono: induite album, tegite vos albo, ut vestitu splendoris & velamine lucis, aptate tibialia candida velut coronas lætas, alligate cingulum

G

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

aquæ vivæ, quod Genii suis lumbis illigant, imponite calceamenta justa, colligite margaritas manibus vestris ut margaritas aquæ vivæ, quas Genii in loco lucis colligunt. Ne, fideles & pacifici, aliquid dicatis, quod non sciatis, & quod vobis manifestum non sit. Nemo est, cui arcana pateant, præter Maximum & Altissimum, qui omnia novit & discernit. Munite vos, mei electi, armis, quæ ex ferro non facta sunt. Arma vestra nazaræismus verbaque justa loci lucis. Inite pulchra consilia invicem: ut præmoniti ipsi fuistis, præcipite: ut vidistis vestris oculis, ore vestro pronuntiate: ut audistis auribus vestris, vestris manibus opera bona & pulchra facite. Neque similes sitis plantis, quæ aquam bibunt, fructus vero domino suo non reddunt. Videte, mei electi, quæ vobis dixi de luce, quæ immensa & infinita est, vobis dixi de tenebris & igne ardente, vobis dixi de Satana, cui virtus & veritas non inest, & qui nihil ad sui liberationem ab igne perdente & incendio valet. Hoc est alloquium primum, quod Adamo, capiti vivæ familiæ, factum fuit. Unum verbum, unicum testimonium i. e. una et vera religio fuit. Mundus demum bello & internecone tolletur: animæque hoc mundi exitu suis ex corporibus exi-  
 bunt; quæ vero animæ immunes peccatis & delictis fuerint, in lucem ascendent. Hoc tempore superstes tantum erit Ram vir, & Rud femina: quibus Caput generationis nomen dicetur, & ex quibus mundus excitabitur & mundus animabitur. Adamo vero decretum mille annorum ævum. Et ab Adamo viro ad Ram & Rud triginta generationes futuræ. Quas vero ætates qui agent, ii omnes pari gradu in lucem ascendent; quippe quæ in una doctrina permansuræ, uni dicto obedientes



فممنوعاً من أن يتقدموا في الحديث  
في حق الله تعالى فيكون  
منهم من أتى الله بما نزل  
في كتابه من غير أن يكون  
هو الذي نزل به فلهذا  
يعرفون ما نزل به من غير  
أن يتقدموا في الحديث  
في حق الله تعالى فيكون  
منهم من أتى الله بما نزل  
في كتابه من غير أن يكون  
هو الذي نزل به فلهذا  
يعرفون ما نزل به من غير  
أن يتقدموا في الحديث

ambulaturæ, unque hymno testimonium perhibituræ. Tolletur deinde mundus incendio ignis. Supererit vero Schurbaj vir cum Scharhabil femina: animæque omnes hoc mundi exitu suis ex corporibus exhibunt, & in lucem ascendent; quippe quæ primam doctrinam non adulteraturæ, neque primam disciplinam perversuræ. Mundus inquam excitabitur & animabitur a Ram & Rud: & ab his ad Schurbaj & Scharhabil viginti & quinque generationes futuræ. Ulterius post Schurbaj & Scharhabil mundus diluvio tolletur. Mundo autem, qui diluvio tolletur, supererit Nu arcâ servatus, cum Schum suo filio: sicut & quæ dilectæ \*) animæ fuerint, hoc mundi exitu suis ex corporibus egressæ, in lucem ascendent. A Schurbaj & Scharhabil ad ætatem Nu quindecim generationes futuræ. Quæ, sicut a Nu viro mundus animabitur, uni verbo hymnoque testimonium perhibituræ, unam doctrinam prædicabunt. Sum Nuntius Vitæ, duoque Angeli mecum. A Nu vero usque dum Jerusalem oppidum ædificabitur, sex generationes erunt. Deget hæc urbs mille annos in pinguedine, & nascetur Seliman rex, filius re Davit, rex singularis & magnus princeps Hierosolymæ, cui Incantatores & Dæmones servient, ad illius voluntatem se conformaturi, donec animo suo is elatus, benignitatem Domini non accepturus sit. Posthæc Incantatores & Dæmones ab ejus imperio descendent; regnumque ei tolletur. Existet etiam Messias, Propheta peccatorum, qui voce sua Septemstellares vo-

---

\*) *دليلكم من عند ربكم* dilectus ut h. l. *دليلكم من عند ربكم* dilectum et amatum vestro corde excipite.



caturus, in cœtum suum quosvis homines colliget sibi que consecrabit. Decipient vero Septem illi Dæmones impostores Adami omnes filios. Unius nomen Sol, alterius Spiritus Venerus, Astro, stella Veneris, cui & Leibat Amamet nomen, tertii Nebu Mercurius, Messias Mendax, qui cultum Dei antiquum depravabit, quarti Sin Luna, cui & Schurik nomen, quinti Kivan Saturnus, sexti Bel Jupiter, septimi Nerig Mars. Dæmones stellæ Solis aurum, argentum lucrumque ventris sui cultoribus tribuent, &, Nuntiis in murrum missis, efficiant, ut Solem Lunamque filii hominis adorent. Dæmones stellæ Leibat insaniam, adulterium, lasciviam, impudicitiam, libidinem, cupidinem, cantumque incantationum filiis hominis immittent. Dæmones Nebu Messias, fraude præcipites in filios hominis casuri, eos abstrahent a suis ædibus, a suis domesticis abducent, & efficiant, ut per juga & deserta errent, soli incolæ ibi futuri, pubisque & stirpis suæ propagandæ vim per sua femora profusuri. Sic etiam hi Incantatores ac Dæmones filiorum hominis occupabunt corpora, eorumque, qui illos non exceperint, spiritus & animas stringent, ita quidem, ut remedium & medicamen eis adhibere in potestate non futurum sit. Ille vero Messias sui cultoribus & cultricibus in igne apparebit, eis dicturus: videte meum splendorem, in mundo ortum. Atque hi non intelligent, illius speciem non esse splendorem, sed ipsum usque ad insaniam mundo illudentem. Dæmones stellæ Kivan plañctum, fletum & squalorem cordibus filiorum hominis injicient, eosque a felicitate depellent, Dæmones stellæ Nerig filios hominis, impetu facto, exuent, eorumque carne lacerata, sanguinem per terram effundent:



& vocabuntur hi Excoriatores, Sacerdotes, Immolatores & Feriantes. Messias vero posthæc alia specie nascetur, igne vestitus, igne tectus, & in igne prodigia ostensurus. Emanuel ejus nomen: Jeschu Vivificantem se ipse etiam appellabit. Super igne habitaculum illius futurum. Et in curru conspiciendum se præbens, stabit coram vobis, & dicet: venite, mecum consistite, calore non uremini. Verum ei ne credatis; quia in præstigiis & fraude versabitur. Vos si urserit, dicite: sic id est; quod autem corde vestro ipsi diffiteamini, neque a verbo Domini vestri, Regis altissimi lucis, vos avertatis. Messiae enim mendaci non detecta arcana. Item dicet: sum Deus, Filius Dei, Pater meus huc me misit. Sic & vobis dicet: sum Legatus primus, sum Æbel Zivo, ex alto veni. Verum ei diffiteamini; quoniam ille non Æbel Zivo erit. Neque enim Æbel Zivo igne circumdatus: quomodo nec Æbel Zivo hac ætate conspiciendum se præbet. Veniet autem Anusch Genius, & in Jerusalem ambulabit. At, velut indumentum nubium est aqua, etiam ille indutus specie corporea, non autem ipso corporis tegmine circumdatus, ambulabit. Neque animi effervescencia & commotio ei inerit. Suum vero ævum in annos Faltusi, regis mundi, incidet. Veniet tum hic Anusch Genius in mundum, & quidem virtute Regis altissimi lucis, sanaturus ægros, visum cæcis redditurus, leprosos purificaturus, fractos & attritos ad iter erecturus, surdis mutisque facultatem loquendi allaturus, vitam mortuis daturus, fideque sui sacramenti abortivos obstricturus, & eis ostensurus, esse mortem, esse vitam, esse tenebras, esse lucem, esse errorem, esse veritatem, atque hos abortivos ad nomen Regis altissimi lucis ducturus. Tamen



trecenti & sexaginta prophetæ ex Jerusalem urbe exhibunt: & quidem in nomine Domini celsitudinis: iique vagabundi. Ascendet vero tum Anusch Genius, stateramque justitiæ occupabit: sicut & Genii omnes se ab oculis filiorum hominis abscondent. Atque hoc tempore Jerusalem urbs vastabitur: abortivis in captivitatem exituris, & diversas per urbes dispersendis. Verum posthæc proditurus in medium Ahmat Bar Rezbat, incantator: qui, missa voce, quæ non vox, i. e. inani, vigentem in mundo malitiam componet, vilemque omnem animarum naturam reddet. Quicumque ætate hac ultima superstes, cum voce pia, virtute, & Dei laude ad Jordanum se contulerit, ipsi a fronte radians splendor e loco lucis exhibit. Quemadmodum & Nazaræorum quisque, qui pœnum, pietatis insigne, suo capiti imposuerit, dignum se generationibus & creaturis i. e. nepotibus et pronepotibus reddet. Et cuilibet Mandaitæ, qui in justitia steterit, ego Vitæ Nuntius meam manum imponam. Attendite, audite, dijudicate, mei electi, ascendite in puritate, locumque lucis videte. Vita nihil sanctius? Finis.

In nomine Vitæ summæ, novissimæ creaturarum lucis, excellentissimæ; omnium operum supremæ. Quod salutare, innoxium, forte, verum sit, quodque jubendi auctoritatem & obsequii voluntatem spectet, precor mihi Adam Zuhrun Bar Scharat, meæque uxori Mudalal Fat Scharat. Luceat nobis per hanc doctrinam mens nostra, nostraque intelligendi cognoscendique facultas, ut & decora nostra forma appareat, nostraque persona vigeat, hæc in orbe, illic in alto inter lucis creatu-



... ..

... ..

ras, atque nomen nostrum apud Javar Zivo & Smat Heje agnoscat. Finis.

In nomine Vitæ summæ. Celebreris, mi Domine, corde puro, Domine omnium creaturarum, Celebretur tuum nomen, Domine celsitudinis, in nomine & virtute Domini celsitudinis. Rex est lucis omnium creaturarum, splendor purus & lux magna, nec unquam peritura, clemens, propitius, misericors, liberator omnium fidelium, erecto omnium bonorum, magnus, excelsus, celebrandus, fortis, sapiens, sciens, discernens, omnique rei imperans. Dominus est ejusque rei summæ, mediæ, & infimæ: suaque facies gloriosissima non videtur. Ita nec limitata illius potentia, aut illi socius suæ coronæ, sui que imperii consors obviat. Qui ipsi confidit, non erubescet, qui ejus nomen in justitia celebrat, non cadet, & qui in sua fide manet, non abjecte aget. Dominus omnium regum ope virtutis præcellentis verbique magnifici effatus est: fiant Angeli lucis ex splendore puro luceque magna, nec interitura, & progerminent ac constituentur Angeli hymni, infiniti, innumerabiles, nec unquam interituri. Qui omnes hymno pleni consistent & celebrent Regem altissimum lucis, cujus splendor præstantior, quam ut dici ore, cujusque lux major, quam ut prædicari labiis possit. Corusca illius lux, & pulcher illius splendor super creaturas. Nunquam fuit, tanquam non existens, nec unquam erit, tanquam non-ens. Celebrant hi Regem in splendore suo, luceque magna, quæ super eos habitat, in odore savi Regis altissimi lucis, quem eis dedit, in precatione gratiarumque actione, quam cordi eorum immisit. Consistunt in nubibus lucis,

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

adorantes & celebrantes. Neque esuriunt aut sitiunt: eosque calor aut frigus non afficit. Arborea illi regionis lucis, hymno omnes pleni, consistentes & celebrantes Regem lucis vivæ, immortales, nec defectui obnoxii. Elegans quoque & splendidum, ad firmamentum, in quo versantur. Atque mundus, in quo hi constituti, non interiturus. Mundus ille est splendoris ac lucis, cui caligo non inest, mundus mansuetudinis, cui rebellio non inest, mundus rectitudinis, cui tumultus & ictus non inest, mundus aromatum, cui odor foetens non inest, mundus vitæ æternæ, cui nihil caduci inest, mundus aquæ vivæ, cujus odore Angeli exsultant, mundus justitiæ & fidei, cui mendacium & fraus non inest, mundus purus, cui admistio mala non inest. Celebrant Angeli splendoris Regem lucis in splendore, ac luce, quam eis dedit. Celebrant Angeli splendoris Regem lucis in vestibus splendoris, quas eis dedit. Celebrant Angeli splendoris Regem lucis in thronis splendoris, quas eis dedit. Celebrant Angeli splendoris Regem lucis in coronis splendoris, quas eis dedit. Celebrant Angeli splendoris Regem lucis in virtute, & veritate, quam eis dedit. Celebrant Angeli splendoris Regem lucis in justitia, doctrina, & fide, quam eis dedit. Omnes hi mansueti, sapientes, & jucundi, quibusque mendacium & fraus non inest. Arborea vero regionis lucis illæ omnes splendore & pulchritudine plene: Jordani creaturarum lucis aquæ candidæ plenæ: nubes lucis eæ sedes splendoris: & sedes has splendoris tenent Reges, qui adorant celebrantque ipsi, ut & omnes creaturæ celebrant Maximum & Altissimum, Dominum celsitudinis, qui omnibus creaturis præest. Varus sum Nuntius Regis lucis, quem ille nomine Ebel Zive appellavit,



& ubi Regi altissimo lucis placuerat, ex habitaculo splendoris, sua sede, ex habitaculo, a cujus dextra parte Maximus hic suam sedem habebat, missa voce me citavit, ita locutus: pete mundum tenebrarum, qui totus mali plenus, totus plenus mali, ignisque consumentis plenus, mundus tumultus & ictus, cui pulchritudo deest, mundus caliginis, cui adspectus lucis deest, mundus persecutionis & mortis, cui vita æterna deest. Dixit: i, subigē tenebras, & incolas, exinde fictos: extende firmamentum, illiga ei stellas, ipsasque Angelos ignis voca: da splendorem Soli, qui unus ex illis erit, candorem Lunæ, nitorem Stellis, easque in sphaeram cœli extolle. Fiat Terra continens item, frugiferæ herbæ, atque arbores in mundo vigentes. Fiant animalia, bestię, pisces in mari, item aves volucres omnis generis, tam mares quam feminæ. Fiant vir & mulier, quibus nomina Adam & Hava dicantur. Atque Adamo Angeli ignis servant. Quisquis a tuo edicto, Adam, discesserit, in ignem ardentem prolabetur. Prodeant tres Angeli, Adamo familiares: emergat aqua viva: grandescant etiam in aqua profunditates: odoreque aquæ vivæ totus mundus vigeat. Fiant quatuor venti, qui mundum perflent. Fiat ignis, qui æstuet in omnibus corporibus arboribusque, consumat, quod consumi in mundo possit, & quod in mundo consumi possit, consumto, deficiat. Ceterum, quæ præstantia aquæ inest, ad animas pertinebit, quæ vero fæx cibi, ad corpora pertinebit. Omnia adhæc sativa, frugifera, odorifera, balsamifera, aromatifera, & salutifera, item animalia, bestię, aves volucres, & quodcumque commodum rei bonæ & pulchræ fuerit, Adamo & omni suæ soboli in usum cedent. Mundus vero hic, ministrante Fetahil, illucescet. Protulit Rex altissimus lucis hunc sermonem, suoque

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

sermone, quicquid sit, factum fuit. Accessit jam Fetahil, cœloque aquæ evector, firmamentum extendit: terra continenti etiam condensata. Provoçavit Angelos ignis, deditque splendorem Soli, candorem Lunæ, & nitorem Stellis, quas in sphæram cœli sustulit. Efficta item, ventus, ignis & aqua: ut & frugiferæ herbæ, arbores, atque res aromatiferæ, sativæ & odoriferæ, hæc omniâ efficta fuerunt. Fecit etiam animal quodvis, sive gramen depascens, sive vorax, omnis generis, ex pulvere, item quod rubrum, fluidum & stillatitium nubium liquescens, ventum, ignem, aquam, abyssum, sanguinem, fel, & quæ cetera hujus mundi secreta. Quin & Adam & Hava virtute Regis altissimi lucis creabantur: ut & anima in Adamum & Havam cecidit. Cum vero caderet in eos anima, in horto arborum erant: verum in illo arborum horto nihil sapuerunt. Declaravit tum Rex altissimus lucis, dicens: Reges ignis Adamo serviant, accedentes eum colant, neque ab ejus jusso deflectant. At unus Malus, malique hic auctor: qui a jusso Domini descivit, nec in obsequio Domini stetit. Jussa vero Domini non exsequens, cum suo curru in vincula Dei se præcipitavit. Vocavit me, mihi que præcepit Dominus meus, dicens: i, alloquere voce præclara Adamum & Havam, ejus uxorem, voce præclara Adamum & Havam, ejus uxorem, alloquere, ipsisque expone de omni re, de Rege altissimo lucis, Domino omnium creaturarum, cujus potentia præstans & magnifica est, infinita, immensa, nec unquam terminanda: de Regibus hymni, qui stante pede hymnos dicunt, nunquam interituri: de creaturis lucis, nec ipsis interituris. Inculca Adamo, ut cor ejus luceat, eique persvade, ut ejus mens splendeat. Miserere ejus, eumque benigne tracta, sisque ipsi



ادعوتك فذبح لا يور محسبا او من كعبه زكاه او اعرج بالانعام  
 وانتم تعلمون حقا وشهدنا بالصدق والكفارة حذرا لا يور محسبا  
 ونعمه يعصمه ذكركا وما يور محسبا فذبحه وحسنه ذكرا  
 لا يور احيا صوما لا يور احيا ذكركا او اعرج كعبه او  
 لا يور محسبا ذكركا فذبحه ذكرا او اعرجه فذبحه  
 هو فذبحه نفعه لا يور محسبا لا يور محسبا ولا يور محسبا  
 انما فذبحه محسبا ما فذبحه محسبا لا يور محسبا  
 فذبحه محسبا لا يور محسبا لا يور محسبا فذبحه محسبا  
 محسبا فذبحه محسبا فذبحه محسبا فذبحه محسبا  
 لا يور محسبا فذبحه محسبا فذبحه محسبا فذبحه محسبا  
 فذبحه محسبا فذبحه محسبا فذبحه محسبا فذبحه محسبا  
 فذبحه محسبا فذبحه محسبا فذبحه محسبا فذبحه محسبا  
 فذبحه محسبا فذبحه محسبا فذبحه محسبا فذبحه محسبا  
 فذبحه محسبا فذبحه محسبا فذبحه محسبا فذبحه محسبا  
 فذبحه محسبا فذبحه محسبا فذبحه محسبا فذبحه محسبا

---

\* ) Corrupte, opinor, pro ذكركا

familiaris tu cum duobus Angelis, qui tecum iter in mundum suscipient. Institue mentem Adami, Havæ uxoris suæ, suæque familiæ, & præcipè, ne abjecte se gerant, eosve deducant Mali Satanæque ad id, quod non prosperabitur. Doce eos preces gratiarumque actionem, ut stante pede celebrent Regem altissimum lucis, Dominum omnium creaturarum, tribus vicibus per diem, duabusque vicibus per noctem. Eis præcipe: ducite uxorem, propagate vestram naturam, ut mundus a vobis animetur. Appropinquantes vero vestris uxoribus, sumta aqua, vosmetipsi lavate. Ne adulteremini, ne furemini, nec homines pacificos & fideles occidatis. Ne, pacifici & fideles, vestrum sermonem pervertatis, iniquitatemve & mendacium ametis. Nec habeatis in amore aurum, argentum, opesque hujus mundi; mundus enim peribit, opesque perdentur. Ne adoretis Satanam & idola, quæ vobis servientia in mundo captiventur. Quisquis Satanam adoraverit, dedetur igni ardenti puniendus, usque ad diem, quo judicium habebitur, & usque ad horam, qua mundus liberabitur, scilicet ubi placuerit Regi lucis judicium de toto mundo exercere, & cuique animæ humanæ, quod meruit, reddere. Ne discatis Satanæ præstigias, nec testimonium falsi dicatis; verum, ubi sententiam feretis, accedant testes justi, testimoniumque perhibeant, & ubi testes citabitis, homines fide digni testimonium afferant. Facite recte judicium, neque id pervertatis, aut accipiatis manus, causamque pervertatis. Causam quisquis perverterit, in ignem ardentem cadet. Ne tradatis in manum dominorum suorum servos, qui vitæ recti. Benefacite afflictis. Cum dono quid dederitis, id testatum ne faciatis. Ubi dederitis dextrâ vestra, vestræ sinistræ id ne prædicetis: ubi dederitis sinistrâ vestra, vestræ dextræ



id ne prædicetis. Qui benefecerit, & testatum id fecerit, hoc acceptum ipsi non referetur aut imputabitur. Honorate patrem & matrem, fratresque natu majores ut patrem. Filius, qui contemserit patrem & matrem, tribunali obnoxium se reddet. Caput vestrum ne summittatis Satanæ, oculusve vester rei illicitæ adnuat: neque auscultent vestræ aures malignitati, invidiamve cor vestrum colligat. Qui collegerit invidiam, pacificus non vocabitur. Neprehendatis, rapiatis, vel concupiscatis aliquid, quod vestrum non sit. Tribuet vobis Dominus vester, quod vobismetipsi non vindicaveritis. Nam Dominus vester, quicquid boni designaverit, vobis, ubi libuerit, dabit. Ubi quid mali ad vos pervenerit, firmi estote, in fide statè: neque devos avertatis & abalienetis: quomodo nec genua vestra Satanæ apostatæ summittatis. A quolibet, qui Satanam adoraverit, immiserabili hominè, procul discedite. Si vero ille dicto obediens fidem testimoniumque reddiderit Domino uni omnium creaturarum, Regi altissimo lucis, qui per se existit, amate eum, vobisque adducite, & quod vestrum fuerit, ipsi offerte. Si vicissim ille dicto non obediens, testimonium hoc fidemque non reddiderit, ob peccata sua in quæstionem vocabitur. Quisquis in juventute peccaverit & inique egerit, deinceps vero resipuerit, nec amplius peccaverit vel inique egerit, propitia ipsi voluntas Domini erit. Rex est altissimus lucis, propitius, misericors, qui peccata & delicta remittit. Quisquis dona & munera dederit, se vero deinceps a donis abstinuerit, cadet in incendium puniendus, donec peccata ejus absoluta fuerint. Ubi videtis esurientem, eum satiate, sitientem, ei potum date: ubi videtis nudum, ejus collo stolam imponite, eumque tegite:



ubi videtis captivum, fidelem & justum, pretium redemptionis date, eumque liberate: auro autem argentoque captivum ne liberetis & eripiatis, sed verbo puro fidem captivi liberetis & eripiatis e tenebris in lucem, ex malo in bonum, ex infidelibus in fideles, ex errore in veritatem, & ex apostasia & contumacia in cultum Domini vestri, infiniti & immensi. Quisquis animam liberaverit, atque ipse vias justitiæ & fidei calcans, facit, ut hæc etiam vias justitiæ & fidei calcet, sublimis in semita fidelium abibit. Quisquis ob amorem Domini corpus suum homicidæ tradiderit, ille immunis peccatis & delictis, ascendet, visurus locum Domini lucis. Quisquis aurum, argentum, opesque hujus mundi amaverit & collegerit, in ignem ardentem cadet. In vestro statu & sedili, cibo & potu, habitu & adventu, in vestra quiete & accubatione, omnibusque operibus quæ facturi eritis, commemorate & celebrate nomen Domini vestri, Regis altissimi lucis, Domini omnium creaturarum. Pergite rectâ ad Jordanum, & vos baptizate, animas verò vestras baptizate. Celebrate ejus patefactionem, & edite: celebrate ejus scaturiginem, & bibite: benedicite ejus unguento, & discedite, Cum soluta a corpore anima exierit, eam ne defleatis, neque, luctu & planctu ejus causa collecto, panem sepulchri ejus gratia edatis. Quicumque animam defleverit, eum maria ac diluvia intercipient. Quisquis vestem suam propter eam sciderit, ipsi vitium in stola erit. Qui crines propter eam evellerit, in Monte tenebroso collocabitur. Ubi vero anima a quodam vestrum exierit, facite, ut homines sacras orationes & commentationes audiant: admonete, ne cor eorum torpeat: erogate propter eam stipem, panemque



propter eam mittite: illius etiam gratia, in conciones funebres ascendite, preces fundite, & gratiarum actionem, sacrasque orationes ac commentationes celebrate. Ceterum vestite mortuum sua veste, velate suo velamine, solvite pretium redemptionis, ipsique precamini misericordiam Domini, qui erga illum misericordiae plenus est. Date, pacifici & fideles, mercedem mercenarii: neque mercedem illo a vobis petente, hæc penes vos remaneat. Sic etiam, pacifici, per vocem Domini vestri, socium nec diripiatis. Quisquis socium diripuerit, a bonis mundi lucis ipse abstrahetur. Ubi quid promiseritis, eo ne decedatis. Porrigite dextram in justitia vobis invicem, nec a vestra dextra fideque decedatis. Quæ enim ex splendore præstanti luceque magna præceptio & admonitio, & quæ veritas a Dominis venit, ea venit in usum doctrinæ Majestatibus Regibusque lucis omnibus, qui invicem justitiam colunt, dextramque osculantur. Cum promissum bonorum feceritis, dextramque mutuo porrexeritis, inde ne decedatis. Estote humiles, mansveti & summissi erga doctores, qui sapientiam & veritatem vos docent. Nec accipiatis usuram ab iis, quos gubernatores Dominus vester vobis præposuit. Si acceperitis usuram, a verbo Domini vestri desciscetis, ardenti igne coquendi. Neque eatis ad hariolos & Chaldæos mendaces; quippe harioli & Chaldæi in tenebris ii versantes. Ita nec juretis juramenta mendacii; quippe qui cum mendacio juraverit, is in tenebris versabitur. Neque edatis, animalium quod mortuum vel morticinum fuerit, quemadmodum nec eo, quod prægnans, aut in quod bestia vorax impetum fecerit, vescamini. Edite carnem animalium, quæ vigentia herbis adoleverunt. Quod ex luce, ad lucem, quod ex tenebris, ad tenebras pertinet. Quod ferro





transfixum non fuerit, ne edatis: ut nec comedatis, quod datum pignori ob aurum argentumque fuerit, ne in mare vorax incidatis. Sic etiam nec scortemini, aut cantetis vel saltetis; neque captivum ducatur cor vestrum cantu Satanae, qui cantus praestigiis & fallacia plenus, cordia fidelium pervertit. Amate & sustinete vos invicem, accingite vos sapientia vera Domini vestri, firmique in ea estote, state & patienter agite, donec spatium vestrae vitae confectum fuerit. Estote hospites, & subsidio pacificis, quos persecutio attigerit. Nec inter vos odium, invidia, & discordia intercedat. Aestu vicissim acerbitatis ubi cor vestrum intumuerit, id pacate. Summittite cor vestrum verbo vero Domini vestri. Nam mens superbiorum fastu & felle Satanae redundat: neque ea per sapientiam veritatis & fidei subacta. Cujus vero mens fide non subacta fuerit, ille gladio & ense occidetur, occidetur gladio & ense, atque in gehennam flammantem cadet. Vobis ubi quis benefecerit, ejus beneficium accipite, eumque ne despiciatis, sed honorifice & benigne tractetis. Ne spernatis ejus beneficium: si illius beneficium spreveritis, digni amplius non eritis suo beneficio, vobisque non benefiet. Ubi bonum videritis, accedentes per eum recte sapiatis, & agatis. Ubi vero videritis malum, eumque sapientem, ab eo discedatis, neque per ejus sapientiam sapiatis, ejusve sive opera faciatis, sive viam ineatis. Omnibus vestris operibus finis & mensura proponatur. Complectamini, praeter praeces, gratiarum actionem, cultumque Domini vestri, quod sit praestandum mercedis, munificentiae, bonitatis, misericordiae, & fidi sermonis, quantum in vestra potestate fuerit. Facite bona haec opera, nunquam terminanda, & sub mensuram cadenda. Omne,

هَلَا تُفْقِنُنَا هَلَا؟ كَمْ مَعَهُ صَعْفُ هَهُنَا صُنَّحْرُ بَعْدِ الْإِيحْرِي هَلَا  
 كَمْ مَعَهُ مَعْرُ فِي قِيْلَا نُمَكْنَعُ حِيْمُ بُدْرِيَا هَمْمَرُ حَسْبُ  
 هَمَّا هَلَا هَلَا تَمْفَقُ هَعْنَا قِيْلَا مَرْبَعُ تَمْفَقُ دَكْنَعُ مَر  
 حَدْنَعُ هَمَّا دَاهُ بِنَعُ دَاهُ حَهْ مَعْنَعُ مَدْحُ جَاهُ بِنَعُ  
 أَمَا هَلَا مَدْحُ رَهْمْنَا رُهْمُنَا هَلَا بِنَعُ رَهْمُنَا قِيْلَا  
 هَلَا رَهْمُنَا رُهْمُنَا نَهْلَا لِيْلِيْسِي خَا مَعْرُ قِيْلَا رَهْمُنَا  
 قَهْمُنَا لِيْلِيْسِي خَا رُهْمُنَا نَهْلَا هَلَا مَعْرُ هَلَا مَرَا كَهْمُنَا  
 رَهْمُنَا مَعْرُ رُهْمُنَا إِدْلَا رَهْمُنَا هَمْمُنَا خَهْمُنَا مَعْرُ  
 رُهْمُنَا مَعْرُ هَاهُنَا لَا حَهْمُنَا بَهْمُنَا تَاهُ أَمْصَفُ رَهْمُنَا  
 حَاهُ رَاهُنَا نَهْمُنَا مَرِيْمَا حَهْمُنَا هَلَا مَعْرُ رُهْمُنَا  
 مَعْرُ قِيْلَا مَرِيْمَا حَهْمُنَا نَهْمُنَا رَاهُنَا رُهْمُنَا رَاهُنَا  
 حَاهُ رَهْمُنَا رُهْمُنَا لَاهُنَا لَا حَهْمُنَا لَا حَهْمُنَا لَاهُنَا  
 رَهْمُنَا رُهْمُنَا رَهْمُنَا رَهْمُنَا حَهْمُنَا رَهْمُنَا لَاهُنَا  
 مَرِيْمَا رَاهُنَا رَهْمُنَا رَهْمُنَا رَهْمُنَا رَهْمُنَا رَهْمُنَا  
 هَلَا رَهْمُنَا رَهْمُنَا رَهْمُنَا رَهْمُنَا رَهْمُنَا رَهْمُنَا  
 حَاهُ رَاهُنَا رَهْمُنَا رَهْمُنَا رَهْمُنَا رَهْمُنَا رَهْمُنَا  
 حَاهُ رَاهُنَا رَهْمُنَا رَهْمُنَا رَهْمُنَا رَهْمُنَا رَهْمُنَا  
 حَاهُ رَاهُنَا رَهْمُنَا رَهْمُنَا رَهْمُنَا رَهْمُنَا رَهْمُنَا

mei pacifici & fideles, quod vobismetipsis malum odiosumque sit, socio vestro ne faciatis; omne vero, quod vobis honestum, si in facultate vestra fuerit, faciatis. Vos invicem sustinetē. Audite, mei electi, credite, & verbum Domini vestri accipite. Credite corde vestro, videte oculis vestris, audite auribus vestris, loquimini ore vestro, afferte manibus vestris dona & munera, voluntatique Domini vestri, non autem cupidini corporis, aut desiderio Satanæ apostatæ satisfacite. Ne confidatis pulchritudini corporum, quæ subito corruptibilia: ut nec confidatis Satanæ apostatæ, qui recte non egit, nec unquam consequi poterit liberationem sui ab incendio consumente, quod exedit perditque Dæmones omnemque Satanæ familiam, qui victi in servitium hujus mundi relicti fuerunt, ut filiis Adam servientes imperium mundi tenerent. Qui a verbo Domini desciverit, viam ad se Malo patefaciet: manusque Satanæ ei imperitabit. Qui vero voluntati Satanæ non satisfecerit, portæ ignis non succedet. Satisfacite voluntati Domini vestri, ut per puritatem in mundum lucis adscendatis. Ne injuria afficiatis depressos, nec a vobis se vindicare potentes. Limites injuste ne pervertatis \*), nec veteres lapides immutetis. Quisquis limites perverterit, iudicium ipsi ratum. Supputate commiserationem vestram recte, vestramque commiserationem ratione temperate. Ne placeatis vultu vobis invicem, neque sermonem mendacii & fraudis habeatis. Quisquis vultu aliis pla-

\*) **﴿﴾** omissum: quod patet ex loco **﴿﴾** pervertentes limites, et immutantes veteres lapides.



querit, præcep. in ignem ardentem pretrahetur. Consignate  
 Domini charactere totum vestrum corpus, neque eum corpori  
 vestro detrahatis, neque ad illum, quo exituri vestro corpore  
 eritis, diem, qui dies liberationis futurus. Celebrate jejunium  
 magnum: continete vos in fide: adorete & celebrate Domi-  
 num vestrum, Dominum omnium creaturarum. Nec adoretis  
 Satanam; sed idola stellantia, quæ in mundo collocata,  
 vobis serviant. Qualis vestra fides, tali etiam servitio vestri  
 hæc futura. Verbum Domini vestri ei minoris non feceritis,  
 Dæmones ab oculis vestris se abscondent. Abstinetes oculos ve-  
 stros ab annuendo male nutu invicem: nec adspiciatis, quod sit  
 malum, & faciatis. Abstinetes os vestrum a dicendo mendacio,  
 nec malitiam, doctum & falsitatem eloquamini. Abstinetes aures  
 vestras ab auscultatione malitiæ, nec audiat malitiam & facia-  
 tis. Abstinetes & in fide summittite cor vestrum, nec animo  
 malum meditemini, meditemini malum, aut cum socio vestro  
 dolose versemini. Qui fraudulentus, & cuius mens per justi-  
 tiam innocens non fuerit, ipsi precatio, gratiarum actio, adora-  
 tio, debiti solutio, aut beneficentia non virtuti imputabitur,  
 sed in ignem ardentem ille cadet. Abstinetes corpus vestrum  
 ab uxore, quæ vestra non sit. Abstinetes manus vestras a pa-  
 tranda cæde filiorum Adami. Vestræ, pacifici & fideles, manus  
 incantamenta mala ne efficiant. Abstinetes genua vestra ab eo-  
 rum flexione coram Satana apostata, imaginibus fallacibus,  
 simulacris, operibusque perituris. Nam, quicquid natum fuerit,  
 morietur, & quicquid manufactum, destructur: illius fiducia  
 ne vobis sit. Sit vicissim, mei electi, vobis fiducia, in Rege  
 altissimo lucis posita, qui Dominus est omnium creaturarum.

ونجوا من بيننا فبيننا وبينهم فدية من  
 لنا منكم اذ احبوا فدية فدية منكم انما  
 كذبوا للحق لا يريدون حكاما يدينونهم  
 انهم يريدون حكاما يدينونهم فدية منكم  
 انهم يريدون حكاما يدينونهم فدية منكم  
 انهم يريدون حكاما يدينونهم فدية منكم  
 انهم يريدون حكاما يدينونهم فدية منكم  
 انهم يريدون حكاما يدينونهم فدية منكم  
 انهم يريدون حكاما يدينونهم فدية منكم  
 انهم يريدون حكاما يدينونهم فدية منكم  
 انهم يريدون حكاما يدينونهم فدية منكم  
 انهم يريدون حكاما يدينونهم فدية منكم

Sapientia hæc veritatis, justitiæ, fidei, edictorum magnificorum, præceptorumque præstantium, quæ Dominus vester commendavit, & quæ spectant puritatem, quibusque anima vestra liberabitur. Hoc colloquium, quod vobiscum institutum est, ne missum faciatis, donec corpus vestrum moriatur. Confidite operibus honestis, quæ feceritis, & exituri corpore vestro, innitemi operibus honestis, quæ in mundo feceritis. Ne confidatis, mei electi, regibus liberæ potestatis & imperatoribus tyrannis, quicumque mundi fuerint, neque potentiæ, armis, bello, certamini, alæ, cohorti alari, ducentibus in mundo captivos, auro, argento, opibus & divitiis hujus mundi. Regnum eorum peribit: neque sceptrum aut potestas subsidio eis futura: verum ipsi interituri hæc relinquent, abituri, & igne coquendi, usque ad diem, qui, & usque ad horam, quæ liberationis futura. Vobis, mei electi, contemptus ne sit alicujus rei in mundo faciendæ; verum curæ vobis sit justitia, mansuetudo, humanitas, & jucunditas, quibus sua ex luce origo, item benevolentia, & amor justitiæ, quibus sua etiam ex luce origo. Qui a vobis aliquid precibus petierit, ipsi, quod vestrum sit, ne id repudietis; sed, qui inops & dignus sit, ubi a vobis aliquid precibus petierit, ei detis. Qui socio suo, quamvis ei potestas & facultas fuerit, nihil tamen dederit, beneficio ipse carebit. Date, quod fieri possit, hospitium, panem & aquam laboranti inopia, ipsique viaticum in suum iter suppeditate. Rudem quemvis, nec doctrina hac eruditum, ad vos ducite & docete, ne impostores in eum incidant. Sic etiam viri, mulieribus nupturi, mulieres, viris nupturæ, amate, eligite, nubete. Dilectam cordeque vestro amatam in matrimonium ducite. Quam vero minus probatam si



...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...

in matrimonium non duxeritis, dotem in thalamum afferatis. Si opera inhonesta vicissim hæc fecerit, nemini amanda erit. Discedite ab ea, amore indigna, discretique agite. Nam similis ea morbo malæ indolis, cui remedium non datur. Uxorem ne ducatis ancillam, a suo domino non manumissam, neque filios vestros in servitatem tradatis. Ducturi uxorem, quæ servitute hæc liberetur, pretium solvatis, & felices eritis. Uxorem ne ducatis ancillam, non manumissam, nec filios vestros in servitatem tradatis. Qui proscripserit filios filiasve & in servitatem dederit; quo die servus deliquerit, dominusque ei iratus fuerit, delicta, quæ servis commiserit, in caput sui patris ascendenti Amorem justitiæ justa ex uxore colligite. Quod in arbitrio Domini vestri fuerit, a vobis invicem id ne quærat, donec spatium vitæ vestræ confectum sit. Qui perfide in uxorem suam se gesserit, pro sua perfidia ipsi perniciem ne quærat. Qui amore & cupiditate hujus mundi flagraverit, ex fallacia illius detrimentum capiens, tribunali se obnoxium reddet, & in tenebris versabitur. Natis filiis, eorum mentem instituite, eosque docete preces, gratiarumque actionem, cui nihil nociturum & fallax inest. Quis & ostendendo eis justitiæ & fidei vias, quamvis vos ipsi cælibes, eos a peccando arcebitis. Una vice si quis pravus a vobis & verbo Domini declinaverit, restituite eum, & sustinete: duabus vicibus si declinaverit, restituite hanc vitam & sustinete: tribus vicibus si declinaverit, restituite hanc vitam & sustinete. Si eum sustinneritis, se vero ipse non sustinnerit, eum ut malam vitam eradicat, ad portam tabernaculi adducite, facite, ut sidras & conciones audiat, ostendite ipsi libros verbaque, quorum ope cor illius & animus inclavescat. Si desobediens, additaque fide in melius excitatus fuerit, eum



metis, in locum suum dedicatis, nec adversus eum decernatis. Si dicto non obediens, neque addita fide in melius excitatus fuerit, eradicetis vitem malam, bonamque allatam ejus loco plantetis. Si dicto non obediens, neque addita fide in melius excitatus fuerit, ille manu gubernatoris occidetur, occidetur manu gubernatoris, in ignem ardentem casurus, Quoniam, quod ostensum ejus oculis fuit, non spectavit, neque, quod ejus auribus prælectum, huic obediens fuit, portio ignis consumentis ille futurus. Visis afflictis, infestis, sed pacificis, quibus vitium labesque corporum contigit, corde vestro eos ne derideatis; quoniam corpora carne & sanguine conformata, & ad dolores labesque ficta, doloribus etiam labibusque consumerentur; animæ vero doloribus labibusque non consumerentur, sed consumerentur animæ operibus inhonestis, quæ fecerint. Ut commorabitur in vinculis, qui sapientiam non collegerit i. e. insipiens, ita, qui corporum cupiditati satisfecerint, suis ex corporibus in tenebras detrahentur. Qui conformaverint se ad voluntatem Satanae, cum Satana in ignem ibunt, qui vero conformaverint se ad voluntatem Regis altissimi lucis, in hoc mundo abjecte non aget. Et, confecto vitæ spatio, talem Angeli lucis præcedent: cum Angelis lucis hic ascendet: facies ejus splendens & formosa: ipsum quilibet Angelus splendore donabit, luceque teget: coronæ puritatis capiti suo imponentur: atque referet ille similitudinem Angelorum splendoris, qui gratiarum actionem pietatemque illum docebunt. Adorabit indesinenter, & quidem consistens in nubibus lucis, adorabit celebrabitque Regem altissimum lucis, qui misericordiæ erga eum plenus, felicitatem optimam & maximam in splendido loco ipsi largietur:



firmabitur is firmamento veritatis; quod autem futurum, non corporis indumentum; sed sua imago splendor purus, nec unquam interiturus. Justus quisque & constans antiquæ religionis in secula seculorum stabilietur. Ne, mei electi, celebretis hos Angelos, qui imperant diei noctique, diei splendorem nitidoremque in lucem creaturarum tribuentes. Ne celebretis Solem superbum: cui Kadusch nomen, Adunaj nomen, El El nomen, item alia nomina, mundo non patefacta. Ubi vero ædificata fuerit Jerusalem, urbs abortivorum, Ibrahim propheta in Jerusalem provocabitur. Adunaj etiam provocabit Mescho i. e. Mos em ex monte Sinai, Mosique mundum dabit, & ipsi accersito sacellum parabit. Existet etiam tum gens abortivorum, quæ, sacrificio pingui animalis generis oblato, suoque sanguine in sanctuario effuso, quod nefas faciet, populusque domus Israelis appellabitur. Circumcidet se gladio, suumque sanguinem faciei allidet orique illinet. Deserent viri mulieres, sibique invicem accedent, a verbo Domini sui desciscentes, fidemque hanc pervertentes. Vocati hi Abortivi peccatores. Declaro vobis, nei discipuli, electi, pacifici, & fideles, quot generationis hujus fueritis: ne faciatis eorum opera, nec eorum sive cibum edatis, sive potum bibatis, sive filias vobis despondeatis, aut uxorem ab eis ducatis. Servi ii scortatores: qui non adorantes Dominum suum, sed a Domini sui verbo se avertentes, denegabunt Mosem, Spiritus prophetam, qui attulit ipsis legem, mendacique arguent domum Ibrahim, prophetæ Spiritus in monte Sinai, qui Adunaj Dominum amans, circumcidet se, ut a suo patre se distinguat, & peragrans in inopia mundum, sedeque sibi quæsitâ, sacellum sibi condet. Ne misceatis vos his abortivis,

M



in unica veri doctrina non manseritis. Sed ex gente abortivorum populi etiam alii, sermone diversi, originem ducent. Vocavit itaque me & jussit Dominus meus, ut vobis de his populis mendacii, mendacique prophetis, & defectionis apostolis dissererem. Versabuntur hi in utero mulierum, mulieresque ab iis concipient & parient. Verum qui ex ventre mulierum exeuntes, speciem corporum præ se ferent, sub hac corporum specie doctrinam omnium primam ii pervertentes, mendacium, fallaciam, remque stupendam in mundum intromittent. Prophetas etiam se isti vocabunt, docentes: nos apostoli sumus. Ego autem, apostolus omnium primus dico, omnibusque Adami filiis, qui fuerunt, sunt, & nascentur hac ætate, denuntio: ne audiatis sermonem Angelorum apostasiæ, qui ipsi apostatæ, apostatas etiam filios hominis reddent, facientque, ut hi superbiant auro, argento, opibus & divitiis, possessionibus, imaginibus, fraude, simulacris, operibus perituris, canilena, hujusque mundi cupidine. Gladio ceterum, ensi, percussioni, certamini, bello, angustiae & tumultui filios hominis committent, eosque prementes & perterrentes, dicent: nos timeant, adorent & celebrent. Prudentia adhæc, humanitate, blanditiis, dulcedine, dolo & fraude filios Adami invadent, eorumque cor capient, atque nomen Dei eorum ori ingerentes, fraude & mendacio utentes, fallaciter jejuni, venerabundi, & benefici, libris fictis & circumspecte adornatis, sapientiæ, quam mihi dedit Dominus altissimus vobisque ego obtuli, speciem præ se ferent: verbis immistis, quæ eorum animam obstruent, cor pervertent, stultitiamque mundo inferent. Vobis, mei discipuli, dico: ne audiatis sermonem prophetarum mendacii,





neque a via Domini vestri declinetis. Ferent enim præ se nostri speciem Angeli apostasiæ, tres Apostoli, qui se in orbem contulerunt. Vobis autem denuntio: etiamsi mundum hi peragraturi, nobis tamen similes ii non futuri. Etenim qui eorum splendor, non is splendor, sed quod eorum indumentum, id indumentum ignis, aut igni simile, neque velamen eorum & tegmen caligini nigræ dissimile. Nihilo tamen minus hi prophætæ: qui indumenti nostri similitudinem referent. Vobis autem, pacifici & fideles, dico: verbo Domini vestri ne excidatis. Induite albam, vosque albo, ut aquæ vivæ symbolo, stolis velisque tegite: imponite capitibus vestris tiaras albas, ut coronas splendoris, quas Angeli splendoris suis capitibus imponunt: illigate lumbis vestris cingula, ut corrigias splendoris, quas Genii lucis suis lumbis illigant: circumdate corpora vestra palliis aquæ, ut gloria vos inhabitet: colligite manibus vestris margaritas, ut margaritas aquæ vivæ, quas Reges lucis colligunt. Qui fideles & pacifici estis, ne dicatis, quod cognitum non habeatis, nec vobis detectum sit. Nullus est, cui pateant secreta, præter Maximum & Altissimum, Dominum celsitudinis, Dominum omnium creaturarum. Vosmetipsos, fideles & pacifici, instruite armis, non autem ferri; verum arma vestra nasaræismus, fides & justitia sint. Quod videtis oculis, ore pronuntiat, & auditis auribus, sapienter exsequamini. Qui enim vident suis oculis, pronuntiant suo ore, suisque auribus audiunt, quod vero honestum sit, suis manibus non faciunt, similes ii vitibus malis, aquam bibentibus: quorum vero fructus, ut qui herbarum arborumque, siccescunt. Vertet mendacium in mortis iudicium iis, qui sine intelligentia & ratione egerint. Pro suis



operibus in quæstionem hæc vocabuntur: in hos testimonium  
 sis, qui a dextra lævaque florum Adami omnium incedunt,  
 dicitur. Exponam vobis, ut Dominus mihi præcepit, vobisque  
 dicam de luce eximia & infinita, dicam de tenebris, & igne ar-  
 dente, qui omnis otii & felicitatis expers est, dicam de Sata-  
 na, qui virtute & veritate destitutus, in igne hoc ardente, in  
 illa sui simili natura, in cassum aget. Vobis, Nasaræi, ubicum-  
 que fueritis, in hoc mundo sive nati sive nascendi, dicam: pri-  
 ma generatio mundi gladio & peste tolletur, animæ vero, cor-  
 poribus suis exeuntes, in lucem adscendent. Nam sancitum pa-  
 cificis & fidelibus, ut hoc exitu etiam illi suis corporibus exe-  
 ant. Quemadmodum & tibi, Adam, decretum, ut mille annos  
 in mundo hospiteris. Tamen ante illius exitum tu ascensurus.  
 Quo autem facto, exibit item corpore Hava, tua uxor, &  
 deinde omnes tuæ familiæ, præter Ram virum & Rud femi-  
 nam, a quibus mundus animabitur. Excitabitur ab eis  
 mundus: omnesque una voce consentient in hymno, quem  
 in hunc mundum, in quo illum hymnum dicent, attuli.  
 Posthæc mundus incendio tolletur. Nam sancitum familiæ Do-  
 mini vitæ, ut hoc exitu suis corporibus exeant, præter duos,  
 Schurbaj virum & Scharhabil feminam, a quibus mundus ani-  
 mabitur, & Schurbaj ille vir caput generationis vocabitur. Ani-  
 mæ vero, incendio exituræ, omnes in lucem ascendent. Neque  
 enim mendaciū verbum, quod Dominus eorum ad eos misit, ar-  
 guent. A generatione autem Ram & Rud usque ad generatio-  
 nem Schurbaj & Scharhabil homines animabuntur, verba hæc  
 celebraturi, nec a sermone gloriæ se aversuri. Præterlapsis  
 vero viginti & quinque generationibus, aqua mundus tolletur,  
 hæcque hominis aquæ hoc progressu suis corporibus exhibunt.

١٤٤٥٦٧٨٩١٠١١١٢١٣١٤١٥١٦١٧١٨١٩٢٠٢١٢٢٢٣٢٤٢٥٢٦٢٧٢٨٢٩٣٠٣١٣٢٣٣٣٤٣٥٣٦٣٧٣٨٣٩٤٠٤١٤٢٤٣٤٤٤٥٤٦٤٧٤٨٤٩٥٠٥١٥٢٥٣٥٤٥٥٥٦٥٧٥٨٥٩٦٠٦١٦٢٦٣٦٤٦٥٦٦٦٦٧٦٨٦٩٧٠٧١٧٢٧٣٧٤٧٥٧٦٧٧٧٨٧٩٨٠٨١٨٢٨٣٨٤٨٥٨٦٨٧٨٨٨٩٩٠٩١٩٢٩٣٩٤٩٥٩٦٩٧٩٨٩٩١٠١١١٢١٣١٤١٥١٦١٧١٨١٩٢٠٢١٢٢٢٣٢٤٢٥٢٦٢٧٢٨٢٩٣٠٣١٣٢٣٣٣٤٣٥٣٦٣٧٣٨٣٩٤٠٤١٤٢٤٣٤٤٤٥٤٦٤٧٤٨٤٩٥٠٥١٥٢٥٣٥٤٥٥٥٦٥٧٥٨٥٩٦٠٦١٦٢٦٣٦٤٦٥٦٦٦٦٧٦٨٦٩٧٠٧١٧٢٧٣٧٤٧٥٧٦٧٧٧٨٧٩٨٠٨١٨٢٨٣٨٤٨٥٨٦٨٧٨٨٨٩٩٠٩١٩٢٩٣٩٤٩٥٩٦٩٧٩٨٩٩

---

\*) Lege ...

Nam præscriptum huic generationi, ut corpora projecta moriantur, animæ vero in lucem ascendant, præter Nuh virum & Nurajto ejus uxorem, item Schum, Jamin & Jafet, filios 78 Nuh: qui a morte aquæ liberabuntur, & a quibus mundus excitabitur. A Schurbaj & Scharhabil usque ad generationem 78 Nuh quindecim generationes erunt. Verbum tum divinum & hymnum ego una cum duobus Geniis, meis fratribus, in mundo annuntiabo. Sed a Nuh & arca, usque dum existat Ibrahim, propheta Spiritus, & usque dum existat Mescho, & usque dum ædificetur Jerusalem urbs, sex generationes erunt. Nasce-  
tur tum Schelimun rex, filius 78 Davit, rex Judeæ futurus, urbemque Jerusalem conditurus: cui ipsi Diaboli & Dæmones subjecti erunt, donec ille se efferens, ibonitatem Domini non accipiat: quo autem facto, omnibusque ab eo descendentibus, regnum ipsi peribit. Quisquis se jactaverit, eum sui pudebit. Tamen a Mescho Bar Amro usque ad finem mundi nec defuturi fideles justitiæ, qui suæ fidei constantes se præstabunt. Verum & existent prophetæ mendacii, per varias urbes dispersi: quomodo & gentes lingua diversæ per varias urbes & varia loca se disseminabunt: atque abortivi per diversas urbes se dissipabunt, seque per varia loca homines & viri, hique dominaturi, dispergent. Cadet locus in locum, & urbs in urbem per bellum cadet: fusoque in mundo sanguine, quisque lucrum sibi quærens, quod non suum, sibi vindicabit. Decipient vos Septem Angeli impostores: qui sui cultores sibi conciliabunt. Impostor primus ille, cui Sol nomen: secundus Spiritus Venereus, cui Lehbat Astro Amamet nomen: tertius Messias mendax, doctrinam omnium primam adulterans: quartus Sin,



cui & Siro nomen, item Schuril nomen: quintus Kivan: sextus Bel: septimus Nerig. Diaboli Solis mendacium, magnitudinem spiritus, sui jactantiam, & magnitudinem ventris i. e. fastum filiis hominis injicient, eosque decipient, ut, apostolis, Spiritu, & Messia in mundum missis, Solem Lunamque adorando, ignem colant. Diaboli Spiritus, qui Astro nomen, ad Messiam se conferent, stultitiam in mundum immissuri, adulterium stuprumque immissuri, item cantilenam, saltationem & libidinem cordi humano immissuri. Dæmonissæ vero venificæ Dæmonesque venifici, in montibus & collibus habitantes, huc illuc dispersi, docebunt filios hominis, eosque a suis ædibus & domesticis abstractos deducunt, vagos per montes & colles reddent, deductosque in deserta solos ibi eos, pollutionem, sanguinem, menstruaemque mulierem amatuos, & iniquitatem dolumque dilecturos, collocabunt. Quibus & quidem in igne Messias, cultores sui vocans, apparebit. Diaboli iterum Kivanenses planctum & fletum cordi humano immittentes, a felicitate eos quasi victos detinebunt, vagosque per montes reddent. Diaboli Nerigenses, in homines casuri, eos denudabunt. Exponam vobis, mei discipuli, de Messia mendaci, qui olim venturus, miracula in igne, ipse igne vestitus, igneque tectus, ostendet. Emanel suum nomen: etiam Jeschu vivificantem se appellabit. Quin & super igne sua habitatio futura. Et in curru ignis ille sedens, adveniet, & stans coram vobis, vobisque congregatis dicet: mihi in igne adsistite, haud coquemini, mihi credite. Vos si urserit, & ad eum ieritis, ipsi diffiteamini, nec a fide vestra deflectatis, sed nomen Regis altissimi lucis recordemini. Cujus vero nomen omnibus creaturis supererit, illius





etiam virtus in corde oreque vestro versetur. Vobis, mei discipuli, amplius dico: speciem quoque aliam hic induet, coramque vobis stabit. Splendore autem ignis utcumque ille vestitus igneque tectus, tamen visui vestro sui obtegens, vestros oculos perstringet, vobisque dicet: ego sum is, qui a Deo fuit. Dicit etiam ille Mendax: sum Filius Dei, meus Pater me huc misit. Vobis item dicet: sum Apostolus omnium primus, sum Æbel Zivo, ex alto sublimi veni. Ipsum vero diffiteamini. Neque enim ego ignis indumento vestitus hac ætate hominibus apparebo. Veniet vero Anusch Genius, antequam aquæ diluvium ad Nu ejusque familiam pertigerit. Quo tamen aquæ diluvio ubi mundus tolletur, a Nu suaque uxore & familia id cessabitur. Scilicet genus humanum ab his animabitur. Sic etiam, & quidem desecentibus Filiis Israelis, conditaque Jerusalem urbe, veniet Anusch Genius, & in Jerusalem versabitur; ante vero, quam Diaboli in mundum progrediantur, per duo millia annorum hic Anusch in mundo versaturus. At indumentum ut nubium aqua est, obtegens splendorem, ita quod hujus indumentum, nec id corporis futurum. Quemadmodum æstui & iræ ille obnoxius. Veniet autem virtute Regis altissimi lucis, sanaturus mutilos, visum redditurus cæcis, purificaturus leprosos, debiles ad ambulandum erecturus, surdi mutique ut loquantur, virtute Regis altissimi lucis facturus, mortuos vivificaturus, credentesque abortivos redditurus, atque eis ostensurus, esse vitam, esse mortem, esse lucem, esse tenebras, esse gloriam, esse veritatem, esse errorem, atque ducturus ad no-



men Regis altissimi Iudis \*) quemcumque, qui se summiserit, fidemque uni Domino omnium creaturarum adhibuerit. Posthæc, & ubi ostendit sui amantibus veritatem, & Jerusalem urbem devastavit, adscendemus ad creaturas lucis, & habitacula splendoris, neque nos mundo conspiciendos præbebimus, donec veniat tempus, quo mundi mensura absolvetur. Sub hunc creaturarum finem accedemus ad animas pacificorum, animasque reorum, qui in mundo peccarunt & deliquerunt. In tenebris hi versantes. Ubi autem cuique secundum sua facta reddetur, ab igne ac tenebris salvus quisque evadet, præter eum, qui commisit peccatum majesticum, personam filiorum hominis corrumpens. O, pacifici & fideles! Quisquis a verbo Domini se averterit, neque iis, quæ ipsi dicta fuerunt, obedientem & fidelem se præstiterit, & quisquis pro lubitu suo Satanam adoraverit, nec pœnitentiam egerit, aut libidine abstinuerit, & quisquis se averterit a Jordano, Jordanique aquæ vivæ signo & baptismo, quo in nomine Vitæ Primæ se baptisavit, deinceps a Vita desciscens; sua radix a creaturis lucis evellatur. Adveniemus tandem in splendore solis, candore lunæ, nitore stellarum, vi venti, claritate, quæ data igni, & præstantia, quæ data aquæ vivæ in hoc mundo. Verum ad hoc usque tempus nos in mundo conspiciendos non præbebimus. Vobis, mei fideles, amplius dico: ubi Nebu, unus ex Angelis defectionis, venerit, convocabit Spiritus Venerens populum ad coeli terræque coronam; & in Tabdomo monte se Angeli de-

---

\*) Quibus respondent hæc, quæ supra, sed h. l. omissa  
 בְּיָמָיו בְּיָמָיו בְּיָמָיו בְּיָמָיו בְּיָמָיו

פועל וְאֵת מַעֲשֵׂי הַיָּדָיו וְאֵת מַעֲשֵׂי הַמַּחֲשָׁבֹת  
 וְאֵת מַעֲשֵׂי הַלֵּב וְאֵת מַעֲשֵׂי הַמַּחֲשָׁבֹת  
 וְאֵת מַעֲשֵׂי הַלֵּב וְאֵת מַעֲשֵׂי הַמַּחֲשָׁבֹת  
 וְאֵת מַעֲשֵׂי הַלֵּב וְאֵת מַעֲשֵׂי הַמַּחֲשָׁבֹת  
 וְאֵת מַעֲשֵׂי הַלֵּב וְאֵת מַעֲשֵׂי הַמַּחֲשָׁבֹת  
 וְאֵת מַעֲשֵׂי הַלֵּב וְאֵת מַעֲשֵׂי הַמַּחֲשָׁבֹת  
 וְאֵת מַעֲשֵׂי הַלֵּב וְאֵת מַעֲשֵׂי הַמַּחֲשָׁבֹת  
 וְאֵת מַעֲשֵׂי הַלֵּב וְאֵת מַעֲשֵׂי הַמַּחֲשָׁבֹת  
 וְאֵת מַעֲשֵׂי הַלֵּב וְאֵת מַעֲשֵׂי הַמַּחֲשָׁבֹת  
 וְאֵת מַעֲשֵׂי הַלֵּב וְאֵת מַעֲשֵׂי הַמַּחֲשָׁבֹת  
 וְאֵת מַעֲשֵׂי הַלֵּב וְאֵת מַעֲשֵׂי הַמַּחֲשָׁבֹת  
 וְאֵת מַעֲשֵׂי הַלֵּב וְאֵת מַעֲשֵׂי הַמַּחֲשָׁבֹת  
 וְאֵת מַעֲשֵׂי הַלֵּב וְאֵת מַעֲשֵׂי הַמַּחֲשָׁבֹת

\* ) לֵב (Legge

fectionis congregabunt, hunc Neba olei cornu illituri, igneque vestituri. Veniet item sub specie deinceps alia Messias impostor, & stans coram vobis dicet: aquam pertranseo, mei electi, advenite. Vos autem ne vos immergatis; neque enim transibitis. Ipsi ne credatis. Vos vero urgens si aliquem vestrum occiderit, nec dolore afficiamini. Vestris corporibus ab homicida occisis, vestrae animæ in terra lacis futurae. Ne commoveamini, nec dolore & metu afficiamini præ Messia doloso, vano, & præ sermone ejus insano. Evellat radicatus etiam hic frugiferas herbas & arbores, aisque trans mare ab uno ejus litore ad alterum missis, loco procumbet, fasciculum portans, indeque facturus scalam, qua missa e terra usque ad cælum ascendet & descendet, atque inter cælum & terram volans, vobis dicet: ego sum ille veniens ex alto; vester sum Dominus. Ipsi autem ne credatis. Scala enim Messiae incantationum fallaciâ & præstigiis facta. Atque quo loco Messias steterit, oculos præstringet. Obtecurus vero splendorem solis, soli dicet: splendorem tuum obtege. At splendorem sol non obteget. Preparabit vero, quo loco stabit, præstigiis caliginem, vobisque dicet: videte, sol, me jubente, splendorem suum obtegit; quia sum Deus servator. Vobis, filii hominis, dico: ipsi ne credatis. Celebrate Regem altissimum lucis, Dominum omnium creaturarum. Nec celebretis Messiam vanum, deceptorum creaturas, generationes, & gentes, nescias naturæ, ex qua ipsi origo. Veniet sub his speciebus, captivos in mundo ducturus, deceptorum filios hominis, eosque sua disciplina eruditurus. Illi autem religiosos & justos se vocabunt, item Christianos se appellabunt, & religiosos religiosasque paraturi, hos

فِهِمْ مَدْفُونَ فِي كَمَا فِي سَائِرِ سَائِرِ مَدْفُونَ مَدْفُونَ  
كَتَبْتُمْ فِي سَائِرِ سَائِرِ مَدْفُونَ مَدْفُونَ  
مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ  
كَتَبْتُمْ فِي سَائِرِ سَائِرِ مَدْفُونَ مَدْفُونَ  
فِي سَائِرِ سَائِرِ مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ  
مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ  
مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ  
مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ  
مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ  
مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ  
مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ  
مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ  
مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ  
مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ مَدْفُونَ

etiam homines religiosos, sanctos, beneficos & beneficas nominabunt. Exhibunt tamen ex eorum ædibus, qui corruptores & corruptrices fient, præripientes semen sibi invicem, mulieres viris, viri mulieribus semen, creaturisque satietatem tollentes. Sic & obtrudent injungentque eorum ori jejunium, atque, vinculis quasi injectis, cibum potumque ori ipsorum dementes, vestesque albas corpori detrahentes, in solitudine eos collocabunt. Accedentes vero Dæmonissæ eis concumbent, semen accepturæ, & prægnantes futuræ. Quo facto, existent Dæmones & Diaboli Tripudiantes, filias hominis invasuri: neque remedio, curæ, auxilio locus erit: verum suo semine, suo foetore, sua pollutione eas corrupturæ, eas prostratas compriment, ab aliis quidem desistentes, ab aliis vero non desistentes. Vobis, mei discipuli, rursus dico: latebit per menses improprie Nebu Messias in ventre matris virginis, deinde cum corpore, sanguine, & menstrualis pollutione exiturus, in illius sinu educandus, & lactens. Educatus vero apud gentem abortivorum, proponet ingrediens omnem suam doctrinam, &, perversa scriptura sacra, ejusque dictione ac re omni immutata, filios abortivorum perplexos reddet. Parabit sibi sui cultores, editis præstigiæ documentis: quarum ope sibi credentes tunica caprina vestiet, & comâ in capite eorum tonsa, caligine quasi velabit. Festum suum die solis agent. Atque eis dicet: Deus sum verus, Pater meus me hac misit, Apostolus sum omnium primus, ultimus, sum Pater, sum Spiritus Sanctus, ex urbe Nesrat exii. Ipsi item solium: humanitatemque humanitate cumulabit: & in Jerusalem se conferet. Colliget præterea abortivos incantatione & fraude, atque prodigia portentaque eis monstrabit, per



1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

Diabolo, qui cum eo erunt, mortalis vitam, ut & mortuo lo-  
loquellam redditurus. Advocabit abortivos, eisque dicet: venite,  
videte, mortuos vivifico, & ut resurgant facio, pretium redem-  
tionis solvo, sum Anusch Nasaræus. Spiritus etiam, voce in  
Jerusalem missa, testimonium de eo dicet. Ipse autem illece-  
bris præstigiæ filios hominis captivabit, eosque sanguine &  
menstruali pollutione imbuet. Baptizans hos aqua defectura, per-  
versoque baptismo vivo, in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti  
baptizabit, & a baptismo vivo, quo in Jordano aquæ vivæ bap-  
tizatus es, Adam, avértet. Nascetur vero hac etiam ætate filius,  
cui dicetur nomen Johannes, filius 72 Abo Sabo Zachariæ, ipsi  
in sua senectute futurus. Et nata centum annos eum concipiet  
sua mater Aneschbat mulier, in sua senectute illum pari-  
tura. Verum educatus hac ætate Hierosolymæ ille Johannes,  
quoniam fides in ejus corde versabitur, Jordanum leget, per-  
acturus baptismum per quadraginta & duos annos, antequam  
Nebu, corpore induto, in mundum abiturus sit. Sed, Johanne  
hac ætate Hierosolymæ nato, Jordanumque deinceps legente, &  
baptismum peragente, veniet Jeschu Messias, summis se ge-  
rens, ut baptismo Johannis baptizetur, & Johannis per sapien-  
tiam sapiat. Pervertet vero doctrinam Johannis, & mutato Jor-  
dani baptismo, perversisque justitiæ dictis, iniquitatem & per-  
fidiam per mundum disseminabit. At die, quo spatium vitæ  
Johanni confectum fuerit, ego mea sponte ad eum veniam. Ap-  
parebo Johanni puero parvulo, cum eo, tres annos unumque  
diem nato, sermonem de baptismo habiturus, gratiamque di-  
vinam explicaturus. Tamen ex suo demum corpore ipsum  
educam, & in puritate ad mundum omnis splendoris extollam,



illum Jordano, candido aquæ vivæ & exhilarantis baptizaturus, veste splendoris velaturus, lucis tiara circumdaturus, hymno: que puri cordis, quali hymno Reges lucis suum Dominum in secula nunquam terminanda celebrant, beaturus. Insistet vero mundus mendacio post Johannem, gentesque dissensientes Messias dolosus reddet. Duodecim item alii impostores per triginta annos mundum pererrabunt, qua ætate in mundo Dolosus apparebit. Probemini beneficentiâ spectati, justî ac fideles. Justus quilibet & fidelis institutioni Messias, & doctrinæ fallaci ac gentili Duodecim Stellarium ne obediat, nec ab hac disciplina, omnium prima, discedat. Estote firmi, & in fide vestra state, qui extemplo e mundo exituri eritis. Ne auscultetis institutioni mendaci, cui mendacium insitum est. Domino ubi placuerit, Anusch Genius, illuc iturus, manifestabit falsitatem Jeschu mendacis, Angelorum lucis speciem præ se ferentis, atque Messiam dolosum, mendacem, filium mulieris, ex luce non oriundæ, condemnabit. Illum, unum ex Septem impostoribus, mundum pererrantibus, suæque spheræ etiam imperantem, Messiam inquam dolosum mendacii arguet, in manus abortivorum tradet, desertumque a sui cultoribus crucifiget, corpus occidens. Dispergent se illius tum cultores in diversas partes, ipse vero in monte Moro se abscondet. Et velut sol fumum post æstum relinquit, ita ille errorem & persecutionem mundo injiciet. Impostores vero omnes, Septemstellares in mundo appellatos, qui filii hominis coluerint, ii ad incendium abituri. Neque enim hi, quæ prælecta, audituri, aut quæ monstrata, visuri, aut quæ præcepta, facturi, sed se a luce aversuri, amatores sui paraturi, ipsique pompam, servitia &



opes mundi hujus amaturi. Vobis, mei electi & pacifici in hoc mundo futuri nascendique, dico: veniet Dolosus, veritatem abscondens. Vobis autem præcipio, ne desciscentes a doctrina eximia deflectatis, aut, testimonium perhibendo somniis incantantibus, quæ impostores vobis ostendent, immorari id perhibentis, aut testes ob aurum argentumve, cujus cupiditate quotquot capti in ignem ardentem præcipitant, subornemini, aut carmen, quod Nebu Messias in mundo canet, canatis. Aliam adhuc speciem hic induens, & Tibicen blandus vocatus, carmen præstigiarium blanditiarumque canendo saltabit, &, complois manibus, cor filiarum hominis captabit. Inferet quoque Tibicen blandus hic appellatus mundo spiritum, unde populus spectaculo concupiscentiæ superbiet: quemadmodum, & ubi incantamenti filias hominis deceperit, ad illius vocem filiae nubiles ex horto, bestiaeque e virgultis in medium procedent. Sed, illata per mundum, viris libidine, feminis turpi lasciviâ, virisque mulieres sectaturis, mulieribus viros sectaturis, quomodo abstrahet senes & vetulas a suis ædibus, virosque a suis, penes quas ii versantes, uxoribus, sic etiam juvenes a suis cognatis abstrahet. Inmemores hi nominis suorum cognatorum, impudentiam, adulterium, scortatum, libidinem, & lasciviam viris, mulieribus, adolescentibus & puellis injicient. Quo facto, scortantes, ad cantum saltabunt mulieres coram viris, ut viri coram mulieribus saltabunt. Fallens libido sic mundo injicietur. Diaboli rursus Nergenses diripient fures in filios hominis, quorum furto filii hominis nudabuntur. Invadent Furiae & Parcae filios hominis: quos ubi vestitu ad nudum furiosi spoliaverunt, eorum quoque corpora quasi sacrificantes festumque

١٢١٤٠١٥٦٧٨٩١٠١١١٢١٣١٤١٥١٦١٧١٨١٩٢٠٢١٢٢٢٣٢٤٢٥٢٦٢٧٢٨٢٩٣٠٣١٣٢٣٣٣٤٣٥٣٦٣٧٣٨٣٩٤٠٤١٤٢٤٣٤٤٤٥٤٦٤٧٤٨٤٩٥٠٥١٥٢٥٣٥٤٥٥٥٦٥٧٥٨٥٩٦٠٦١٦٢٦٣٦٤٦٥٦٦٦٧٦٨٦٩٧٠٧١٧٢٧٣٧٤٧٥٧٦٧٧٧٨٧٩٨٠٨١٨٢٨٣٨٤٨٥٨٦٨٧٨٨٨٩٩٠٩١٩٢٩٣٩٤٩٥٩٦٩٧٩٨٩٩١٠١١١٢١٣١٤١٥١٦١٧١٨١٩٢٠٢١٢٢٢٣٢٤٢٥٢٦٢٧٢٨٢٩٣٠٣١٣٢٣٣٣٤٣٥٣٦٣٧٣٨٣٩٤٠٤١٤٢٤٣٤٤٤٥٤٦٤٧٤٨٤٩٥٠٥١٥٢٥٣٥٤٥٥٥٦٥٧٥٨٥٩٦٠٦١٦٢٦٣٦٤٦٥٦٦٦٧٦٨٦٩٧٠٧١٧٢٧٣٧٤٧٥٧٦٧٧٧٨٧٩٨٠٨١٨٢٨٣٨٤٨٥٨٦٨٧٨٨٨٩٩٠٩١٩٢٩٣٩٤٩٥٩٦٩٧٩٨٩٩

agentes lacerabunt: Diabolis, Deastris Nerigensibus, Satanis, in eos se effusuris, eorumque carnem esuris, atque sanguinem bibituris. Existunt item jam in mundo visiones: atque Chaldæi & harioli, per fana & sacra in suis agris aliisque & diversis regionibus, humidis & umbrosis, aut montosis & editis, passim versantes, illuc item filiis hominis a via fidei deductis, decipient mundum omnem tympanis, fistulis, cornibus, & tubis, altaque voce loquentes, mundoque seducto, in errorem cor filiorum hominis inducent. Inebriabunt eos hi potu amoris, lucro auri argentique, & structi e luto sacelli imaginibus; ita ut opera hæc manuum peritura adorent, atque coram reverenter procumbentes aromata eis suffiant. Erunt vero ex illis, qui & venerabuntur Angelos ignis, stellasque in sphaera cœli sublimes: quibus tamen splendor & nitor congestus fuit in lucem modo creaturis tenebrarum insciis, stupidis ac insipientibus futuram, ut splendorem, ex alto sublimi venientem, atque his stellis, tanquam ducibus diei noctique imperaturis, datum, videant. Etiam tu, Adam, tua uxor, tui filii, tua familia, & quicumque justus ac fidelis fuerit, remoti estote ab operibus fœdis Satanae, & a Diabolis, Dæmonibus, Spiritibus, Deastris, Dæmonissis ac Parcis, in mundo relictis ad tentationem virtutis filiorum hominis, quorum nec peccantes defuturi. Quicumque vero ad illorum Dæmonum voluntatem se conformaverint, & qui voluntati Satanae suique corporis cupidini satisfecerint, igni ardenti semetipsi dedit. Quod a spectatis beneficentia & pacificis absit. Quibus utpote fidelibus, nec manum Satanae dantibus, aut ad Satanae voluntatem se conformantibus, Satanae manus non dominabitur. Accincti enim hi fide, & a Satana





inviolati, opera beneficentiæ, quæ Dominus eorum definivit, facient. Vobis demique, pacifici & fideles, denuntio: post omnes prophetas propheta e terra surget, & propheta hic quartus Mahamad, in omnes gentes regnaturus, veniet. Angescet in mundo tum oppressio. Verum post hanc dominationem, qua mundus tumultuose insurget, post inquam Mahamad Bar Bezbat, quartum prophetam, non alius in mundo propheta vaticinabitur. Tollenda tum e terra fides. Celebretur Vita summa in lucè, Vitæque Nuntius in summa puritate confirmetur?

### Hæc sidra Domini celsitudinis est.

In nomine Vitæ summæ. Celebretur splendor, & lux summa, prima! Domine hymni, adspice nos, neque contra nos decernas. Domine noster, peccavimus & inique egimus: peccata & delicta nostra nobis remittas. Propitius, benevole, & misericors, adspice nos, neque contra nos decernas. Videns & discernens, adspice nos, neque contra nos decernas. Adspice nos, propter tuam misericordiam nostri miserere, & propter tuam potentiam nostramque tui fiduciam nostri miserere. Nostra spes & confidentia, propter tuam misericordiam nostri miserere. Sapiens & dominans, propter tuam benevolentiam & misericordiam nostri miserere. Rex altissime lucis, audi nostram vocem, nec contra nos decernas. Domine altissime & celebrande, ob id quod peccavimus, ne contra nos decernas. Manifestator, secreta manifestans, propter tuam misericordiam nostri miserere. Deus hymni, adspice nos, neque contra nos decernas. Servator omnium fidelium, audi nos, neque contra



nos decernas. Restaurator omnium bonorum, ob id quod peccavimus, ne contra nos decernas. Creator omnium opum, propter tuam misericordiam nostri miserere. Liberator honestatum, audi nostram vocem, neque contra nos decernas; propter tuam misericordiam nostri miserere. Donator omnium donorum, da nobis virtutem, neque contra nos decernas. Servator omnium fidelium, ab omni malo nos conserva. Liberator animarum, ab omni peccatore nos libera. Eversor omnium malorum, nobis contentionem iramque aboli. Stabilitor omnis humanitatis, da nobis veritatem, ne cadamus. Illuminator, cujus præstans virtus, da nobis virtutem, ne erubescamus. Domine omnis hymni, laudatio tui nos occupet. Custos justorum, tua vigilia nos custodiat. Procurator omnium electorum, tua procuratio nos tueatur. Commendator omnis precationis gratiarumque actionis, gratiarum quæ tibi debetur actio nos teneat. Rex altissime & misericordiæ plene, propter tuam misericordiam nostri miserere. Medice, interiora sanans, adhibe nostris peccatis curationem, neque contra nos decernas. Medice, animas sanans, nos sana, neque contra nos decernas. Potens & virtute valide, vim contumacium frange. Splendens, cujus splendor magnificus, tuus splendor nos inhabitet. Lux summa, nec unquam peritura, lux tua nos inhabitet. Dans manum pacificis, manum nobis da, ne cadamus. Constituens in viis veritatis, a tua via ne declinemus. Fortis, sapiens, misericordiæ tuæ iram abroga. Justitia, justos justificans, adspice nos, neque contra nos decernas. Domine summe omnis misericordiæ, propter tuam misericordiam misericordiæ tuæ omnem iram abroga. Qui distinguis vitam a morte, misericordiæ tuæ iram abroga. Qui distinguis lucem a



tenebris, misericordiae tuae iram abroga. Qui distinguis bonum  
 a malo, misericordiae tuae iram abroga. Qui distinguis verita-  
 tem ab errore, misericordiae tuae iram abroga. Illuminator lu-  
 minosorum, misericordiae tuae iram abroga. Qui extendis vir-  
 tute firmamentum, iram misericordiae tuae abroga. Qui con-  
 densas verbo terram, iram misericordiae tuae abroga. Qui mit-  
 tis aquam vivam, misericordiae tuae iram abroga. Qui foves  
 frugiferas herbas & arbores, iram misericordiae tuae abroga. Cu-  
 stos animarum, ab omni abominabili nos custodi. Qui mittis  
 justitiae Apostoles, iram misericordiae tuae abroga. Qui das sa-  
 pientiam & hymnum, iram misericordiae tuae abroga. Judex,  
 animas judicans, iram misericordiae tuae abroga. Judex, cui  
 oculi aperti, contentionem & iram nobis abroga. Pure, cui nul-  
 la macula, nos purifica, neque contra nos decernas. Nos servi  
 peccatorum, ob id quod peccavimus, ne contra nos decernas.  
 Nos servi, qui peccavimus, Domine noster, ne contra nos de-  
 cernas. Inique egimus, ob id quod peccavimus, ne contra nos  
 decernas. Oculus noster nutum annuit, ob id quod peccavi-  
 mus, ne contra nos decernas. Auris nostra malum audivit,  
 ob id quod peccavimus, ne contra nos decernas. Nostrum es  
 mendacium mussitavit, ob id quod peccavimus, ne contra  
 nos decernas. Manus nostra furtum commisit, malum-  
 que fecit, Domine noster, ne contra nos decernas. Cor  
 nostrum cogitata mala volvit, Domine noster, ne con-  
 tra nos decernas. Corpus nostrum adulterium commisit, ob id  
 quod peccavimus, Domine noster, ne contra nos decernas. Ge-  
 nu nostrum se Malis flexit, Domine noster, peccata delictaque  
 nostra nobis remitte, Domine noster, ne contra nos decernas.

Q



**Pe**s noster in superbia ambulavit, Domine noster, ne contra nos decernas. Nos servi peccatorum, propter tuam misericordiam nostri miserere. Domine omnium animarum, vidimus tuum splendorem, & viximus, vidimus tuam lucem, & credidimus, audivimus tui hymnum, nostroque in corde justitia habitavit, habitavit in nostro corde justitia, accepimus tui hymnum, verbaque tui hymni, quæ nobis misisti, audivimus: Domine noster, peccavimus, & inique egimus: peccata delictaque nostra nobis remittas. Nomen tuum loco lucis celebretur. Finis.

Hæc concio Jordani est. Finis.

**I**n nomine Vitæ summæ. Ubi veni ego, Apostolus lucis, rex ex luce oriundus, incedens huc veni. Doctrina & splendor in mea manu, superque me lux & laudatio, claritas & doctrina, vox & prædicatio, character & baptismus. Cordia obscurata voce mea & prædicatione illumino. Vox reddita in mundo, vox in mundo reddita a capite ad calcem mundi, vox in mundo reddita. Animum quilibet homo attendat: & attendens quisque animum, ab igne consumente liberabitur. Beati, qui juste agunt, pacifici & fideles: beati pacifici, ab omni malo procul abstinentes. Apostolus sum lucis, quem Dominus in hunc mundum misit. Apostolus sum justus, cui nihil falsi inest, justus, cui nihil inest falsi, cuique nihil deest, & deficit. Apostolus sum lucis: quisquis odorans odorem Vitæ, quisquis accipiens hanc doctrinam, ejus oculus luce plenus, ejus oculus plenus luce, ejus os hymno plenum, ejus os plenum hymno, ejusque cor sapientia plenum. Illum odorati adulteri, dimiserunt adulterium,

X = Legatus - supra





**reliquerunt, dimiserunt, reliquerunt adulterium, venientes in odore meo, circumeuntes, & dicentes: inscientes adulterati sumus, jam sapuimus, non adulterabimur. Apostolus sum verus, cui nihil falsi inest, verus, cui nihil inest falsi, cuique nihil deest & deficit: quisquis odorans odorem Vitæ, quisquis illum odorans, ejus oculus luce plenus. Illum odorati mendaces, dimiserunt mendacium, reliquerunt, dimiserunt, reliquerunt mendacium, venientes in odore meo, circumeuntes, & dicentes: Domine noster, inscientes diximus mendacium, jam sapuimus, non dicemus. Apostolus sum Vitæ, verus, cui nihil falsi inest, verus, cui nihil inest falsi, cuique nihil deest & deficit, arbor gloriæ: quisquis odorans odorem Vitæ, quisquis eum odorans, ejus oculus luce plenus, ejus oculus plenus luce. Illum odorati homicidæ, dimiserunt homicidium, reliquerunt, dimiserunt, reliquerunt homicidium, venientes in odore meo, circumeuntes, & dicentes: inscientes commisimus homicidium, jam sapuimus, non occidemus. Illum odorati sunt præstigiatores, dimiserunt præstigias, reliquerunt, dimiserunt, reliquerunt præstigias, venientes in odore meo, circumeuntes, & dicentes: Domine noster, inscientes usi sumus præstigiis, jam sapuimus, his non utemur. Vitis sum, vitis Vitæ, cui nihil falsi inest, arbor gloriæ: quisquis odorans vitam, quisquis obediens, ejus oculus luce plenus, oculus ejus plenus luce, ejus os hymno plenum, ejus os plenum hymno, ejusque cor justitia plenum. Illum odorati annuentes natum, dimiserunt natum, reliquerunt, dimiserunt, reliquerunt natum, venientes in odore meo, circumeuntes, & dicentes: inscientes annuimus natum, jam sapuimus, non annuemus, a die, quo vidimus, a die, quo tuam doctrinam audivimus, & a die, quo te vidimus, cor nostrum**

فَمَا إِذَا أَسْفَلْنَا نَحْمَدُ بِمَا نَحْمَدُكَ اللَّهُ لَا يُعِينُكَ إِلَّا بِعَمَلِكَ  
 وَتَحْمَدُكَ لِلْإِنْسَانِ وَالْمَلَكِ وَالْمَلَأُتَمَّتْ لَكَ بِأَعْيُنِنَا صَدَقَاتُكَ  
 وَأَنْزَلْنَا عَلَيْكَ الْقُرْآنَ بِالْحِكْمَةِ وَنُزِّلْنَاهُ مِنْ رَبِّكَ بِالْوَسْطَانِ الْوَسْطِيِّ  
 وَالَّذِينَ آمَنُوا سَبَّحُوا بُحْبُوحًا فِي الْمَلَائِكَةِ الْمُتَنَبِّئِينَ وَالْمَلَائِكَةُ  
 بِيَمِينِكَ وَذُنُوبُهُمْ أَلْفٌ مِائَةٌ وَتُجَابَتُ لَهُمْ دَعْوَاتُهُمْ فِيهَا  
 سَلَّوْا لَهُمْ فِيهَا سَلَوَاتٌ مَبْرُورَاتٌ مِمَّنْ سَبَّحُوا بِحَمْدِ رَبِّكَ  
 فِي الْبُيُوتِ وَالْمَلَأُتَمَّتْ لَكَ فِيهَا مِنْ نَسَبِكُمْ وَمِمَّنْ لَا يَكْفُرُ  
 بِأَيِّدٍ مَوْلَانِ وَمِمَّنْ يَكْفُرُ بِأَيِّدٍ مَوْلَانِ وَمِمَّنْ يَكْفُرُ بِأَيِّدٍ  
 مَوْلَانِ وَمِمَّنْ يَكْفُرُ بِأَيِّدٍ مَوْلَانِ \*

وَمِمَّنْ يَكْفُرُ بِأَيِّدٍ مَوْلَانِ وَمِمَّنْ يَكْفُرُ بِأَيِّدٍ مَوْلَانِ \*  
 وَمِمَّنْ يَكْفُرُ بِأَيِّدٍ مَوْلَانِ وَمِمَّنْ يَكْفُرُ بِأَيِّدٍ مَوْلَانِ \*  
 وَمِمَّنْ يَكْفُرُ بِأَيِّدٍ مَوْلَانِ وَمِمَّنْ يَكْفُرُ بِأَيِّدٍ مَوْلَانِ \*  
 وَمِمَّنْ يَكْفُرُ بِأَيِّدٍ مَوْلَانِ وَمِمَّنْ يَكْفُرُ بِأَيِّدٍ مَوْلَانِ \*  
 وَمِمَّنْ يَكْفُرُ بِأَيِّدٍ مَوْلَانِ وَمِمَّنْ يَكْفُرُ بِأَيِّدٍ مَوْلَانِ \*  
 وَمِمَّنْ يَكْفُرُ بِأَيِّدٍ مَوْلَانِ وَمِمَّنْ يَكْفُرُ بِأَيِّدٍ مَوْلَانِ \*  
 وَمِمَّنْ يَكْفُرُ بِأَيِّدٍ مَوْلَانِ وَمِمَّنْ يَكْفُرُ بِأَيِّدٍ مَوْلَانِ \*  
 وَمِمَّنْ يَكْفُرُ بِأَيِّدٍ مَوْلَانِ وَمِمَّنْ يَكْفُرُ بِأَيِّدٍ مَوْلَانِ \*

quiete plenum. Tibi, Bone, fidem habuimus, & visa tua luce, tui non obliviscemur, tui per omnes nostros dies non obliviscemur, neque per unam horam te nostro ex corde deseremus; quia nostrum cor non excæbimus. Hæ animæ non intercludentur. Loquens eis dixi: quisquis se converterit, illius anima non tolletur. Contra illum Dominus non decernet. Qui vero mali & mendaces, ii adversus semetipsos sententiam tulerunt. His enim quid fas sit ostendit, sed ii non videntes: hos vocavit, sed ii non obedientes & fideles. Mali ob suam cupidinem in mare magnum Erythræum præcipites ituri & in tenebris versaturi: eorumque tumulus mons tenebrosus futurus, usque ad diem, diem judicii, & usque ad horam, horam liberationis. Te, Domine noster, celebramus: peccata delictaque nostra nobis remittas. Celebreris, Rex lucis, qui veritatem nobis in tui amorem misisti. Purus es, Nuntie Vitæ, omnesque tui amantes purificasti. Vita pura omnibus operibus.

In nomine Vitæ sammæ. Vobis, plantæ, quas plantavi, & electi, quos elegi, pronuntio: ne adulteremini, aut furemini. Faciles vicissim vos præbeatis, summissequæ vos erga potentem geratis. Ne ametis prophetam falsi, a quo velut iudicibus mendacii, nihil tale, quale Jordani est, evenit, & in quo nec Dominus, in alto sublimi sedens, fixus manebit. Etiam vobis, electi & pacifici, dico & ostendo: fidem Domino celsitudinis adhibete. Exposui vobis de adolescentibus & puellis, de viris, feminas non quærentibus, & feminis, viros non quærentibus. Ascendite in ripam maris, videte pisces, in mari commeantes, binos in mari commeantes, neque eos ignavos. Videte aves



wolucres, binas sub cœlo volantes, neque eas inertes. Provide & tu, ne ignave agas. Ascendite in ripam magni Euphratis, videte arbores, in ripa Euphratis magni positas, & aquam bibentes. Vide fluvium sitientem, aqua non adfluente, atque, aqua siccescente, etiam arbores in ripa siccescentes ac morientes. Moriuntur pari modo siccescentes animæ adolescentium & puellarum, virorum, qui feminas non quærunt, feminarum, quæ viros non quærunt. Quæ vero corpore suo exeuntes, in caligine tenebrarum habitabunt. Quod enim suo ventre concipiunt, id suo ore ebullit, & quæ non præcepi, ea faciunt. Vobis ego amplius de mundo, in quo consistitis, pronuntio & dico: conficite nuptias filiis vestris maribus, & filiabus vestris feminis, Dominoque vestro, Regi altissimo lucis, fidem adhibete. Etenim mundus hic consummandus peribit. Iterum vobis, electi & pacifici, pronuntio & expono: Regi lucis fidem adhibete. Cur haberetis commercium libidinis cum his adolescentibus & puellis, viris, qui feminas non quærunt, & feminis, quæ viros non quærunt. Quibus obnoxios si vos reddideritis, in gehennam præcipitabitis: quo loco non umbre sufficient millia millia cedrorum, ut nec earum myriades myriades igni sufficient. Quibuscum vero si non fueritis, ascendetis, vultum tranquillum, Regis lucis visuri. Iterumque vobis, electi & pacifici, pronuntio & ostendo: Regi lucis fidem adhibete. Vobis item de animalibus, de avibus volucribus, de piscibus maris marisque animantibus expono: macerate, lavate, expurgate, emundate, coquite, & fuis precibus, edite. Neque tum quæstio in vos habebitur. Vita pura omnibus operibus. Finis.

R

אשר יבנה ביתו ויבנה ביתו ויבנה ביתו  
אשר יבנה ביתו ויבנה ביתו ויבנה ביתו

אשר יבנה ביתו ויבנה ביתו ויבנה ביתו  
אשר יבנה ביתו ויבנה ביתו ויבנה ביתו  
אשר יבנה ביתו ויבנה ביתו ויבנה ביתו  
אשר יבנה ביתו ויבנה ביתו ויבנה ביתו  
אשר יבנה ביתו ויבנה ביתו ויבנה ביתו  
אשר יבנה ביתו ויבנה ביתו ויבנה ביתו

אשר יבנה ביתו ויבנה ביתו ויבנה ביתו  
אשר יבנה ביתו ויבנה ביתו ויבנה ביתו  
אשר יבנה ביתו ויבנה ביתו ויבנה ביתו  
אשר יבנה ביתו ויבנה ביתו ויבנה ביתו  
אשר יבנה ביתו ויבנה ביתו ויבנה ביתו  
אשר יבנה ביתו ויבנה ביתו ויבנה ביתו  
אשר יבנה ביתו ויבנה ביתו ויבנה ביתו  
אשר יבנה ביתו ויבנה ביתו ויבנה ביתו  
אשר יבנה ביתו ויבנה ביתו ויבנה ביתו  
אשר יבנה ביתו ויבנה ביתו ויבנה ביתו

Dicunt Genii Nuntio Vitæ Juzatak: luceat tuum indumentum, magnique tua imago apud tuum patrem, Dominum celsitudinis, æstimetur. Finis.

In nomine Vitæ summæ, novissimæ, excellentissimæ, supremæ omnium operum. Quod salutare, innoxium, & propitium sit, precor mihi Adam Zuhrun bar Scharat, uxori meæ Mudâlal, uxori meæ alteri Samro fat Scharat, natis meis Adam, Behram, Semat Adam Zuhrun, Sam & Bajam, filiis illius Mudalal excellentissimis, quibusque non alii superiores. Quod salutare, innoxium, validum, verum, & propitium sit, precor mihi Adam Zuhrun bar Scharat, meisque natis, qui in nomen Vitæ adsciscantur.

In nomine Vitæ summæ, novissimæ creaturarum lucis, supremæ omnium operum. Arcana hæc & primaria concio doctrinæ vivæ, antiquæ, & qua non alia prior. Ubi exstiterat Ferho per Ferho, ubi exstiterat Ajar per Ajar, & ubi exstiterat Mano, Dominus gloriæ, ab hoc exstiterat alii Mani, iique Magnates præstantissimi, quorum excellens splendor, quorum magnifica lux, quibusque non alius prior exstitit per Ferho, Dominum excellentissimum & infinitum, cujus splendor illustrior, quam ut ore prædicetur, & cujus lux major, quam ut labiis enarretur. Sic etiam ex eo, quod per Ferho exstiterat, exstiterat adhæc mille mille Ferhi infiniti, & myriades myriades Majestatum innumerabilium. Quemadmodum nec minus exstiterat per quemcumque Ferho mille mille Portæ infinitæ, & myriades myriades Majestatum innumerabilium, consistentium & celebrantium illum Mano, Dominum gloriæ, hospitantem per Ajar, Dominum

b. Tract  
Brandt M.S. has  
MS 125-129  
by N. N. N.



رستا داد کوی همه برینا کتا نمونان رستا کتا ردا کنی زوینست  
 کسسه زوم جرسه کتسه کتا برتا کتا ردا کتا کتا  
 کنی کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا  
 کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا  
 کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا  
 کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا  
 کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا  
 کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا  
 کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا  
 کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا  
 کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا  
 کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا  
 کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا  
 کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا کتا

vitæ, versantemque in medio Jordano, eoque aquæ candidæ,  
 quæ ex Mano Domino exstitit, & cujus suavi odore omnes ra-  
 dices lucis splendorisque summi, primi, efflantur. Ita etiam  
 ad Jordanum maximum, infinitum & ineffabilem, positæ plantæ,  
 latæ hilaresque, hymno omnes plenæ, & in perpetuum man-  
 suræ. Parique modo ex Jordano maxime exstiteret alii Jorda-  
 ni, infiniti & innumerabiles. Ubi verò exstiterat Ferho per Fer-  
 ho, ubi exstiterat Ajar per Ajar, & ubi exstiterat Juro, Domi-  
 nus splendoris & lucis, illustris & præstantis, quo non alius  
 prior exstitit; ab hoc exstitit Jordanus maximus, aquæ vivæ  
 vitæque, fusæ in regionem Ajar, quem Vita tenuit. Quæ vero  
 Vita, componens se in similitudinem Domini Mano, a quo ex-  
 stiterat, precatione, sibi profutura, usæ est. Precatione prima  
 exstitit Genius Oeconomus i. e. Demiurgus, qui Vita Se-  
 cunda a Vita Prima appellatus fuit. Exstiteret item alii  
 Genii, infiniti & innumerabiles. In Jordano autem, ex Vita or-  
 to, Jordano hoc primo in regionem lucis effuso, constituta hæc  
 Vita Secunda fuit. Sicut & Vita Secunda non solum Genios  
 procreavit Majestatesque constituit, sed & Jordanum, in quo  
 Genios collocaret, provocavit. Quorum tamen Geniorum tres  
 fuerunt, qui precibus a Vita Secunda peterent, ut Majestates  
 etiam sibi ipsius pararent. Cui trium Geniorum petitioni Vita  
 quoque Secunda satisfacit. Atque Reges provocati, Majestates-  
 que paratæ fuerunt. Rogantes vero hi iterum, patremque eo-  
 rum appellantes, questione hac proposita, ipsi dixerunt: hunc  
 Jordanum aquæ vivæ & excellentis, cujus odor suavis, & in  
 quo Genii magnifici collocati sunt, an tu provocasti, tuque  
 sunt Genii, qui in eo constituti? Quibus tribus Geniis Vita



Secunda respondit: quis pater vester? quis, quem Vita provocavit, Jordanus? Vita erat, atque vos virtute Vitæ exstitistis. Ei autem dixerunt: da nobis de tuo splendore, de tua luce, de eo, quod tibi inest, ut euntes, deorsumque fusis aquæ torrentibus, Majestates tibi provocemus, mundoque tibi parato, qui mundus & noster & tuus sit, in eo permansuri consideremus, atque Genios, qui & nostri & tui sint, ei conformemus. Ita nomen Vitæ Primæ non memorabitur. Placuit id ipsi; & jussum, quod illis in voto erat. Quo autem jusso, Domine Vitæ Primæ hoc non placuit, aut rectum visum est. Quæ itaque preces, nec sine gratiarum actione, ad Mano maximum, per Ferho maximum hospitantem, fudit. Surrexit tum Mano ille Dominus in splendore, luce & gloria, vocavit Kebar Dominum, qui Kebar Zive, alioque nomine Nebat Javar bar Jufin Ifafin, item Sam Mano, clavus & vitis escæ Vitæ, appellatus est, ipsique, Genios ob ambitionis suæ magnitudinem commiserans, dixit: Genie, Geniorum Domine, vide, quod faciunt Genii, & de quo consultant. Dicunt: mundum provocemus, Majestatesque provocemus. Genii sunt principes filii lucis; tu autem Vitæ Nuntius. Placuitne tibi, quod Genii lucis, luce deserta, præcipitarunt se in tenebras, in mare magnum Erythræum, in foveam mugientem, in aquam voracem, corruptricem, in locum, quo nihil non voce ingenti incantatorum personat, igneque consumente perstrepat. Cum vero ille Genius Vitæ, cui nihil deest & deficit, silentium servaret, secunda vice Mano ille ei dixit: vide, Nuntie Vitæ, quam superbe cor Geniorum lucis se extulit, quantopere id ipsis turbatum. Præcipitarunt se in locum, cui nihil tractabile & solidum inest, in



locum, cui aqua viva deest, & ubi claritas non sedem habet. Cum vero Genius Vitæ silentium servaret, allocutus est pro sua majestate tertia vice Mano hic Nuntium Vitæ, dicens: Rex tu Geniorum, Dominus veritatis, parans thesauros omnibus creaturis lucis, te Geniis omnibus lucis, suas sedes incolentibus, item creaturis inferis tenebrarum præfecimus. Mundum affabre factum expolisti. Surge, in illum mundum descende, antequam Genii abeuntes aliquid faciant, quod nobis odiosum & inhonestum, nec Vitæ rectum videatur, neque tibi, Nuptie Vitæ, placeat. Disponis enim tu Genios, viaque munita signum limitare constituis. Nos autem te invocando cur te invocavimus? Scilicet, ut eo modo, quo ipse provocasti & expolisti hanc civitatem, eam adornes. Respondens Nuntius Vitæ Domino magnificentissimo Mano dixit: precans ego quem alium quam te inspiciam? graviter ego laborans cui alii confidam? Diruptum, quod a vobis exstitit: cui rei innitar? Alloquens Mano pro sua majestate Nuntium Vitæ, dixit: tu tibi ne deficias, nos tecum erimus, omne, quod dixisti, rectum nobis visum, tu apud nos stabilitus, nobis non eripieris, nos tibi aderimus, Vita erga te bonitatis plena, socios tibi plantans, plantavit tibi Genios mansuetos & permansuros; qui Genii mansueti & permansuri socii tibi futuri. Socios illos hæc tibi de integro plantavit. Constituentur etiam filiae, quo loco filii tui vocem vitæ proferent, longævi, ævoque grandes, ævum suum in perpetuum producturi. Quibus dictis, illum Dominus hic, dato splendore lumineque, fascia involvens, veste magnifica, eximia & infinita donavit, ipsique summam felicitatem, qua Principes beati fuerunt, precans, patrem Geniorum constituit & viatico

...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...

benigne instruxit. Jam vero, mandante ipso etiam Ferho, Domino gloriæ, & veritate ab eo sumta, ad domum Vitæ contendî. Quæ vero Vita ubi illuc me venientem de Mano, a quo plantatus eram, quæsierat, atque, quam late adveneram, tam bene meam quoque plantam vigere jusserat, pro sua magnificentia mihi Nuntio Vitæ dixit: vidistine, Nuntie Vitæ, quod Genii faciunt, de quo, uno alteroque, cogitant? Vidistine, quod illi, domo Vitæ deserta, in locum caliginis se præcipitantes, consortium Vitæ deseruerunt, consortium vero tenebrarum amarunt. Deseruerunt locum splendoris lucisque: abeuntes hospitium periturum amarunt Deseruerunt dulcedinem: abeuntes amaritudinem dilexerunt, abeuntes dilexerunt amaritudinem, cui dulcedo non inest. Deseruerunt Jordanum aquæ vivæ: abeuntes ad aquam abyssi, ad aquam abyssi abeuntes, ad ignem ardentem se contulerunt. Deseruerunt ignem vivum: abeuntes ignem consumentem amarunt, amarunt ignem consumentem, ignemque ardentem amarunt. Vide, Nuntie Vitæ, quod Genii fecerunt, vide, quod fecerunt Genii, quibus nihil non deest & deficit. Mundum a nobis repudiatum si deseruerimus; quæ ei futura concio, quæ concio ei futura? quis liberabit eum a decremento & detrimento? quis a jactura, quam ejus animæ fecerint, liberabit? quis faciet, ut vocem Dominorum, in domo retributionis sedentium, audiant. Loquens iterum Vita, Genio accincto & aecingenti dixit: nonne, antequam essent Genii, planta tua plantata erat? nonne, antequam essent Genii, vocarunt te Domini, teque cum mandato miserunt, vocarunt te, teque cum mandato miserunt Domini, accinxerunt te, teque cum mandato miserunt, legarunt, omni rei præferunt, commendarunt tibi Majestates Portasque





Principes loci secreti, præfecerunt te Geniis occultis, consistentibus & Principes celebrantibus, teque Jordanis illorum Magnatum & aquæ vivæ ac lætæ præfecerunt? Quomodo Magnates hi præcopere, factum est. Plantarunt tibi iidem etiam Genios, tibi que ministros \*) Genios mansuetos & permansuros plantarunt. Quæ cum mihi Vita dixisset, celebravi adorans Principes, Vitam summam celebravi; quia hæc Vita posuerat mihi plantam, quæ plantarii Vitæ fuit, mihi que socios dederat. Declaravi meam gratiarum actionem pro eo, quod in loco secreto stabam, declaravi meam beneficii conscientiam pro eo, quod Vita mihi dederat, testatam feci meam gratiarum actionem pro omni loco secreto, meam hanc beneficii conscientiam testatam feci. Dejeci meos oculos in eos, qui Rebelles, quam Genii, esse maluerunt: in locum tenebrarum abiit. Stans vero in domo Vitæ, vidi Rebelles: vidi portas caliginis: vidi profundum totius hujus caliginis: vidi corruptores Dominumque hospitii tenebrosi: vidi belligeros caligine conditos: vidi portas incendii accensi, flammantia incendia, flammantes malos, de decremento detrimentoque consultantes: vidi Hyænam, in caligine & cum malitia loquentem, loquentem cum malitia, præstigiis & incantamentis studentem, loquentem cum sapientia præstigiatoris, & in insidiis sedentem: vidi portam caliginis, & cancellos regionis Sinevis, quomodo hi facti erant: vidi aquam nigram inter hos cancellos discurrentem, seque invertentem; quam qui inierit, morietur, & quam qui viderit, aduretur: vidi serpentes, in hac media projectos, & se inflectentes:

---

\*)  $\text{לְבַיִת}$  pro  $\text{לְבַיְתָא}$ : mutata litera  $\text{ב}$  in  $\text{א}$  sui cognatam.



vidi hos serpentes varii coloris diversæque speciei; vidi naves caliginis, sui invicem dissimiles: vidi gubernatores pravos, in suis navibus sedentes, vidi hos gubernatores pravos, armis pravorum vestitos, armis vestitos pravorum, maleque de loco lucis cogitantes. Quæ cum vidissem, ad domum patris redii, coramque Vita consistens, ipsi dixi, quæ videram. Disserui de rege caliginis: disserui de his, illis, quemadmodum videram, Vitæ exposui. Mecum vero cogitavi: iterum me conferam in illum locum, locum caliginis, cui caligini operculum lucis deest, ad cancellos aquæ, quæ terræ caliginis est, discurrens, insurgens, seque invertens, quam qui inierit, morietur, & qui viderit, aduretur. Ascendam deinceps ad Vitam Dominam, interrogaturus, unde caligo extiterit, unde extiterit caligo? unde extiterint hospites, in ea versantes? unde extiterint opera eorum fœda & terribilia? unde extiterit defectus eorum grandis, quorum cuique aspectus fœdus ac terribilis est, plenus & refertus: ille totus fissuris? unde extiterint Buri Principes mali, in incendio sedentes? unde extiterit aqua nigra, ita discurrens, seque invertens, quam qui inierit, morietur, & quam qui viderit, aduretur? unde extiterint serpentes, in hac media projecti, seque invertentes? unde extiterint suæ naves? unde extiterint mali, in eis versantes? unde extiterit Hyæna varii coloris diversæque speciei? Cum vero coram hæc dixissem Vitæ Vitæ, meis parentibus, excellentissimis, perfectissimis, sapientissimis; Vita, Vita, quantæ scientiæ, tanti etiam silentii potens, tamen mihi, pro summa sua sapientia, respondit: veni, tibi, Nuntie Vitæ, Genie accincte & accingens, hæc explicabo. Antequam creaturæ omnes existere,



Ferho D. exstitit. Ubi vero per se Ferho D. exstiterat, Rex D. lucis, Dominus gloriæ, exstitit. Et ex Rege lucis, Domino gloriæ, Ajar Zivo D. exstitit. At ex Ajar Zivo D. Ignis vivus exstitit. Et ex Igne vivo Lux virtute Regis lucis exstitit. Vita autem Ferho D. exstitit, Vita exstitit Ferho D., per quem Jordanus exstitit. Jordanus D. vicissim exstitit Aqua viva: quæ Aqua maxima & læta. Ex Aqua vero viva nos, Vita, exstitimus, exstitimus nos, Vita: omnesque deinceps Genii exstiterunt. Sed ego Vitam interpellavi: ubi vos, Vita, exstitistis, an caligo tum exstitit, tum exstitit caligo, atque decrementum & detrimentum tum exstitit? Mihi autem ita loquenti Vita benigna fuit, Vita fuit benigna, Nuntio Vitæ dicens: tu Genie accincte, Genie accincte, accingens, tu Genie accincte, nescisne, caligo ubi exstiterat, ubi exstiterat caligo, etiam exstitisse decrementum & detrimentum? Quæ cum mihi Vita dixisset, sciscitandi potestatem accepi, quomodo caligo exstiterit. Vitæ Dominae Vitæ, qua non alia persona prior, dixi: si ego de hoc non sciscitarer, ego a principio non exstitissem. Quoniam vero ego a Vita summa exstiti, hæc mihi, quomodo tale exstiterit, explicavit. Vita pro sua magnificentia in sua gloria mihi dixit: potestatem tibi dedimus, Genie accincte, Genie accincte, accingens, potestatem tibi dedimus, Genie accincte, sciscitandi, quomodo hoc exstiterit. Sed explices tu Geniis occultis, explices omnibus electis, quo modo Genii loci secreti exstiterint. Vitæ me ita allocuta, ego disserui cum laudatione Principum, cum gaudio Vitæ summæ, de hoc, quod Vita mihi dixerat, ita loquens: tu, Genie, surge, contende in domum Dominorum, locum, quem Principes insedent, locum, quem insedent Domini,

T



ut de his, illis tibi dicant. Dominā autem Vitā me ita allocuta, contendi in locum Principum, locum, quem Domini insedent, locum, ubi boni habitant, atque stans coram illis petii, ut sciscitarer, quomodo hoc, illud, ab initio extiterit. Quod ut aciscitarer, cum petissem, hi mihi gratificantes, osculo mihi dato, mihique loco assignato, dixerunt: dedimus tibi potestatem, Kebar Zivo, Genie mansuete & permansure, dedimus tibi potestatem, Kebar Zivo, Genie permansure, clemens, dedimus tibi potestatem, Genie accincte, Genie accincte & permansure, dedimus tibi potestatem, Genie accincte, sciscitandi, quomodo hoc extiterit. Proponas vero deinde Geniis occultis, te in illum locum iturum. Explices tuis dilectis, explices beneficentia spectatis, viris justis & fidelibus, quæ tibi de specie gloriæ dicemus: quomodo terminus luci non extiterit, non extiterit terminus luci, neque cognitum sit, quando extiterit, quod non erat, quomodo, quæ non erat lux, extiterit ex non existente, quomodo qui non erat splendor, extiterit ex non existente, quomodo quod non erant Principes, id ipsum in lucem infinitam evaserit ex non existente, quomodo quæ non erat aqua, aqua a tenebris separata fuerit, aqua separata fuerit a tenebris eo loci, qui infinitus & ineffabilis est. Explices, quæ tibi dicemus: quomodo extiterit, quod extitit, quomodo, qui non erant Genii, Genii a tenebris separati fuerint, Genii separati a tenebris, separati ab earum incolis, separata bonitas a malitia loci caliginosi, separata mansuetudo a contumacia loci caliginosi, separatus ignis vivus ab igne consumente loci caliginosi, separata celebratio a præstigiis & incantamentis pravorum, perditorum, separatus Jordanus tertius





ab aqua voraci loci caliginosi, separata intelligentia ab hoc, illo, quod faciunt mali loci caliginosi, separata vox Geniorum a malis Principibus loci caliginosi. Quibus tibi dictis de primis, de secundis tibi dicemus: quomodo separatus sit thronus mitis a throno contumaci, separatæ commentationes & conciones a præstigiis Hyænæ terribilis, separata natura Angeli tutelarioris, obambulantis, a sermone Spiritus loquentis. Quibus tibi dictis de secundis, de tertiis tibi dicemus: quomodo separatus sit Bahak Zivo a Spiritu, quomodo cogitatio omnium Geniorum separata a voce rebelli, limes bonorum separatus a domino cuiusvis loci caliginosi, separati, qui beneficentia spectati, a jurgiis omnibus caliginis. Cum ita me allocuti essent Domini, cum ita me allocuti essent Principes, mei parentes, qui me plantaverant, ego deliberans animo, animo deliberavi, illosne interrogarem, an caligo tunc exstisset, tunc exstisset caligo, & a quo loco hæc formata fuisset? Interrogavi tamen: Domini vos electi; caligo cur non cessabit, cur non cessabit caligo? Validumne in perpetuum illius sceptrum? Dominos sic allocutus eram. Qui Domini mihi responderunt: Genie instructe, Genie instructe & instruens, Genie instructe, Genie permansure, clemens, bone per bonitatem, cui nihil deest & deficit, bonus quisque bonitate sua in perpetuum permanebit. Bonus vi bonitatis suæ radix est, suo loco defixa. Bonus splendore suo accensus. Aqua suo indumento oblecta. Præcepta arcana, abdita, suisque concionibus servata. Aqua pici non miscetur. Caligo luci non annumerata, non annumerata caligo luci. Non illuminatum hospitium caliginosum, hospitium caliginosum non illuminatum. Aqua infera non læta. Copiosior

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

sima \*) caligo, quæ socios sui fingendo finxit: fingendo finxit eos caligo. Quos cum finxisset, expertura ea vim suam per malitiam, quam moliebatur, in fundo suæ animæ se penitus occuluit, se penitus occuluit in fundo suæ animæ. Verum omnia ejus opera peritura, ut etiam perituri caliginis filii, filii vicissim Principum permansuri. Peribit domus malorum, ignisque consumens suarum præstigiaram exstinguetur. Item ipsi morituri ac exstinguendi: eorumque opera, quatenus non priscae integritatis, penitus consumenda. Familia Vitæ ex contrario permanebit in perpetuum: institutioni vivæ ac lumini hospitio interituri hæc futura. Domini hæc locuti, pectore scipioni incubuerunt. Ego autem virtute Dominorum loquens, Principesque celebrans dixi: ut vestri sunt ii boni, quibus nihil malii inest, sic ego in illum locum me jam confero. Mihi suppliciter ita locute Vita Summa Prima mihi hæc præcepit: ideam mundi creandi Vita Secunda concepit; obviam in mundum descende. Fiant virtute tua Genii, tuaque sapientia Principes maximi in sua majestate constituentur. Quo dicto, excellentem splendorem mihi dedit, - excellentem mihi dedit splendorem, præstantem lucem mihi adjunxit, dedit mihi puritatem, ab omni odioso me servaturam, dedit mihi vestem magnificam & infinitam, dedit mihi vestem magnificam, meque constituit Dominum in perpetuum, dedit mihi margaritam aquæ vivæ, nucem, qua rebelles subigerentur, dedit mihi coronam ignis vivi, præstantem & præ specie quacumque splen-

---

\*) ἰδὲ pro ἰδὲ. Sic alibi: ἰδὲ ἰδὲ copiosissimus, nec deficiens.



dentem, accinxit me suo cingulo, mihique gratificans me osculata est. Quæ etiam Princeps Vita Prima mihi dixit: contende ad Rebelles caliginis, qui facinus in nos moliantur, male cogitantes, quibusque malum in fundo obiectum est, malum obiectum est in fundo: quod autem ex tua voluntate non accidat. Addidit: bonus per bonitatem suam ascendet, locum lucis visurus; malus vero propter suam malitiam portas caliginis visitabit. Pronuntiando vox quævis redditur, & supputando rationem verbum quodvis profertur. Ventura vox una, quæ omnes voces explicabit: venturum verbum unum, quod omnia verba explicabit: venturus vir unus, qui hoc, illud explicabit. Cum Domina Vita Prima sic me allocuta esset, contendi illius virtute in locum caliginis, in locum, quem Mali inhabitant, in hospitium, quod totum est corruptorum, in locum serpentum, in sarragines ignis consumentis, in sarragines ignis adscendentis, donec \*) ad litem firmamenti perveniat. Contendi, & inveni Buros, rebelles caliginis. Contendi, & inveni eos omnes facinus cogitantes & stantes, cogitantes facinus & stantes, arma contudentes, stantes, contudentes arma, in bonos facinus molientes, cogitantes male, invicem consultantes, consultantes invicem, & dicentes: unde futurus alter ille mundus, qui dissensionem in nostro mundo movebit? aut ubi is, qui nobis fortior? Surgamus, cum eo certamen seramus, visuri, cui mundus hospitio futurus sit. Fabrica hæc tota nostra: neque in mundo discordia sit. Unde, qui robore hos Buros præstiterint? Illi nusquam, qui robore Angelos loci

---

\*) Pro  lege 



nostri præstiterint. Omnes hi sentientes, inquirentes, & mutuo  
 offendentes. Spiritus Venerens est animus fraudulentus, mendax  
 est animus Spiritus mendacis, totus præstigiæ plenus, totus  
 plenus præstigiæ, plenusque veneficiorum. Magistra  
 calliditatis sedet Hyæna. Spiritus Deastra, comam in capite  
 obtegens, sedet, mendacique præstigiis utitur. Sacrificula hæc  
 callide circumiens. Sentiens vero & inquirens Spiritus, inten-  
 dit se præstigiis mendacii, præstigiisque malis se satians, in iis  
 mediis se volutat. Et sentiens, seque præstigiis intendens Spi-  
 ritus, huc, illuc transiit, ac dixit: Spiritum quis de decremen-  
 to, detrimento erudit? Quis docuit mendacem Feminam,  
 lapsi Buri matrem, quis docuit hanc mendacem, Virum pere-  
 grinum huc venisse? Surrexit Spiritus mendax, una cum  
 omnibus Deastris \*), accedens invenit Principes Bueros seden-  
 tes, accedens vero invenit eos omnes armis vestitos, omnes ve-  
 stitos armis, & coram Rege caliginis sedentes. Rex caliginis  
 tum vehementer in sua sede strepitans, dixit: unde, qui me  
 fortior? quem omnes creaturæ colunt. Aut unde, qui me for-  
 tior? Surgat ille, & mecum certamen serat. Qui prævalebit  
 Turis Dæmonibus Montanis, quorum violentus furor est,  
 non invenietur. Ii omnes maximi & potentissimi: eorumque  
 Fascinatores & Diaboli omnes me colunt, atque constanter co-  
 lendo, omni die me adorant. Quod vero cum Rex caliginis  
 dixisset, Spiritus throno desiliit: & vociferans, fleas Spiritus  
 simul cum omnibus Deastris, alloquendo suum filium, Regi  
 caliginis profitetur: ubi, qui te major potentiâ, præstantior

---

\* Præpostere pro hoc loco, ut infra.





omnibus tuis creaturis fuerit? Ubi creatura, quæ nobilior tuis  
 Principibus, in medio sedentibus, Principibus sedentibus in me-  
 dio, quorum forma mundo illustrior? Quæ cum Namrus Spi-  
 ritus coram dixisset, Turo apostata in suo loco se suo indu-  
 dimento explevit, mundi que explementum evasit i. e. intumuit,  
 in quantum spatii mundus patet, commotus-  
 que bile mala, malitiæ plena, calorem æstuantem, igni simili-  
 lem, eructans effudit, atque, inuito consilio malo, collectaque  
 cohorte lapsa, cohorte lapsa collecta, dixit: surgam adscendens  
 e loco caliginis, fulmineque decoris mei barbæ meæ assum-  
 to, toti mundo, meo fune circumdato, incendium conflabo,  
 Magnatesque suis thronis deficiam, malum malo exacerbaturus,  
 Illius autem aperto ore corrupte, aperto ore foetido, ex quo  
 halitus foetoris efflatus fuit, aperto ore foetido, mundus inde  
 impletus est. Ego vicissim eum videns, apparui ei in veste  
 Magnatum, in veste Magnatum ei apparui, in splendore exi-  
 mio & infinito. Ipsæ autem ego visus in splendore plurimo, no-  
 bilissimo, & præ qualibet creatura præstanti, ei ostendi marga-  
 ritam aquæ vivæ, quam mei parentes mihi dederant, ei ostendi  
 margaritam aquæ vivæ, qua rebelles subiguntur, ostendi co-  
 ronam ignis vivæ, quam qui vident, retro cedunt & timent.  
 Sed, me viso, Spiritus, Namrus, ruina, ruina, clamitavit.  
 Et, me viso, Potentis regis omnia agmina se dissiparunt.  
 Ipse deinceps, agminibus suis dispersis, habitavit cum familiis  
 suis, habitavit cum belligeris, arma coram eo capientibus, ha-  
 bitavit cum Fascinatoribus, Diabolicis, Deastris & Dæmonissis  
 omnibus. Surrexit vero posthæc, ut omnem creaturam consu-  
 meret, Et amplectens vi omni distentoque ore fulmen, Duode-



cim Stellarum Zodiacalium Excitantia congregavit, sublatoque pulvere ex loco caliginis ascendit, absorpturus aquam nigram, absorpturus omnes Fascinatores & Diabolos, in ea versantes, omnesque Deastras & Dæmonissas. Surrexit, finisque toti mundo aderat: suis autem oculis præ lacrimis obtorpen-  
 tibus, suoque corde suspiriis laborante, suo corde laborante suspiris, quippe cum vacuâ in mundo existissent. Me iterum ei viso, nec sine voce magna, corona illius capite decidit. Quæ corona cum illius capite excidisset, fulmen exoandescens huc & illuc discussum per vaporem, illius ore exeuntem, fuit: adustis, qui Turi adstiterunt. Scilicet hi Turi adstantes fulgore, qui ore hujus Ur exiit, adusti fuerunt. Me tertium ei viso, & quidem virtute Dominorum, quam parentes mei mihi dederant, me ei viso, virtute Dominorum, ejus vapor ad meam vestem pertigit. Qui vero vapor cum ad meam vestem pertigisset, extinctus fuit ignis ardens, ignis ardens extinctus fuit. Corripiens tum ille amplexu suo terram, amplexuque hoc terram deglutivit. Quam vero terram amplectens cum deglutiisset, murus, munimentum caliginis, corruit. Et, concussus muro, caliginis munimento, omnis caligo inde conformata fuit. Augescebat tum caligo, caligo augescebat: prehenditque illius cor, illius cor prehendit caligo, sui naturam ab illo adeptâ. Ejus autem oculos præstrinxi, cor depressi, commissuras dissolvi, jecur compressi, ventremque in intestinis quatuor in plicaturas inflexi & convolvi, reficiensque murum nexuque firmans, ejus cordi ac visceribus venenum infudi. Omnis suus habitus inamarescebat. Lacrima quævis decida ex ejus oculis calida ignique similis. Atque, in quam præcipitaverat, apostasia, qua refertus & crassus erat, ossa ejus fregit:



ore spumas agente. Sed frenatus ille freno ferri, & manibus pedibusque constrictus. Ipsi etiam in sua urna operculum, capiti illapsus: oculis cæcutientibus, lumineque non utentibus. Et in ore Diaboli vox hæsit. In fundum animi sui abstrusus, abstrusus in fundum animi sui, exitium, exitium sibi, clamitavit, sibi exitium, exitium, clamitavit. Et igne animi sui inardescente, clamavit, væ, væ ipsi, iræ exposito, exposito iræ, & quem æstus in æternum operuit. Me, me, clamitavit, mali omnes, aquæ abyssi obruerunt, obruerunt aquæ abyssi. Oculi sui cæcutientes, nec lumine utentes. Alam concussit fulmen: tumultus in ejus corde motus est. Caudam commovit fulmen: devincta fasciis sua urna fuit. Atque Rex caliginis, in fundum animi sui abstrusus, dixit: verbum adversus illum non feci, tamen strepens ego suspiriis jam precor: misericors, mei miserere. Cum vero dixisset, misericors, mei miserere, omne, quod ederat, ore ejecit, omne, quod ederat, ejecit ore: abominaboli ejus factore. Et, cum dixisset, propitius mihi sis, omnes ejus cultores se disperserunt, se disperserunt ejus cultores; exinde onere animi sui ingravescente, ingravescente onere animi sui in infinitum. At cum subsiliens & subsultans tremefaceret suum habitaculum, suum habitaculum tremefaceret, præpositi ei custodes fuerunt. Et custodes, ei præpositi, potentes mundi Magnates erant. Enimvero a Baris potentibus motus in corde Spiritus excitatus fuit, motus excitatus fuit in corde Spiritus. Atque flens, rugiens & ululans Buro apostata dixit: bestia foeda & abominabilis, ex qua prodit odor foetoris, quis hæc tibi fecit? Quis tam humiliter te depressit? Respondit Spiritui Namrus: exprimam, quod mei horti fuerit.



Loqui autem cum vellet, scaturivit ipsi ex ore saliva, saliva ex ore ipsi scaturivit. Et misit Began Potens suspirium, misit suspirium Began Potens, Dominus totius mundi, mundique hujus matri Namrus respondit: vir, qui hoc mihi fecit, omni creatura ille præstantior: formamque suæ faciei cum viderem, omni habitu mihi non constiti, mihi non constiti omni habitu. Omnibus enim creaturis ille præstat. Alloquens vero ita matrem, dimovere a se Angelos, eum custodientes, voluit; nomen vero vanum sibi fecit. Alter alteri jam dixit: Ur suo loco subsultim exire nititur. Quod cum Spiritus audiisset, manum capiti injecit, manum injecit capiti, comam in capite operuit, comam operuit in capite, meque appellavit Spiritus, tremens, stans, & arcanum conflans, stans, conflans arcanum, & Ur potentem observans. Quem vero visum ego conclusi in turri, in turri conclusi: quæ ad centrum cœli pertingebat. Sicut &, instructo septemplici muro ferri, hoc ipso sæpiendum omne suum domicilium curavi. Atque muro, in quo ipsum concluseram, custodes præposui: qui custodes ei invigilarent. Quem admodum & quatuor ejus lateribus viginti & quatuor portas apposui, ut earum ope conservaretur mundus, mundus conservaretur. Atque ipsi item agger exstructus fuit. Viginti autem & quatuor portarum claustris ei paratis, suspiria, ait, mihi congruunt. Esuriens quid edam? sitiens quid bibam? & cui rei incumbam? aut quis mihi consortio futurus? Respondi vano Regi caliginis Ur: bonus ob bonitatem ascendet, locum iucis visurus; malus vero ob malitiam loco caliginis destinatus. Ad portas caliginis jacebis. Natura, ex qua exstitisti, consortio tibi erit: natura, in quam te ipse detrusisti. Esuriens cum





tua familia omnique tecum versante edes: tuo potui aqua Nigra, in qua media habitas. Regessit: ubi edens non satur fuero, quis me, ut mihi satisfiat, in loco sustinebit? Ubi bibens non satur fuero, quis sitin sedabit? Cum hæc Malus dixisset, illudens ego, indutaque personâ magnifica, spectabilem me præbui, & irrisi bestię, quæ manibus pedibusque utcumque carens, tamen totum mandum comedere cupiebat. Atque, cum dixissem, verbum Vitæ sors est Gubernatorum & Præfectorum, ille ubulans sibi que illacrimans respondit: unde ille, qui te, omni rei, omnibus creaturis imperante, major? aut ubi, qui te major? Sis mihi benevolus, nec ob id, quod peccavi, contra me decernas, sed potestatem tui mihi facias. Peccavimus, Domine noster, peccavimus: peccata delictaque nostra nobis remittas. Potestatem tui mihi facias. Nos omnes tibi subjecti erimus. Ego tum, qui bonus erga bonos sum, Vitam Primam potentem his verbis compellavi: mundus, quem Vita Secunda petiit, creetur, ut & Abatur, Vita Tertia, procreetur, nec solum Abatur producat, sed in medium quoque procedant Filii pacis, &, adornato ignis vivi æquilibrio, provocetur item Gabriel Apostolus, qui provocatus, delegatus & missus, provocatus inquam & ad mundum creandum delegatus, coagulet dense terram, & artificiose producta, producta artificiose terrâ, puteum maris profundi pulvere obstruat. Quo voto suscepto, iterum illi regi dixi: quæ admisto pulvere surgit ex Sinevas aqua, ea per canalem ad te peringet. Loco ignis vivi, ipsique resonæ aquæ vivæ & lætæ, quæ grati odoris plurimæque bonitatis est, illius aquæ colluvies tibi sitienti potui erit; quomodo, quæ circa ignis contentis est, tibi in



cibum cedit. Superfluum hujus & deciduum nutrimento tibi futurum est. Simul cum tuis Fascinatoribus, Diabolis, Deastris & Dæmonissis tibi cibo hoc futurum. Et, expanso firmamento, item æstus in te lapsurus. Ur tum vehementer rugiens quæsit: quamdiu solus ero, onusque mundi feram? Quodcum Ur dixisset, Spiritus, illius mater, commovens se & agitando, strepens seque concutiens Spiritus, hei mihi, hei mihi! vociferans, vehementer rugiens Spiritus, & huc, illuc ob Potentem lapsum se versans, ei dixit: quis in tui morem consistens mundum sustinuerit? quis dominus tuorum Fascinatorum, tuarumque Deastrarum imperator fuerit? Eminens potensque quis tulerit tuam sitin, tuam sitin quis tulerit? Sic invicem fastuose collocti Mali fuerunt. Ego ex contrario de re omni, quod Domini (Vita Prima) voluere, loquebar. Et quod Domini voluere, id extemplo factum fuit. Placuit vero Dominis, meis parentibus, mihi dicere: enuntiatae vere voces, & suppuitata accurate verba. Quas vero voces Spiritus animo versat, irritae eae futurae. Fient, ait, Voces Septem Stellarium a quibus defectus quivis existet: quarum de Vocum nominibus scriptum & expositum est Fient Voces Duodecim Stellarium, a quibus decrementum & detrimentum quodvis, obscura arte tristitiam molientium, existet. Fient Voces Quinque Stellarium, in fastu apparentium: creaturis, quibus videbuntur, trepidaturis. Spectabiles illae, & ex natura ignis ardentis: atque rotis iræ incedentes, sub specie ignis hæe conspicuae. Retulere mihi mei parentes de primis his Vocibus: & quas mihi explicarunt, Vocum omnium hanc, illam explicavi. Quibus vero sublatis, succedet una Vox, quæ omnes Voces



explicabit: succedet unum Verbum, quod omnia Verba expli-  
 cabit: accedet unus Filius dilectus, alis splendoris stridens,  
 stridens alis splendoris, cujus forma suo loco observanda: pro-  
 cedet sacra Vitæ doctrina, quam ille ad mandatum sui patris  
 commendabit. Incedet hic habitu ignis vivi, mundum tuum  
 petens: & maximam Vitam religiose colens, suo ex animo  
 sacram doctrinam proferet. Sed proferens ex suo animo sa-  
 cram doctrinam, item allatam vim coaguli aquæ in sui densa-  
 tionem immittet. Et aquæ hac immissa, limitem creaturis con-  
 stituet. Scilicet, quem & adducet, ignem vivum abyso inji-  
 ciet, eoque in foveas effuso, & arefacto abyso, mundum sibi  
 condet. Sic etiam prudentia Magnatum instructus, & claritu-  
 dine e domo Vitæ allata, habitaculum mundi illuminabit.  
 Ipse vero Rex, condito mundo, corporibus halitum immittet.  
 Atque, halitu corporibus immisso, cibo, quo hæc corpora per  
 virtutem ignis vivi vescantur, effabilis res quævis edilis futu-  
 ra. Futurum nempe cibo, effabile quicquid edile hujus, illius  
 generis fuerit, ut arborei, vitiginii, & olitarii foetus, omnesque  
 fructus tam frugum quam arborum: quæ res odore aquæ vivæ,  
 & fragrantia vivi ignis lææ in mundo vigeant. Quæ vicissim  
 res ediles foetide olent, eæ cibo tibi erunt. Sed fient quoque  
 tres Genii, qui curam illius halitus gerent, vocem Vitæ prædi-  
 caturi, lapsamque mundi fabricam illuminaturi. Quomodo  
 & venient duo Genii: qui contententes ad aquæ originem, &  
 aquâ inde allata, Jordanum in mundo efficient, atque, Jordano  
 in mundo effecto, ipsi claritatem adjicient: satis generosis plan-  
 tis, quæ fide, sapientia, lætaque denuntiatione plenæ, vocem  
 eximiam mittent, voceque eximia hac missa, fabricam mundi



illustrabunt. Colluvies vero, ex aqua in orbem terrestrem defluta redundans, hæc colluvies orbis terrestris tibi sitiienti potui parata: neque alia in fabrica orbis terrestris aqua tibi futura. Et præerunt tibi vigiles tui filii, a te nati: tibi que hi præpositi tuam turrim custodient: sicut & turrim tuam custodientes, tuis cancellis, quibus mundus circumscriberetur, animum advertent, sæptoque summo, quo omnes creaturæ circumdarentur, eum intendent. Quibus auditis, ille Malus, corde suo exardescente, exardescente suo corde, commovit sellam terræ, sellam terræ commovit, concussa que sua turri, suum & sæptum, ipsius mundi capax, concussit. Ego autem virtute Vitæ surgens, & precibus ad Vitam summam fuis ac admotis, ipsi murum, murum ferri, paravi: ut & circumdedi ei turrim, quam turrim ipsi circumdatam nullus homo vi sua suo loco dimovere poterit: atque terram calce feriens, dimotoque cordis sui fulcimine, circumligavi, quod suo cordi erat insitum, staturamque suam vinculo constrinxi, septemplici autem ligamine devinxi. Ita etiam vocem obscuram, ex illo prodeuntem, ligamento ingenti constringens, reddidi irritum omnem suum sermonem, & duodecim involucris, quicquid consilii Duodecim Stellares ab eo acciperent, convolvi. Vinxi illum magna voce, qua & horum vis perniciosa inanis fieret: conclusumque illum in fornice, cui septem vigiles præessent, & prostratum ita baculo percussi, ut, capite diffisso, ingemiscens, &, edito muliebri gemitu, in morem infantis fleret. Atque, ipsi demum apposito cum ficis cibo, apposito potu, extinxi incendium, æstum ignis consumentis perdentisque, & ipsi, suo nitore sublato, calorem indui. Ingressurus jam ad Bonos viam, institui



1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

\*) Lege pro pro

aulam mundo, aulam mundo institui, thronumque in ea posui. Quem vero thronum Bonis posui, ipsique sceptrum firmavi: firmato hoc sceptro, salvo in æternum tectoque futuro. Etiam Filiis pacis, loco suo cœpia abundantibus, nec inopia laborantibus, aptatæ sellæ, stolæque traditæ. Quemadmodum & Jordanus Dominorum paratus fuit: præpositis ei custodibus, præpositis inquam duobus Geniis, excellentissimis, nec defectui obnoxiiis. Verum, & ubi, posito throno ræ Rab Zivo, tradideram ipsi sceptrum, quod traditum sceptrum in secula seculorum faustum futurum, utens ea agnitione & laude, quam agnitionem & laudem Vita me docuerat, ad domum Magnatum me contuli, gaudens gaudium. Ut etiam Magnatas summi, sermone cum eis habito, gaudebant gaudium, semper ii mansuri. Cumulavitque Vita meam felicitatem, meumque splendorem ultra id, quod ante fuerat, auxit. Quomodo etiam mihi dixit: veritas tibi salutaris medicus, medicus adhibitus sermoni, quem tanto, quanto illum Vita habuit, gaudio habuisti. Quæ & mihi Genio ulterius dixit: virtutem illius Viri celebra, quod aqua in medio igne fuit, nec tamen, quamobrem illius Viri virtutem celebres, ignis in ea erravit. In ea hic ignis non erravit. Genius doctrinam suam declaravit, Genius declaravit suam doctrinam, viam pacificis constituit, viam constituit pacificis, atque, pacificis valere jussis, valere jussis pacificis, nominum suorum se memorem inter Dominos fore pollicens, dixit: quiete & hilare agatis! Genium posthæc Vita benevole complectens, benigne tractavit, Geniumque osculans, veritatem ei



dedit. Et quod pro Genio solutum a Magnatibus votum fuerat, scil. prospere agas, idem & hæc suscepit, scil. prospere agas, Geniosque constituas, sicut & tui Genii huc loci, ubi pater tuus summus Vita felicitatem tuam florentem cumulavit, veniant. Jam, sumpta veritate, contendi ad domum Magnatum, locum, quem colunt boni, locum, quem boni colunt, & ad domum hanc bonorum perveniens, me coram Magnatibus prostravi, dicens: cum peterem, ut Dominam Vitam alloquerer, hæc Domina meo voto respondit. Cum peterem, ut mea ipsi narrarem, hæc Domina felicitatem meam cumulavit, Domina cumulavit meam felicitatem, mihi dicens: invoca me, omnis rei dominam augustam & æternam, ut prospere agas, invoca me dominam, Genie constans, dilecte, ut prospere agas, invoca me dominam omnis rei, ut prospere agas. Pater fies Geniorum, viaticum benigne suppedians. Qui delectissimus es Geniorum, omnia opera adornabis, iisque operibus adornatis, prospere ages. Tu, Nuntie Vitæ, Genie accincte & accingens, surge, expande aquam vivam per sui spatium, eamque in mundum deduc. Provocha tres Genios, thesauri Vitæ custodes, custodes thesauri Vitæ. Quem vero, hinc sumtum & direptum, Genii rudes in mundum adducent, contemtuque opertum, indumento carnis obtegent, atque ipsi, sic despectui habito, & induto specie peritura, specie peritura induto, component decrementum & detrimentum, decrementum & detrimentum component. Fiet per eos motus, motus per eos fiet, hic, ille. Composuit se nunc Vita Secunda: Geniique eam consulturi surrexerunt. Qui & Genii, consilio petito, dixerunt: da nobis hoc, ut, mundo condito, tibi sedem



paremus, nos, qui tui appellemur. Dedit tum eis Vita Secunda splendorem, & lucem, quantumque splendoris Vita Prima ipsi dederat. Atque, dato hoc splendore, mundum in medium hi creando protulerunt. Surgentes posthæc filii Vitæ Secundæ, susceptoque itinere, in locum caliginis descenderunt: provocarunt quoque Fetahil Genium, quem provocatum suo loco constituerunt: ut & provocarunt Filios pacis, quos, paratis eorum gratia sedibus, in suis thronis collocarunt. Contenderunt item septuaginta Genii ad aquæ originēs, prospiciendoque locum caliginis viderunt. Sed Behak Zivo gloriabundus, quasi unus Magnatum fuisset, spiritum, sumisit: sumtoque, quasi unus Magnatum fuisset, spiritu, & deserto patris sui cœlo, clamans dixit: pater Geniorum sum, sum pater Geniorum, Geniis habitacula paravi. Subducas, tu Fetahil, rationem orci, rationem orci subducas. Jussum hoc, ut creaturas condem: quod vero in mea potestate non erit. Ignarus orci, orci ignarus, nec gnarus consumentis ignis, cui claritas deest, in potestate hoc non habebō. Pater sum Geniorum: qui tamen incolas ipsi orco præstare nequeō. Advocatum deinceps Fetahil Genium humanissime hic excepit, ipsique, osculo ei quasi uni Magnatum dato, nomina secreta, suisque locis servata, noscenda proposuit. Quomodo & coram adduxit Apostolum Gabriel, qui, missa voce datoque mandato, dixit: surge, Fetahil, i, descende in locum, habitaculis & creaturis carentem, provoca, para, tibi que, sicut quos vidisti Filii pacis, fac & adoma mundum, conde tibi mundum, & Genios in eo para. Qui vero Gabriel, pater Geniorum augustus, nulla scaturiginis Stygiæ mentione facta, illius notitia ipsum non instruxit & instituit. Surrexit



tamen Fetahil Genius, abiit, & in sedem infimam omnisque creaturæ expertem descendit. Consistens vero in profundo luti, abyssoque inmersus, secum ita locutus est: quam ignis vivus mutatus, quam mutatus ignis vivus fuit! Et elatus corde, dixit: filius sum Dominorum, cur ignis vivus mutatus fuit? Quæ autem cum Fetahil Genius dixisset, Spiritus se corroborans, corroborans se Spiritus, seque jactans, comperto, mutatum splendorem fuisse, atque splendori decrementum & detrimentum exstitisse, surrexit. Amovit pallium suum, alienoque induto, & immutato statu suo, se in habitum, qui ante suus non fuerat, composuit, & vesano sensusque ac judicii experti Karabtono dixit: surge, vide, defecit splendor Viri Novissimi i. e. Fetahilis, exstitit huic splendori decrementum & detrimentum. Surge, concumbe cum tua matre, teque a cancellis, quibus teneris, iisque toto mundo amplioribus, libera. Quo audito, Malus ille, subsultantibus suis ossibus, cum Spiritu concubuit. Conceptit etiam una vice Spiritus septem Figuras: quas item per septem dies parturiens, insipientes genuit. Genuit scilicet Septem Stellares. Totidemque & septem suæ species figuratæ prodierunt. Quas vero videns, dejectoque de suo gradu animo, dixit: studui, mihi non consultum est, quod petii, id non factum est, una Figura alteri similis non est. At, Spiritu ita loquente, ejus. Filii tumultum fecere, fecere tumultum, parentis sui non definiti inficientes. Extendens tum Fetahil manum in abyssum, dixit: fiat terra, quomodo sedes Magnatum exstitit. Atque, manu immersa, etiam densatio quædam facta fuit. Quæ vero facta densatio, ea huc & illuc fusa & discurrens. Atque, hac non coëunte, neque terra concre-



1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

scente, ambiguus ille animi stetit. Enimvero, illius animo ita distracto, corroborans se iterum Spiritus dixit: surgam, & pallio meo amoto, ad æternum mundi Regem contendam. Surgens amovit pallium suum, alienoque induto, pergens amovit pallium, & facto gradu, Regi Buro dixit: surge, Buro Domine, vide, totum mundum fore tuum, audivi, desertam hanc fabricam fuisse, omniaque ejus vincula soluta. Quo audito, Mali animus in duplum corroboratum fuit. Atque, corroborato illius animo, Spiritus dixit: soror tua sum, & si mecum concubueris, tuum robur duplicabitur. Facto autem concubitu, una vice Spiritus Duodecim Buros concepit, concepit Duodecim Buros, quorum ne unus quidem prospere ipsi cessit. Atque post duodecim dies, partu appropinquante, parturiens Spiritus peperit Duodecim Figuras, mutuo dissimiles, dissimiles mutuo, quibus singulis in vola ventilabrum fuit. Quas autem ubi Spiritus vidit, animo dejecto de suo gradu, animo de suo gradu dejecto, lamentans sibi & illacrimans dixit: putabam fore, ut facta ego gravida eos parerem, qui Domini mundi fierent. Propere autem egi, mi Domine, non potui, rei stultæ animum addidi. Hæc dixit Namrus Spiritus: & Duodecim Stellares omnes male affecti evaserunt, evaserunt omnes male affecti, sui que non definiti parentis inficientes. Fetahil cogitatione defixus, Fetahil defixus cogitatione dixit: mundum deseram. Quo audito, Spiritus animum obfirmans, dixit: nullus mihi hostis externus sit, nec Hospes mundo imperet. Surgens pallium suum amovit, alienumque induit. Amoto autem pallie, ad profundum loci tenebrosi contendit, & lapsa Karaftano, manibus pedibusque carenti, dixit: surge, mi pater, vide,



filia tua sum, benevole me excipe, me osculare, & mecum concubere, decus meum, oculis tuis usurpa mundum, oculis tuis mundum usurpa, vide, totus ille tuus erit. Qui in tuum mundum venit Hospes, deserto eo & relicto, in locum suum ascendit. Si mecum concubueris, oculus tuus mente consipiet. Audiens hæc Malus, benevole, osculoque dato, cum Spiritu concubuit. Atque, hoc concubitu nec sine osculis peracto, Quinque Stellares, superbos, invicem fallaces, fallaces invicem, nec aliquid, quod amabile & pulchrum sit, facturos, una vice Spiritus concepit. Per unum vero diem cum stridore vehementer fulgurans, per alterum graviter tonans, per tres dies fulmina quaquaversus vibrans, per quatuor dies in foribus averni valde remugiens, & per quinque dies, palpitante Dæmonis corde, menteque illius ad vivum parturiente, parturiens & gignens parturivit & genuit Quinque Figuras, mutuo dissimiles, dissimiles mutuo, invicem se offendentes, & perniciosi, cui ne omnes quidem creaturæ prævaluerint, auctores. Quas videns, manum capiti injecit, manum injecit capiti, comamque capitis tecta, comam tecta capitis, & motu cor agitante, dixit: cucurri, mi Domine, sed non perveni, stulte egi. Nonne has Figuras vidisti? Minime acquievi. Jussi; sed factum non est. Omnes meæ præstigie ludibrio fuerunt: omnia mea consilia dissipata. Cur amovi meum pallium? Cur indui alienum? Cur alienum indui? Nulla mihi in domo portio. Fatahil sua mentem reputans, suaque prudentiam in consilium adhibita, dixit: ascendam ad Vitam, supplex a Domina domus meæ hanc veniam precaturus, ut, assumpto vivi ignis indumento, ambiam abyssum, abyssum ambiam, &, quid futurum sit, ostendam. Qua

۱۸۴  
 و بنفك حب هني هفحب حبسنا نفك صب حبصم افام  
 نمدا سوبحه دفنا لستفا حب افقنا افام نمدا حبصمسه دفنا  
 لستفا حبسنا بحصمنا افام نمدا دفنا حبصم افام  
 هفكم افام صب هنيصم افام حبصم افام صب هنيصم افام  
 نمدا افام صب هنيصم افام حبصم افام صب هنيصم افام  
 نمدا حبصم افام صب هنيصم افام حبصم افام صب هنيصم افام  
 حبصم افام صب هنيصم افام حبصم افام صب هنيصم افام  
 حبصم افام صب هنيصم افام حبصم افام صب هنيصم افام  
 حبصم افام صب هنيصم افام حبصم افام صب هنيصم افام  
 حبصم افام صب هنيصم افام حبصم افام صب هنيصم افام  
 حبصم افام صب هنيصم افام حبصم افام صب هنيصم افام  
 حبصم افام صب هنيصم افام حبصم افام صب هنيصم افام  
 حبصم افام صب هنيصم افام حبصم افام صب هنيصم افام  
 حبصم افام صب هنيصم افام حبصم افام صب هنيصم افام  
 حبصم افام صب هنيصم افام حبصم افام صب هنيصم افام

impetrata, etiam Fetahil pro prudentia, quam animo versabat, cum Vitam venerabundus celebrasset, assumpto vivi ignis indumento, abyssum obiit. Admistus jam vivus ignis medio abyssonis fuit. Et spiramento indumenti, quod vivi ignis erat, pulvis ex regione Sinevas excitatus. Qui autem pulvis, ex regione Sinevas elatus, in locum averni cecidit: obstructis omnium tum marium faucibus, composito in tranquillum quovis gurgite, tartaroque per casum hujus pulveris in aquam concreto. Quo autem facta, ascendit Daljo Bar Gudo; qui & consistens in centro cæli, expansi sui firmamenti Auctorem potentem supplex celebravit, visoque throno sublimi, gaudens pectore lætatus est. Enimvero, cum vellet Fetahil murum terræ cæli centro jungere, cum inquam terræ murum extollere vellet; eum circumdedere Apostatæ, circumdedit agmen Apostatarum, plenum calliditate, plenum præstigiis, totum calliditate plenum, in quantum plena præstigiis est Besilat, femina præstigiatrix, circumdedere Septem Stellares, & Duodecim Stellares, arrogantes & vani, circumdedere Aterfan & Lifin, duo mundi antistites, unus Cæcus, alter Cæcans, iræ terrestri hi imperantes, circumdedit Petaljo Rebo. Eductus jam ille murus versus fornicem coeli erat. Cum vero illum terræ murum eductum & elatum fornici coeli Fetahil conjunxisset, ipsique conum sublimem firmamenti evectum, sibi imperiale solium, illigasset, egerunt præcipites Septem Stellares perinde quam Duodecim Arrogantes, ascensuque facta, fornicatum illud opus occuparunt: versantibus vicissim in suo furno Quinque Stellaribus, qui eorum duces adversus me contenderent. Fetahil, prudentia excellens, singulatim tum quæsi-



vit: unde estis, mali? quibus forma e domo Patris non data. Cui dicto Spiritus respondit: ab inferis huc progressi, merere stipendium, uti tuo hospitio, tuo hospitio uti, in tuo omni negotio tibi solatio esse super tuo throno, super tuo throno tibi solatio esse, mundum administrando, cupimus. Nos honeste acturos tibi in perpetuum commendatos habe. Septem vero Stellaribus Fetahil respondit: mei filii vos eritis, si bona opera feceritis. Atque vos in meum cœtum adsciscam. Quod vero cum Fetahil dixisset, fabrica mundi ei sublata fuit, fabrica mundi sublata fuit ei, eamque apostatæ occuparunt. Rediit hæc eo, quo fuerat, antequam firmamentum extendere-  
 tur, & terra hæc solide concreveret. Qua autem sublata, Fetahil, prudenter intelligens, secum locutus est: surgens in domum mei Patris ascendam, Patri meo summo ita dicturus: omne, quod mihi præcepisti, id peregi. Cujus vero meditationis intelligens pro sua calliditate Spiritus etiam sic secum loquebatur: provocabo Deastras & Astartes; quibus accedent Septem Stellares, mei in mundo filii, qui per suas proistigias hostilem motum excitent; ut & insurgent Arrogantes Duo decim Stellares, Diabolique se erigent, quos totus mundus fugiet; atque insurgent simul Quinque Stellares, fabricæ mundanæ principes, bellumque gerent. Sed, his visis, Fetahil utcumque prudens ira exarsit, & baculo intento, pectus triclino allidens, secum loquebatur: antequam ad domum patris me conferam, huic mundo dominum parabo. Nesciunt hi insipientes, qui dominus est mundi, eum quoque dominum fabricæ mundanæ futurum. Contendit ille posthæc ad domum Vitæ, & Patri Genio dixit: condideram mundum; sed





Spiritus provocabat Deastras, provocabat Astartes perniciosas, parabat Dæmonissas omnis generis & speciei; Septem Stellares provocabant Fascinatores insignes & innumeros; Duodecim Arrogantes provocabant Diabólos, qualis sua in mundo forma; Quinque Stellares parabant cædem, hi iræ tērestri imperantes, sui que speciem partim in terra vasta, partim in aqua profunda præbentes. Nos vero in cælo nobis constemus: nostra que prædicatione totus mundus personet. Sic etiam terra nostra erit: nec alius huic mundo imperet: sed in domo, quam pater noster nobis struxit, abhinc commoremur. Etenim nos fabricæ mundanæ domini. Cujus vero domina fieri loco nostri Spiritus cupit. Vicem nostram Spiritus Venerius sustinebit: neque nos nisi hujus mundi vigiles futuri. Surgant Duodecim Stellares, discriminent dies mensium, horas & dilucula discriminent, discriminentque crepuscula lucida. Ita vero nobis faciendum, omnisque fabrica mundana nostra futura. Definiatur spatium temporis a terræ coagulo ad primordia Adami 360,000 anni, a primordiis Adami ad incunabula generis humani 480,000 anni, quales annos, alterum altero non breviorum, Septem Stellares descripserint, & quales eos, alterum altero non breviorum, toti mundo Spiritus Fallax, & Duodecim Stellares, filii perditii, descripserint. Nescii autem hi, ut nec sciens Spiritus una cum Septem Stellaribus, mundo nec dominum nec hospites defore; ubi illi consistentes consultant, quomodo dominum mundo immenso parare possint. Repetivit Fetabil mundum, & quæ Pater ejus jusserat ipseque audierat, dixit: adsum, ut condem filium dilectum, eumque conditum pedibus erigam. Qui erectus Magnates celebret, &



qui surgens pedibus, sua manu bestiam voracem percutiat, sua manu percutiat bestiam voracem, bestiamque feram. Admonebo illum, ut rem suam quamcumque bene agat, Septem vero Stellares inter se jam diviserant regnum, quod futurum esset corporibus cibo utentibus, feræ omni bestiæ, terræque fructibus, ope aquæ omnibus oriundis. Quibus itaque Septem Stellaribus Fetahil adveniens dixit: faciamus Adamum, regem mundi futurum. Quo dicto, hi omnes, inito consilio, sic collocuti sunt: faciamus Adamum una cum Hava, eumque nostrum futurum. Locuti sunt: agedum, faciamus Adamum cum Hava, eumque caput omnis generationis. Quod vero cum dixissent Septem Stellares, Fetahil mente afflictus, secum locutus est: ubi ego solus Adamo una cum Hava capiti generationis creando suffecerim, cujus rei in mundo agendæ scientes hi futuri? Septemque Stellaribus Fetahil Genius dixit: Adam, meus filius, hujus mundi rex fiet. Qui vero ab eo tum sciscitabantur: quæ igitur res in mundo nostræ fidei tradenda, & cui præpositi nos ac præfecti futuri? Fetahil dixit: vos nutrimini & servitio ei semper futuri. Create jam Adamum, & ipsi, quæ caret, animam addite. Creato autem Adamo, animam ei addere non potuerunt. Quocirca advocarunt vim aëris, quæ purificaret ossa, ossa purificaret, ut in eis fieret cerebrum, cerebrum in eis fieret, quo firmus stare pedibus valeret. Arcesserunt ignis vivi claritudinem, ut illuminaret ejus indumentum, ejus indumentum illuminaret, quo firmus stare pedibus valeret. Accierunt vaporem æstuantem, ignisque consumentis calorem, qui ejus truncum permeans, sui dorsu spinas implet, quo per hæc agitaret brachia, ea contrahens, protendens, firmusque pedibus staret. Atque sic ii rogantes, da hoc Fetahil, ut quem tecum e domo

١٩٢  
 ١٩٢٠  
 ١٩٢١  
 ١٩٢٢  
 ١٩٢٣  
 ١٩٢٤  
 ١٩٢٥  
 ١٩٢٦  
 ١٩٢٧  
 ١٩٢٨  
 ١٩٢٩  
 ١٩٣٠  
 ١٩٣١  
 ١٩٣٢  
 ١٩٣٣  
 ١٩٣٤  
 ١٩٣٥  
 ١٩٣٦  
 ١٩٣٧  
 ١٩٣٨  
 ١٩٣٩  
 ١٩٤٠  
 ١٩٤١  
 ١٩٤٢  
 ١٩٤٣  
 ١٩٤٤  
 ١٩٤٥  
 ١٩٤٦  
 ١٩٤٧  
 ١٩٤٨  
 ١٩٤٩  
 ١٩٥٠  
 ١٩٥١  
 ١٩٥٢  
 ١٩٥٣  
 ١٩٥٤  
 ١٩٥٥  
 ١٩٥٦  
 ١٩٥٧  
 ١٩٥٨  
 ١٩٥٩  
 ١٩٦٠  
 ١٩٦١  
 ١٩٦٢  
 ١٩٦٣  
 ١٩٦٤  
 ١٩٦٥  
 ١٩٦٦  
 ١٩٦٧  
 ١٩٦٨  
 ١٩٦٩  
 ١٩٧٠  
 ١٩٧١  
 ١٩٧٢  
 ١٩٧٣  
 ١٩٧٤  
 ١٩٧٥  
 ١٩٧٦  
 ١٩٧٧  
 ١٩٧٨  
 ١٩٧٩  
 ١٩٨٠  
 ١٩٨١  
 ١٩٨٢  
 ١٩٨٣  
 ١٩٨٤  
 ١٩٨٥  
 ١٩٨٦  
 ١٩٨٧  
 ١٩٨٨  
 ١٩٨٩  
 ١٩٩٠  
 ١٩٩١  
 ١٩٩٢  
 ١٩٩٣  
 ١٩٩٤  
 ١٩٩٥  
 ١٩٩٦  
 ١٩٩٧  
 ١٩٩٨  
 ١٩٩٩  
 ٢٠٠٠

patris spiritum attulisti, Adamo injiciamus, dominum hunc mundi effinxerunt. Quo autem efficto, efficere ne quidem omnes potuerunt, ut pedibus consisteret. At illius rei conscius Fetahil abiit, & in locum lucis ascendit. Quem & coram patre Geniorum venientem hic pater interrogavit: quid fecisti? Respondit: quod feci, id omne mei quidem imaginem, non verè tui imaginem expressam habet. Surrexit jam Pater hic Geniorum, contendens petiit locum secretum, & sumsit puram tiaram a Mano Domino Adakas Zivo, quã hic climata omnia illuminat, tunicamque corporum varii generis & speciei illuminat, & quam hic jam ipsi in nomine Vitæ dedit. Illamque tiaram, manu sumtam allatamque, Filio Fetahil ille dedit. Qua autem ei data, Vita provocavit Hospites Adami futuros, provocavit scilicet Aebel, Schetel & Anusch, Genios præstantes, omnisque defectus expertes, eosque provocatos attendere ad illius animam jussit, dicens: custodes illius vos estote. Nescient verò omnes creaturæ, nesciet Fetahil, qua ratione miscenda sit anima corpori sic lapso, sic lapso corpori anima, ut in eo loquatur sanguis, sanguis in eo loquatur, in eo resonet meditatio & ratiocinatio Aeonis Adakas, sui custodis item futuri. Verum simulac Adam vestitus fuerit splendore Vitæ, pedibusque stare firmus valuerit, simulac ore puro locutus fuerit, & quando in ejus locum venerit, quando venerit in ejus locum, hoc, illud ipsi interpreteris. Quibus dictis, cinxit hic Pater Geniorum suum Fetahil Filium tiara illa pura, stolam quoque nitidam ipsi largiens. Abiit jam hic Genius Fetahil, comitantibus illis Hospitibus, Hospitibus illis comitantibus, qui potentes, animæ Adami præpositi erant. Enimverò, & sub

H&P - Notde 415  
P. 14 MR 36.

١٩٤  
 ١٩٤١  
 ١٩٤٢  
 ١٩٤٣  
 ١٩٤٤  
 ١٩٤٥  
 ١٩٤٦  
 ١٩٤٧  
 ١٩٤٨  
 ١٩٤٩  
 ١٩٥٠  
 ١٩٥١  
 ١٩٥٢  
 ١٩٥٣  
 ١٩٥٤  
 ١٩٥٥  
 ١٩٥٦  
 ١٩٥٧  
 ١٩٥٨  
 ١٩٥٩  
 ١٩٦٠  
 ١٩٦١  
 ١٩٦٢  
 ١٩٦٣  
 ١٩٦٤  
 ١٩٦٥  
 ١٩٦٦  
 ١٩٦٧  
 ١٩٦٨  
 ١٩٦٩  
 ١٩٧٠  
 ١٩٧١  
 ١٩٧٢  
 ١٩٧٣  
 ١٩٧٤  
 ١٩٧٥  
 ١٩٧٦  
 ١٩٧٧  
 ١٩٧٨  
 ١٩٧٩  
 ١٩٨٠  
 ١٩٨١  
 ١٩٨٢  
 ١٩٨٣  
 ١٩٨٤  
 ١٩٨٥  
 ١٩٨٦  
 ١٩٨٧  
 ١٩٨٨  
 ١٩٨٩  
 ١٩٩٠  
 ١٩٩١  
 ١٩٩٢  
 ١٩٩٣  
 ١٩٩٤  
 ١٩٩٥  
 ١٩٩٦  
 ١٩٩٧  
 ١٩٩٨  
 ١٩٩٩  
 ٢٠٠٠  
 ٢٠٠١  
 ٢٠٠٢  
 ٢٠٠٣  
 ٢٠٠٤  
 ٢٠٠٥  
 ٢٠٠٦  
 ٢٠٠٧  
 ٢٠٠٨  
 ٢٠٠٩  
 ٢٠١٠  
 ٢٠١١  
 ٢٠١٢  
 ٢٠١٣  
 ٢٠١٤  
 ٢٠١٥  
 ٢٠١٦  
 ٢٠١٧  
 ٢٠١٨  
 ٢٠١٩  
 ٢٠٢٠  
 ٢٠٢١  
 ٢٠٢٢  
 ٢٠٢٣  
 ٢٠٢٤  
 ٢٠٢٥  
 ٢٠٢٦  
 ٢٠٢٧  
 ٢٠٢٨  
 ٢٠٢٩  
 ٢٠٣٠

adventum in orbem corporisque Adami truneum, cum huic trunco animam injicere Fetahil vellet, hanc, quam Adamo ille afferret, ipsi de manu ego sustuli. Composui apte sua ossa, & immissa manu, corpus suum spiritu Magnatum afflavi. Quo fiebat, ut per judicium sui cerebri vocem articulatam Vitæ splendor redderet, oculosque in corporis sui trunco Adam aperiret. Eamque cum redderet Vitæ splendor, in locum suum Adakas Zivo ascendit: ipsum me in suum locum, in domum Magnatum, sedem Dominorum, evehente, atque Thesaurariis, Geniis collectorum Jordanorum, commendante. Cujus etiam Genii, ad animam Adami progressi, felicitatem Vita cumulavit. Mihi autem accito Domini hoc mandatum dedere: abi, animæque Adami prædica vocem præclaram, vocem præclaram prædica. Mali vero hujus animæ ignari sint. Abii, atque inveni Malos omnes, quam multi, quam multi Mali & Tympanistæ eam invaserant, invaserant eam Tympanistæ, eo consilio, ut hanc animam inter se hi Mali partirentur. Quos cum viderem, eminens ego indumento meo puro, apparui creaturis in splendore multo, quem patres mei mihi dederant, apparui Genio Fetahil, qui lamentans sibi illacrimabatur, lamentans illacrimabatur sibi, ob id quod fecerat. Apparui etiam Spiritui corruptrici, in errorem omnes creaturas inducenti, eique ostendi arcanum magnum, quo rebelles subigerentur, ostendi arcanum magnum, quo oculi sui excæarentur, ut ne viderent; ostendi arcanum alterum, quo Spiritum velut freno cameli frenavi; ostendi tertium arcanum, quo illius caput diffidi. Me vero talem cum Septem Stellares viderent, omnes ii tristes & sontes se ipsi crimine damnarunt, damnarunt

Manda de Høj.





se ipsi crimine, proni in faciem ceciderunt, proni ceciderunt in faciem, & manibus in faciem sublatis, dixerunt: Domine noster, peccavimus, peccavimus, omne vero, quod peccavimus, nobis remittas. Quod cum Mali professi essent, cranio eorum diffisso, per magnum arcanum obstabar, dicens: in animam Adami ne peccetis. Disparens deinde ego Septem Stellari- bus, ad formam corpoream me ipse summi, & corporea specie induta, mecum cogitavi: moestam non reddam illam ani- mam, animam illam moestam non reddam, neque hæc in sua specie, forma corporea, cujus similitudinem accepit, moesta com- moretur. Inii tum cum ea societatem, quam & Aeon magnus, Adakas Zivo, illius auctor, coluit: & ei assidens, quæ Vita mihi præceperat, docui. Explicavi vocem claram, quæ non alia creaturarum clarior & splendidior: explicavi vocem mitem, quæ illius cor e somno excitavi: proposui Geniorum doctrinam: & erudiens meâ sapientiâ, meâ sapientiâ erudiens, jussi, ut con- stanter adoraret & celebraret Magnates, atque celebrans locum amplissimum, locum, quem boni tenent, Adakas Zivo patrem, cujus ope extiterat, item celebraret. Quæ cum sedens docu- issem, surgens Adam adoravit, & celebravit Magnates, sicut & patrem suum Adakas Zivo, huac Aeonem, sui auctorem, ce- lebravit. Adoravit & celebravit patrem suum Genium, qui se- creto ex loco ipsi apparuerat. Et, viso hoc Genio, suo patre, celebratione illius æterna impletus fuit, & commentans voce magna, & Septem Stellares supplantante, supplantante Septem Stellares, atque supplantante Dominum mundi, quam fidem filiis fabricæ mundanæ omnibusque operibus, quæ fecerant, dem- strat, eam nomini Vitæ, & Genio, qui vocem sibi dederat,

0120 חסד לא; 0121 חסד לא; 0122 חסד לא; 0123 חסד לא; 0124 חסד לא; 0125 חסד לא; 0126 חסד לא; 0127 חסד לא; 0128 חסד לא; 0129 חסד לא; 0130 חסד לא; 0131 חסד לא; 0132 חסד לא; 0133 חסד לא; 0134 חסד לא; 0135 חסד לא; 0136 חסד לא; 0137 חסד לא; 0138 חסד לא; 0139 חסד לא; 0140 חסד לא; 0141 חסד לא; 0142 חסד לא; 0143 חסד לא; 0144 חסד לא; 0145 חסד לא; 0146 חסד לא; 0147 חסד לא; 0148 חסד לא; 0149 חסד לא; 0150 חסד לא; 0151 חסד לא; 0152 חסד לא; 0153 חסד לא; 0154 חסד לא; 0155 חסד לא; 0156 חסד לא; 0157 חסד לא; 0158 חסד לא; 0159 חסד לא; 0160 חסד לא; 0161 חסד לא; 0162 חסד לא; 0163 חסד לא; 0164 חסד לא; 0165 חסד לא; 0166 חסד לא; 0167 חסד לא; 0168 חסד לא; 0169 חסד לא; 0170 חסד לא; 0171 חסד לא; 0172 חסד לא; 0173 חסד לא; 0174 חסד לא; 0175 חסד לא; 0176 חסד לא; 0177 חסד לא; 0178 חסד לא; 0179 חסד לא; 0180 חסד לא; 0181 חסד לא; 0182 חסד לא; 0183 חסד לא; 0184 חסד לא; 0185 חסד לא; 0186 חסד לא; 0187 חסד לא; 0188 חסד לא; 0189 חסד לא; 0190 חסד לא; 0191 חסד לא; 0192 חסד לא; 0193 חסד לא; 0194 חסד לא; 0195 חסד לא; 0196 חסד לא; 0197 חסד לא; 0198 חסד לא; 0199 חסד לא; 0200 חסד לא;

addidit, ut etiam, renuntiatis orbis factis, oculos in locum Iudæcis sustulit. Quo facto, Genii Vitæ, bonitatis erga eum impleti, erga eum impleti bonitatis, jusserunt, ædem ei strui, jusserunt, strui ei ædem, jusserunt, plantarium ei institui, jusserunt Jordanum, ei disponi: quomodo, atque confecto vitæ suæ spatio, dederunt ei facultatem ascendendi in ædem, quam ei condiderant, in locum splendidum, ad suum patrem Adakas Zivo, ipsique in loco splendido Genios pararunt. Quod cum Spiritus & Septem Stellares audiissent, omnes in luctu manentes, omnes manentes in luctu, consistentes & consultantes, consistentes & consultantes dixerunt: Adamum captivum reddamus, capiamus, captivum reddamus, capiamus Adamum, eumque apud nos in mundo detineamus. Ubi voce summissa ille loquetur, voce rebellis nos loquamur: ubi ille edet & bibet, nos captivemus mundum, nos mundum captivemus: atque, festis varii generis paratis & cumulatis, choris diversæ speciei compositis in mundo, in mundo compositis, collectisque cætibus in mundo, cætibus in mundo collectis, Adamum inde captum introducamus in nostram coronam, in nostram coronam introducamus. Sic ille, captivo corde suo ducto, & citharis tibiisque detento, nobis non eripietur, sed simulacra genere & specie differentia religiose colet. Consultantibus vero tam male Malis, deliberavi mecum, qua ratione mundo beneficerem, & Genios, meos fratres potentes, stirpemque Adami firmaturos, advocavi. Advocatisque his Geniis, meis fratribus, Geniis mansuetis & perennibus, Geniis his, meis fratribus, familiæ ejus præpositis, dixi: nescitisne. Genii, mei fratres, qua de re Septem Stellares consultant? Consistentes & consultantes hi Septem Stellares

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

dicunt: stultam reddamus familiam Vitæ, familiam Vitæ stultam reddamus, eamque mundo nostri ergo tollamus. Quibus auditis, hi Genii, Genii mansveti & perennes, responderunt: da hoc, ut stirpem Adamo propagantes, ejus familiam multiplicemus, Adamoque arcessito, propagantes stirpem suam, stirpem suam propagantes, Adamo faciamus nuptias, nuptias faciamus, atque, monstrata delectaque Adamo muliere, mulierem ipsi dantes, paratoque ei consortio, consortio ei parato, ejus familiam augeamus; sacris simul orationibus ac concionibus habitis, ut, precibus petita a Vita intelligendi Septemque Stellares supplantandi facultate, perveniat demum ille cum sua familia in cœtum nostrum, in cœtum nostrum perveniat, ipse cum suis apud nos futurus, futurusque apud nos ceteris omnibus præcellat. Ego tum Geniique mei fratres, collocaturi beneficium, beneficium collocaturi, conciliavimus Adamo nuptias in mundo, nuptias Adamo conciliavimus, dataque ei muliere, uxorem ipsi Havam dedimus. Quo conditionis suæ loco nos etiam constitimus læti, semperque gaudentes, donec id graviter Spiritus accepit; ægreque omnes Septem Stellares tulerunt. Spiritus, flatu intento, sermonem fallacem cum Adamo habuit; & ipsi stolam Sol attulit, tunicam vero talarem Luna muneri debuit, aurumque Nebu donavit, sed calceamenta & indusium Kivan, quomodo panem vinumque Bel tribuit, atque frugem Nerrig apportavit. Sic etiam omnes Duodecim Stellares, genere & specie differentes ii opifices, scil. Incantatores coronas pléxas, Diaboli saginam, Caupones pocula, Deastræ saltandi cupidinem, Textores flores dotesque nuptiales obtulerunt: ut & myropolæ porrexerunt acervatim jasmimum præstantissimum, ex sede Vitæ



sumtum, & utcumque optimum, detrimenti tamen cujusvis instrumentum futurum; adduxerunt oculum vaccæ, & quidem generis aschtargan, ex sede Geniorum sumtum, oculum hunc vaccæ, generisque aschtargan, omnis mali instrumentum futurum; apportarunt sysimbricum & asparagum, ex sede Binorum Montium allatum, purique odoris, sysimbricum hoc & asparagum, cujusvis rei detestabilis instrumentum futurum; obtulerunt narcissum & mamahuz, perturbationis instrumentum futurum; attulerunt odorifera omnis generis & speciei. Quarum rerum ope nihil non mali fecerunt, Textores per coquos, Incantatores per pistoros, Sanguisugæ per lanies, Tympanistæ per maectatores. Scilicet inflammaverunt hi omnes cupiditate computationis Adamum ejusque omnem familiam, quibus se summissos & obedientes gesserunt. Ego autem, & Genii, mei fratres, irrita reddita eorum malitiâ, malitiâ eorum irrita reddita, Adamo benefecimus, benefecimus Adamo, eumque in omne ævum extulimus: quomodo, & factis ei nuptiis magnificis, pudefacto per sacras orationes & conciones colloquio Spiritus, voceque rebeli perinde abolita, quam, Septem Stellarium malitia inani reddita, consilioque Duodecim omnium arrogantium vanescente, radicem Vitæ sanctissimam omni generationi cœquavimus. Adamo honori fuimus, donec Hava eum corrupit, donec eum corrupit Hava: quousque honori iis fuimus, fuimus iis honori. Atque, noto hoc facto, ut conjuncte cum mulieribus viveret, id ipsi ostendi, ut uxorem more virorum, uxorem ducentium, uxorem duceret. Quod autem Adamo, scil. ut uxorem duceret, ostendens, dixi: augeatur familia Vitæ, familia Vitæ augeatur, ut ab ea excitetur mundus, mundus excitetur,





quomodo & Vita felicitatem ejus cumulet, Vita cumulet ejus felicitatem, eumque ex hoc malorum mundo liberet & educat. In principio autem familiæ primæ Adakas Zivo mas Adakas Zivo exstitit: ut & Anaho di Nehuro femina Anano di Nehuro exstitit. Cum Anano di Nehuro prima vice concepisset, Aebel & Anatheje exstiterunt. Cum concepisset altera vice, Anan, Nesab, & Anhar Zivo exstiterunt, hi inquam Anan, Nesab, & Anhar Zivo, cujus nomen creaturis gratum, & Anan, Nesab Zivo, Schetel, Anhar Zivo, atque Hava, quæ nata ex Hava, & cujus nomen, creaturis mansurum monumentum, creaturæ hæ generationesque invocant. Tertia vice concepit hæc Berheje, Demutheje, Ber Anusch, Adam, cujus familia perennis, Demutheje, a quo mundus provocatus, Aebel, qui dominus terræ, & quo viso creaturæ timuerunt, Schetel, cujus planta bona, & qui Genius confirmans Consecratos, Anusch, qui Genius mansuetus, & stabiliens familiam Adami, regis Geniorum, quem creaturæ omnes colunt. In principio creationis hunc Adamum in similitudinem Dominorum conformavi, sicut & Havam, totius mundi dominam, in similitudinem femine Anano di Nehuro composui. Atque, Adamo constitutis adminiculo tribus Geniis, Geniis his ei constitutis, ipsum & Havam, quorum principio affui, docui commentationes præstantes, docui conciones de gradibus Geniorum, ad quos eniterentur, docui preces, quibus Vitam precantes insisterent, & dixi: vos, qui bene constituti & stabiliti loco bonorum estis, inter Aeonos lucis ibidem confirmati sedem habebitis. Sic & sedens eos docui, qua precatione Dominos prosequerentur, ipsis benedicens,

*Hainischer  
Stamm*

10. 20. 30. 40. 50. 60. 70. 80. 90. 100. 110. 120. 130. 140. 150. 160. 170. 180. 190. 200. 210. 220. 230. 240. 250. 260. 270. 280. 290. 300. 310. 320. 330. 340. 350. 360. 370. 380. 390. 400. 410. 420. 430. 440. 450. 460. 470. 480. 490. 500. 510. 520. 530. 540. 550. 560. 570. 580. 590. 600. 610. 620. 630. 640. 650. 660. 670. 680. 690. 700. 710. 720. 730. 740. 750. 760. 770. 780. 790. 800. 810. 820. 830. 840. 850. 860. 870. 880. 890. 900. 910. 920. 930. 940. 950. 960. 970. 980. 990. 1000.

his verbis: quod faustum sit, precor tibi, Adam, tuisque filiis & posteris, locum lucis visuris. Quibus vero visis, Spiritus Duodecim arrogantes vocavit, vocavit Duodecim arrogantes, atque, consilio dato inani, consilio inani dato, eoque sedi lucis non summisso, illis dixit: cur nobis, qui in hac fabrica versantes, lumen mundo præferimus, cur nobis, eum illuminantibus, portio in eo nulla erit, portio nulla in eo erit? Tota hæc fabrica nonne nostra est? Ascendamus, dicturi id Novissimo, ut nobis portionem in mundo tribuat. Portionem si nobis non tribuerit, contentionem cum eo suscipiamus: si non nobis tribuerit, repudiamus, deseramus mundum, repudiamus mundum, deseramus. Quis tum ei futurus splendori, splendori quis tum ei futurus, & mundum, mundum quis illuminaturus? Quæ cum Spiritus dixisset, Septem Stellares, perituri habitaculi filios, & Duodecim arrogantes & vanos, ego allocutus dixi: domo hæc exire si velitis, exite; quia domum hanc solus ego illuminans, in æternum tuebor. Omnes tum hi Arrogantes perturbati steterunt, & conflantes arcana, malumque consilium omnes ineuntes sic collocuti fuerunt: agite, foreâ aperta agite. potu hausto, fingamus arcana calliditatis, præstigiâumque evocata compositaque arcana mundo universo intendamus. atque, mensurâ spatii nostro mundo parata, margaritam voci Vitæ exitio futuram, conformemus. Vocem Vitæ æternæ quis deinceps prædicabit? Immittamus litem in hanc domum, quæ in secula seculorum non solvetur: eaque lite in domum hanc immissa, Novissimoque occiso, occiso Novissimo, familiam omnem Adami assumptam cœtui nostro aggregemus, visuri, quis eam liberaturus sit. Spiritus posthac & Septem

قَدْ كُنَّا مِنْكُمْ فِي الْحَيَاةِ الدُّنْيَا وَإِنَّا لَنَعْلَمُ كَيْفَ مَدَدْنَا  
 قُلُوبَنَا لَكُمْ فِي الْغَيْبِ وَلَكِنَّ لَكُمْ فِي أَلْبَابِكُمْ عُقُوبًا لِمَا  
 كُنتُمْ تَعْمَلُونَ وَإِنِ اتَّخَذْتُمْ آلِهَةً غَيْرَ اللَّهِ  
 فَإِنَّكُمْ تَعْبُدُونَ مِنْ دُونِ اللَّهِ حُرُوفًا وَمَوَاقِفَ  
 كُفْرًا وَإِن تَقُولُوا لَوْ أَنَّا كُنَّا نَعْلَمُ الْغَيْبَ لَأَنزَلْنَا  
 مِنَ السَّمَاءِ آيَاتٍ مُّبِينًا لَقَدْ نَعْلَمُ الْغَيْبَ إِن شَاءَ  
 اللَّهُ إِنَّا نَعْلَمُ مَا يُكَلِّمُكَ فِي السَّمَاءِ وَإِنَّا لَنَعْلَمُ  
 مَا تُكَلِّمُ بِهِ النَّاسَ إِنَّا سَمِعْنَا نِدْوَهُ إِذْ قَامَ  
 قَدِيمًا إِلَى رَبِّهِ فَوَدَّ إِذْ قَامَ إِتْرَافًا فَاسْتَعْصَمَ  
 وَلَئِن لَّمْ يَظْهَرِ عَلَيْهِ الْآيَاتُ لَفَتَنَّاكَ إِن تَتَّبِعُونَ  
 إِلَّا أَعْيُنَنَا وَمَا نَرَى مِنْكُمْ إِلَّا جَهْدَ السُّجُودِ إِنَّا  
 سَمِعْنَا نِدْوَهُ إِذْ قَامَ قَدِيمًا فَوَدَّ إِذْ قَامَ إِتْرَافًا  
 فَاسْتَعْصَمَ وَلَئِن لَّمْ يَظْهَرِ عَلَيْهِ الْآيَاتُ لَفَتَنَّاكَ إِن تَتَّبِعُونَ  
 إِلَّا أَعْيُنَنَا وَمَا نَرَى مِنْكُمْ إِلَّا جَهْدَ السُّجُودِ

Stellares montem Karmel conscenderunt, hoc conscenso, de arcanis astutiæ deliberaturi: assidentibus etiam & consultantibus Duodecim Arrogantibus, arcanum omnium illorum Septem Stellarium æque ac Spiritus arcanum assumpturis. Sedebant jam hi, præstigiis usuri, sedentesque & astute cogitantes, dicebant: surgentes paremus fossam, &, mentâ in eam injecta, accitisque Duodecim Stellaribus, arcana moliamur, nosmetipsos vero omnes invicem jurejurando hoc obstricturi, ut ne calliditatis hæc arcana divulgemus. Callide & magice agamus, totum mundum capiamus. Arcanum vero vini callide perficiemus, quo mundum ebrietate capiamus: arcanum aquæ callide perficiemus, quo commoveamus totum mundum, totum mundum commoveamus, eumque magno hoc calliditatis arcano capiamus. Nec ullus homo nostrum arcanum, jurejurando obligatum, resciat. Neque enim detegamus nostrum sermonem, aut juramenta nostra prodamus. Nullum vero arcanum, quod animo in nostro mundo versamus, prodendo, conturbabimus cœtum, quem cœtum Novissimus colliget. Tum non futura ei portio in mundo, portio in mundo ei non futura. Tota hæc domus nostra erit, tota erit nostra: nec ullus homo in hoc mundo superstes erit. Quid Novissimus hic in hac fabrica fecit? qui in ea media cœtum collegit. Nescit ille Oeconomus, totam hanc domum nostram esse, neque in domo, quæ nostra est, ipsi portionem fore. Surrexerunt jam, opera illius perturbaturi: quibus etiam imposuerunt decrementum & detrimentum, decrementum & detrimentum imposuerunt. Domus vero, quæ eorum neque est neque fuit, non ideo sua, etsi vocaretur, domus erat. Ad hanc una cum Geniis meis

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

fratribus missus jam fui, ut accedens, quantum boni tribui posset, ei tribuerem, atque ut, hoc viso, item boni benefacerent, hoc viso, benefacerent boni, ipsi ascensuri locumque lucis visuri, ut autem, hoc viso, mali erubescerent, in sarragines ignis dejiciendi, dejiciendi in sarragines incensas, & quo loco constiterint, ii constituti hoc loco spiritu suo privarentur, privarentur suo spiritu; quippe qui nihil honesti fecerunt, nihil fecerunt honesti, ideoque die consummationis ipsi penitus consumendi. At hi surgentes, aperta cavernâ, ductaque invicem sorte, sorte invicem ducta, eâque loco lucis non summissa, perverterunt, quicquid boni Dominus mundi Oeconomus fecerat, perverterunt recta arcana, & quicquid qui omnium Primi fecerant, perverterunt verba veritatis, verbaque falsi facientes, verba facientes falsi, neque ea loco lucis summissa, caput æquarunt caudæ, caudam capiti æquarunt, & perverse agentes, male in mundo fecerunt. Accedentes illi ad omnia frugifera, male ipsis fecerunt: accedentes ad herbosa, decrementum & detrimentum eis attulerunt: accedentes ad aquam Vitæ, motum in ea cierunt: accedentes ad principem naturæ partem, arcanum calliditatis & libidinis composuerunt, quo omnes creaturæ incalescerent, quo fallente omnes creaturæ deciperentur, quo arcane inebriante omnes creaturæ inebriatæ, se ipsæ, hausto crapulæ poculo, in magnum mare Erythræum præcipitarent: accedentes ad aurum, argentum margaritasque hujus mundi, accedentes ad aurum, argentumque, quo inebriatæ creaturæ, creaturæ inebriatæ, se ipsæ in mare Erythræum præcipitarent: accedentes ad opes & divitias, quo per has in universum male facerent. Tribuerunt Spiritui nitorem, quo viso,





creaturæ incalescerent. Tribuerunt Stellæ Nebæ prudentiam,  
 at & ipsi, domino calliditatis constituto, tympana ac tibias, quo  
 captivæ omnes creaturæ ducerentur, tribuerunt. Tribuerunt  
 Stellæ Rivan malitiam, ex qua decrementum & detrimentum  
 exstitit. Tribuerunt Soli mendacium, quo ipsum omnes crea-  
 turæ colerent. Tribuerunt Lunæ detrimentum, ex quo omne  
 detrimentum exstitit. Tribuerunt Stellæ Bel aquæ arcanum,  
 quo commoveret omnes creaturas, omnesque creaturas Com-  
 movens, bono male faceret. Tribuerunt Stellæ Neri arma, ut  
 bellum in mundo faceret. Sic etiam, advocatis Duodecim Stella-  
 ribus incantatoribus, & per hospites & hospitia malitiâ distributa,  
 distributa malitiâ, foedaque invidia, & dissensione inter dies &  
 menses distributa, inter horas & minutas temporis partes distribu-  
 ta, inter dilucula & crepuscula distributa, indeque his singulis  
 defectu distributo, decremento ac detrimento distributo, sibi in-  
 vicem, quod totius mundi erat, distribuerunt, nec nomen, quo  
 non aliud prius, invocarunt. At, nexu suo vinculo, intento  
 suo magno molimine, suoque quo fidem obstrinxerant jureju-  
 rando, quod falsum omnes detulerant, servato, fovea illa, quam  
 in monte Karmel Septem Stellares aperuerant, personabat  
 omnibus suis creaturis & fascinois, personabat tympanis  
 & cantilenis, principio cujusque veneficii, principioque magnæ  
 captianculæ, qua omnes creaturæ captivantur, personabat cor-  
 nibus & eymbalis, principio cujusque mactationis, principio cu-  
 jusque belli, quo omnes creaturæ circumveniuntur, personabat  
 citharis libidinis, quo illæ succumbentes fascinantur, persona-  
 bat darbucis, quæ impellant Spiritus omnes, impellunt omnes



Spiritus, quibusque in mundo captivos quisque ducitur personabat tubis, personabat omnibus iris, personabat juramentis falsis, singulis falsi sensus, personabat strepitu ingenti, & quidem ita commoto strepitu in mundo, strepitu in mundo ita commoto, ut concuterent totum mundum, mundum totum concuterent, concuterent terram ab una extremitate in alteram, sellaque terræ concussa, concuterent totum firmamentum, totum firmamentum concuterent, omnique loco captivitatem injicerent. Verum, eorum sono, strepitu ex mari ascendente, ascendente ex mari, omnes herbæ & arbores sublatae fuerunt: cadente etiam, ubi hæ herbæ arboresque sublatae fuerant, in aures Adami illorum voce. Hac autem voce in Adami aures incidente, Adam somno excitatus, Adam excitatus somno, & facie in locum lucis sublata, vocatisque Sociis suis, Geniis mansuetis & permansuris, Genio Aebel potenti dixit: quem sonum audio? cur existit ille in mediâ hac fabrica, cur in medio hoc muedo existit? Quæ in hac fabrica vox tumultus ascendit, ad cælum pervenit: tota terra tremente, toto firmamento conturbato, corde omnium creaturarum sublato, suoque gradu dejecto. Ita locutus est Adam: ab oculis ipsi lacrimis expressis. Cui autem loquenti me manifestavi mea specie, me manifestavi specie ignis vivi, quem patres mei mihi dederant, me manifestavi specie pura, amplissima & infinita, & accedens, porrectaque qua eum prehendi dextrâ, feci, ut ejus animus in suo fulcro conquiesceret, & quieto hoc reddito, id retuli, quod Septem Stellares fecerant. Retuli, quod de loco factum erat, quod arcanum vox Septem Stellarium subegerat, quomodo



inierant consilium vanum, consilium vanum inierant, dicentes: moveamus litem, dicentes, litem moveamus, dicentes, mundum destruemus, dicentes; destruemus mundum, eique decrementum & detrimentum afferamus. Dixi: esto purus, liberosque procrea, Adam: neque tradas te tristicie ob Septem Stellares, ut nec propter Namrus, matrem mundi, tristicie te tradas. Ostendam tibi persecutores tui, tuique persecutores prosterenam. Consolare item Havam, tuam uxorem. Nihil tibi deerit ac deficiet. Quibus Adamo dictis, inculcavi etiam omnibus ejus filiis, Aebel, splendore gaudenti, Schetel, nominato a serente plantam, & Anusch, doctrina Geniorum suorum fratrum docentium lætanti, exultanti & tripudianti, ne illi Adamo molesti quid in secula eveniret. Jam Adam, sumto cibo hilaris, accersitæ uxori suæ Havæ, quæ Genii Aebel voluntas erat, nuntiavit. Coronavit autem se & quodam loco decubuit unus ex Adami filiis, cui animi defectio inerat, cui animi inerat defectio, cujusque oculis non somnus supervenit: illius corde vehementer commoto, & statura sursum deorsum agitata. Deseruit hic, malo consilio suscepto, Adamum suum patrem, deseruit Havam suam matrem, ut & fratres suos deseruit. Omnes vero suos fratres cum deseruisset, & quidem cum suos fratres jacentes deseruisset, una cum Schet, quem secum ascensuram advocaverat, ascendit, partemque sui tabernaculi interiorem intravit. Sed, hoc viso, Spiritus ridens gaudebat & lætabatur, quomodo &, gaudente lætanteque Spiritu, omnes Septem Stellares gaudebant. Sumsit nunc Spiritus ignem, Sol vero flatum sumsit: atque hunc hominem ut inclinans se, procumbens, suamque staturam deprimens Spiritus abjecte celebravit, sic & Sol summo opere adoravit. Bel autem,

1. *... ..*  
 2. *... ..*  
 3. *... ..*  
 4. *... ..*  
 5. *... ..*  
 6. *... ..*  
 7. *... ..*  
 8. *... ..*  
 9. *... ..*  
 10. *... ..*  
 11. *... ..*  
 12. *... ..*  
 13. *... ..*  
 14. *... ..*  
 15. *... ..*  
 16. *... ..*  
 17. *... ..*  
 18. *... ..*  
 19. *... ..*  
 20. *... ..*  
 21. *... ..*  
 22. *... ..*  
 23. *... ..*  
 24. *... ..*  
 25. *... ..*  
 26. *... ..*  
 27. *... ..*  
 28. *... ..*  
 29. *... ..*  
 30. *... ..*  
 31. *... ..*  
 32. *... ..*  
 33. *... ..*  
 34. *... ..*  
 35. *... ..*  
 36. *... ..*  
 37. *... ..*  
 38. *... ..*  
 39. *... ..*  
 40. *... ..*  
 41. *... ..*  
 42. *... ..*  
 43. *... ..*  
 44. *... ..*  
 45. *... ..*  
 46. *... ..*  
 47. *... ..*  
 48. *... ..*  
 49. *... ..*  
 50. *... ..*  
 51. *... ..*  
 52. *... ..*  
 53. *... ..*  
 54. *... ..*  
 55. *... ..*  
 56. *... ..*  
 57. *... ..*  
 58. *... ..*  
 59. *... ..*  
 60. *... ..*  
 61. *... ..*  
 62. *... ..*  
 63. *... ..*  
 64. *... ..*  
 65. *... ..*  
 66. *... ..*  
 67. *... ..*  
 68. *... ..*  
 69. *... ..*  
 70. *... ..*  
 71. *... ..*  
 72. *... ..*  
 73. *... ..*  
 74. *... ..*  
 75. *... ..*  
 76. *... ..*  
 77. *... ..*  
 78. *... ..*  
 79. *... ..*  
 80. *... ..*  
 81. *... ..*  
 82. *... ..*  
 83. *... ..*  
 84. *... ..*  
 85. *... ..*  
 86. *... ..*  
 87. *... ..*  
 88. *... ..*  
 89. *... ..*  
 90. *... ..*  
 91. *... ..*  
 92. *... ..*  
 93. *... ..*  
 94. *... ..*  
 95. *... ..*  
 96. *... ..*  
 97. *... ..*  
 98. *... ..*  
 99. *... ..*  
 100. *... ..*

*\*) Corrupta: ... .. pro ... ..*

sumta præ animi relatione myrto, coram prædii, Atque stantes hi tres illi viro benedixerunt, his verbis: quam tibi prosperitatem precamur, ea ad te perveniat! Composuit vicissim Kivam, pro suo consilio, sua manu e floribus coronam, eumque sua manu prehensum reverenter, benevole, & cum osculo excepit: ut & Luna ipsi ex suo corde benedixit. Quem demum, onyce beatum, chrysalloque beatum, amplectens Spiritus in suum cœtum introduxit. Qui autem, & circumvenientibus Septem Stellaribus, manu missa in pallium, manu in pallium missa, pallioque concusso, prospexit, & effusa bile, concussoque cornu, ipsis de Geniis suis fratribus memorans, mentionem doctrinæ, quam a Geniis suis fratribus audiverat, fecit. Et, quæ Geniorum fuit, doctrinæ mentionem tamdiu fecit, donec eum in caput converterunt, donec, prehensio poculo, poculum hoc habendum ei dederunt, donec altera & tertia vice id fecerunt. Quo autem altera & tertia vice facto, animi captus ille stetit: suo item habitu in saltandi cupidinem composito. Sic fecit Adam Adami filius: & sui nominis ob hanc libidinem inficientes Genii. Surrexit ille inebriatus crapula Septem Stellarium, & ebrius saltavit. Qui vero, & quiete sedendo capta, cum surgens in locum suum abire vellet, Spiritus, personam Havæ uxoris suæ, quæ sua soror erat, suscepta, in media via ei occurrit, & fractibus fallaciæ paratis, loco prævaricationis strato, mistisque deliciis, stans eum manu prehendit, & capto ejus animo, stuprum expetivit; ista ratione, ut, sermone habito, suam staturam median complecteretur, quo illius mentem libidine tolleret. Spiritui etiam ille respon-





dicit: Hava, mea soror, vestis tua candida; cur tunicam variegatam induis? Statura tua cedrus procera: cur te aqua abluis? Crura tua propagines in aërem sublatae: cur aurum adjicis? Tuæ ulnæ aptatae aëreo volatui: cur argentum addis? Caput tuum nubes lucis: cur te detergis & pectinas? Oculi tui oculi splendoris: cur hoc omni te complex? Oratori huic mendaci, nulloque non defectu laboranti, respondit: compesce tuam vocem, Adam. Si pulchritudo non fuisset, si non fuisset pulchritudo, una nostræ conformatio esset, una esset nostræ conformatio, unum vas nos ambo finxissent. Jam, & quoniam tibi pulchritudo non data fuit, viro te ficto, me feminam finxere, me constituere feminam, me coram te ductam collocarunt. Iterum illa: flagro cupidine, tecum habeam rem, rem habeam tecum, tua ope mundus excitetur. Verum ipsi, eamprehendere, osculari & inire volenti, visus ego in nube splendoris, audiendam proposui vocem præstantem, vocem præstantem audiendam proposui, & illius animo de suo gradu dejecto, præstigias Spiritus explicui, ostendens, quod non fieret, id factum fuisse, ostendens, quod fieri non debuisset, id fieri. Intuens tum ipse animam, de ea, quæ & ipsa erubescerat, erubuit, eamque in fontes retulit, eam retulit in fontes; quia, quicquid speciei turpis sit, id committens, justitiam non coluerat; præconium enim Vitæ mutaverat, mutaverat præconium Vitæ, & quæ Domini ei dixerunt, deseruerat consortium Geniorum, fratrum suorum, atque abiens consortium Septem Stellarium amaverat, deseruerat consortium Havæ uxoris suæ, & abiens præcipitaverat in ignem ardentem, & viderat ignis sarraginem, quam qui inspexerit, morietur, qui circumierit, comburetur, &



qui ut ipsi accumbat patierit, cadet in consummatione mundi, in consummatione mundi cadet, oculis suis lucem non visuris. Abii deinceps, specie corporis induta, & in coetum Septem Stellarium me contuli. Qui vero omnes, me evidenter viso, prostrati in faciem procubuere, prostrati procubuere in faciem; sed erecti rursus, mihiq; summo opere attendentes & benedictentes, ita locuti sunt: esto caput, caput nostrarum omnium creaturarum, esto nobis caput, & nos te sequemur, Spiritum magnifice loco mulieris habe, habe loco mulieris, nobis in hoc mundo caput esto. Septem Stellaribus omnibus, mundi corruptoribus, ita me allocutis, suometque iudicio damnatis, lætitiā præ me ferens ac irridens, respondi: si id velitis, ut vestrum sim caput, si velitis, ut Spiritum loco mulieris habeam, surgite, cavernam vestram contemnite, surgite, vestroque coetu deserto, dicite mihi de vestro arcano, verbaque vestra omnia mihi indicatē. Quos inter autem ego sedens, comprehendī eorum arcanum & percepi: comparui meæ specie, comparui meæ specie pura, singulari & infinita: atque, detecto eorum secreto, mendacii coargui eorum sermonem, eorum sermonem mendacii coargui, ut & juramenta, quibus se in monte Karmel obstrinxerant, mendacii coargui. Spiritum posthæc suo solio deturbavi, freno cameli injecto, meoque baculo expedito, percussi, & diffisso capite suo, suaque coma prehensa, centro cœli illigavi. Solem, in suo arcano deprehensum, constitui instar mulieris, instar mulieris constitui hunc Jurbo, quia Spiritui concubuerat. Lunam flagris cœdi, vestitu spoliavi, & sublato vestitu suo, vestitu sue sublato, ipsi vestitum periturum relinquens, vestitum ignis consumentis, cui ira præest, cui



præest ira, reliqui; ut sic exuta suo loco sederet. Quam Neba habebat, fistulam fregi, fractaque quæ in sua manu erat tibiâ, ejus errores detexi, ut etiam, monstrata sua in mundo impotentia, illius speciem, ne sua imago in mundo videretur, obtexi, atque Stellam maleficam diris insectatam & prostratam suo throno dejeci, quemadmodum, & fracto sui lumbi amuleto, quo mundum deceperat, hoc fracto, subtrahens & in occulto collocans infelix sidus obscuravi, ne superbiæ locus in mundo foret. Stellam Bel scutica multavi, & coronâ ex capite suo sublata, coronâ sublata ex capite suo, suam staturam macula affeci. Stellam denique Nerig securi percussi, eodemque actu sui cultores abscidi. Quibus vero sui cultoribus abscissis, hoc dedi ejus sacrificulis, ejus sacrificulis hoc dedi, ut cultorum sui fœditatem testatam facerent in mundo, in mundo testatam facerent, & ostenderent errorem quoque illorum, qui in mundo coluere Septem Stellares, adversus familiam Vitæ se jactantes, qui coluerent Septem Stellares, quibus ipsi expositi prædæ, prædæ expositi fuere: ut ego etiam ostendi in mundo errorem eorum, qui Septem Stellares coluerunt, ipsosque ore eorum, quorum cultores in mundo esse nefas est, perituros. Veniens deinde ad Adamum, dixi: tibi ostendi persecutores tui, persecutores tui tibi ostendi, tibi ostendi familiam maleficam omnium mutuo belligerantium, quorum sacrificuli & adoratores, tibi servi futuri, futuri servi, tibi in perpetuum obedient: quomodo nec favas tu partibus sive Septem Stellarium omnium, sive virorum eos adorantium: siquidem, quæ opera eorum fecerit, ille prospere non aget. Redux autem ego in locum splendidum, Vitæ domum apte componam, atque in

סכום המכר והמכר כמכרם הלא יבדל מהם כי רוב המכר  
 כן מהם כי לא יבדל מהם כי רוב המכר מהם כי רוב המכר  
 מהם כי רוב המכר מהם כי רוב המכר מהם כי רוב המכר  
 מהם כי רוב המכר מהם כי רוב המכר מהם כי רוב המכר  
 מהם כי רוב המכר מהם כי רוב המכר מהם כי רוב המכר  
 מהם כי רוב המכר מהם כי רוב המכר מהם כי רוב המכר  
 מהם כי רוב המכר מהם כי רוב המכר מהם כי רוב המכר  
 מהם כי רוב המכר מהם כי רוב המכר מהם כי רוב המכר  
 מהם כי רוב המכר מהם כי רוב המכר מהם כי רוב המכר  
 מהם כי רוב המכר מהם כי רוב המכר מהם כי רוב המכר  
 מהם כי רוב המכר מהם כי רוב המכר מהם כי רוב המכר  
 מהם כי רוב המכר מהם כי רוב המכר מהם כי רוב המכר

---

\* Lego מכתב

omnem æternitatem illâ adornata, suaque stirpe erecta, Vita familiam in perpetuum tuebor. Etenim, signa Zodiaci inter se partitis Septem Stellaribus, illata fuit mors in mundum, mors in mundum illata fuit. Tamen animæ virorum, justorum ac fidelium, item mulierum pacificarum, ascendent, locum lucis visuræ. Animæ vicissim Septem Stellarium in suis custodiis constrictæ, constrictæ in suis custodiis manebunt, donec spiritu eorum consummato, donec consummato eorum spiritu moribundi, & quasi non exstitissent, extinguantur. Gentes vero, quas condidit Spiritus, mendacio fallens, gentes illæ, quas Spiritus condidit, omnes cæde tollentur. Gentes illæ, quas Spiritus condidit, indies in jejunio sedebunt, indies sedebunt in jejunio, indies in luctu sedebunt, indies sedebunt in luctu, donec, consummato earum spiritu, confectoque earum spatio, in locum caliginis præcipitabunt. Gentes, quas Messias congregavit, æ omnes mutuo mentientes, omnes mentientes mutuo, in una omnium vera religione non persistent, non persistent in una omnium vera religione. Quæ itaque, & suscepta vocatione falsa illius Messiæ, qui, perversis verbis olim prolatis, his verbis perversis, stultitiam mundo inferet, ob suggestum errorem vesani Messiæ, singulæ die consummationis penitus consumentur. Sic & quas gentes Sol Adunaj condidit, æ omnes hunc venerabuntur. Et in his, quas Adunaj concivit, gentibus populus domus omnis Israelis erit. Ex gente autem domus Israelis origo illis, qui manum inter se conserentes, manum conserentes inter se, atque rem non amabilem facientes, rem facientes non amabilem, penitus die consummationis consumentur. Quomodo ex hac Abortivorum omni gente item aliæ





oriundæ. Et in his gens, quæ Jazukæa appellata, vilis ignem colet, vilis colet ignem, speciei Messiaë simulacrum; consu- menda vero hæc Jazukæa, & quævis alia sui sectatrix. Gens vero Agzul, quam Luna sibi condidit, ea culta omnibus suis creaturis, omnibus suis creaturis ea culta. Sed fœda omni loco forma gentis, quam Luna sibi condidit: & qui ex hac oriundi omnis doloris & afflictionis auctores, ii præstigiis & veneficiis incumbendo, cordia in mundo pervertent, & in mun- do ipsi lapsantes labefacient. Quisquis voci eorum obediens fuerit, præceptis in mundi consummatione ibit. Gens, quam sibi Kivan condidit, erit eorum, qui per dies & per horas pa- vidi, per dies pavidi & per horas, omnique die in jejuniis se- dentes, omni die sedentes in jejuniis, falsorum vatum va- ticipiis indulgebunt. Qui vero utriusque sexus ita jejunantes, & falsitati studentes, studentes falsitati, vaticinando quod calli- dum ex suo animo proferent, ii omnes adulteri juvenes die consummationis plane consummentur. Quisquis sermoni eorum obediens fuerit, locum lucis non videbit. Gens quoque, quam sibi Angelus Bel condidit, hunc in universum colet. Ex gente vero, quam sibi Bel condidit, oriundi principes & dominatores, qui principes & dominatores exinde oriundi omnes iræ in orbe Indies imperantes, Indies in throno tyrannidis sedentes, vin- cientes, devotentes, verberantes, suspiria movebunt, & rogati ab aliquo, ut eos sui miserescat, sed incassum, hujus autem a capite ad calcem flagris cædent. Cædendi autem ipsi flagris ignis, qui ita adstringendo ligant ac suspendunt: neque ii lo- cum lucis visuri: ut & quisque, similiter stulte sæviens, ca- det, nec surgere poterit, cadet, nec poterit surgere, penitus



die consummationis consumendus. Gens, quam Nerig. sibi condidit, ea omnis per mendacium condita, ea omnis condita per mendacium. Et sui incantatores fœde per mundum, fœde per mundum sui incantatores suam stultitiam ostendent, ut & sui fascinatores progressi, iræque in orbe imperantes, cæde commissa, sanguinem effundent. Qui vero eos convocavit, ille incedens a fronte certaminis, a fronte certaminis ille incedens, ut sanguinem in mundo effundat, quo die cædem commiserit, sua præ cæde felicitate lætabitur, quo die cædem commisérít, loquens ex suo animo ridebit, & quo die cædem commiserit, commota bile, sua staturâ subsultabit. At gens, quam Nerig concivit, penitus die consummationis consumetur. Exposui jam vobis de Septem Stellaribus, & de gentibus, quas in mundo sibi condiderunt. Exposui vobis de omnibus eorum operibus, in perniciem susceptis, susceptis in perniciem, odio, invidia ac dissensione. Exposui vobis de Septem Stellarium arcánis. Exposui etiam vobis de Duodecim Stellaribus. Qui vero, temporis partiendi capto consilio, illius spatium tali modo inter se partiti sunt. Tribuerunt arieti, sua parte proportionata, 12000 annos. Tribuerunt Tauro 11000 annos, Tribuerunt Geminis 10000 annos. Tribuerunt Cancro 9000 annos. Tribuerunt Leoni 8000 annos. Tribuerunt Virgini 7000 annos. Tribuerunt Libræ 6000 annos. Tribuerunt Scorpioni 5000 annos. Tribuerunt Sagittario 4000 annos. Tribuerunt Capricorno 3000 annos. Tribuerunt Aquario 2000 annos. Tribuerunt Pesci 1000 annos. Sibi vero invicem divisit sic annis, fictæque in mundo sui imaginibus, dixerunt: mundum ut numerosi incolamus, proferendo duodecim voces, duodecim



Figuras, suam cuique nostram figuram, producamus. Sic voce, quam Aries protulit, exstiterunt animalia omnia, quorum vox horrisona, quorum horrisona vox, ita dicens: pertio mihi hæc in mundo erit. Voce, quam protulit Taurus, exstiterunt animantia omnis speciei malefica, & quidem ea animantia malefica, quæ suo ore reciprocant, quicquid haustum fuerit, quæ autem reciprocantia suo ore id liquefactum, eodem actu ardorem sui animi proferunt. Quorum vero ruminacione duæ Stellæ, eadem vero appellacione, quia simul exstiterunt, nominatæ Gemini, ex quibus ipsis non bonis omnia animantia non bona prodierunt. Quicquid fractum hæc colligunt, colligunt hæc quicquid fractum, collectumque id contorquent. Voce, quam Cancer protulit, quævis bestia in spiram se colligens exstitit, exstitit quævis bestia in spiram se colligens, quæ mundo plurimum mali attulit. Voce, quam Leo protulit, omnis bestia vorax exstitit, exstitit bestia vorax, in omne, quod animam traxerit, irruens, irruens in omne, quod animam traxerit, rugituque in mundo strepens. Voce, quam Virgo protulit, omnes fruges exstiterunt, exstiterunt fruges, herbæ & arbores, quæ in mundo vigent. Voce, quam Libra protulit, omnes proventus aquæ exstiterunt, aquæ exstiterunt proventus, iique mali, & creaturis letiferi. Voce, quam Scorpio protulit, exstiterunt omnia reptilia mala, reptilia mala exstiterunt, iracunda & mortifera. Voce, quam Sagittarius protulit, omnis ira exstitit, eaque ira magna, qua omnes creaturæ prosterruntur. Voce, quam Capricornus protulit, omnis bestia fera exstitit, exstitit bestia fera alata, quæ aliti generis pessima & deterrima. Voce, quam Aquarius protulit, exstitit subversio, subversio exstitit, ajusque

۱. ۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰۱۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰۱۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰  
 ۲. ۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰۱۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰۱۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰  
 ۳. ۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰۱۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰۱۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰  
 ۴. ۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰۱۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰۱۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰  
 ۵. ۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰۱۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰۱۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰  
 ۶. ۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰۱۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰۱۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰  
 ۷. ۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰۱۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰۱۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰  
 ۸. ۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰۱۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰۱۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰  
 ۹. ۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰۱۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰۱۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰  
 ۱۰. ۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰۱۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰۱۱۲۳۴۵۶۷۸۹۱۰

• ۱۲۳

ope jactura quævis & defectio existit. Voce, quam Piscis protulit, omnes pisces extiterunt, extiterunt pisces ac Delphini, eaque quod omne sui generis malum existit. Extiterunt hæc omnia per Duodecim Stellares, ita dicentes: familiam Vitæ tollamus. Surrexere etiam Septem Stellares, qui, facta distributione, distributione facta, vehicula in centro coeli constituerunt. Quod autem facientes, & dicentes, scil. tollamus Vitæ familiam, Vitæ familiam tollamus, Septem hi Stellares, iti quotidie dediti, nesciebant, hi filii domicilii perituri, facta hac partitione, ita me distribuere ejus familiam, ejus familiam distribuere, ut suæ res, aliæ in dominium, aliæ in victimam, aliæ in equitationem, aliæ in cibum cederent, quæ his vocibus provocatæ fuerant. Adamo res hæ creatæ, & quidem puræ suo spiritu omnes, nec solum ipsi, sed suæ etiam omni familiæ dominio & obsequio hæ res futuræ. Septem jam Stellaribus, hoc factò, verbum amplius deerat. Adam vicissim, hoc ei significato gaudens in perpetuum hilare egit. Ego autem cum Geniis, meis fratribus, consistens, Adamo omnique ejus familiæ hæc dicens proposui: facite bona opera, animisque vestris viatico parato, vocem Vitæ prædicate, ut vestrum nomen inter Magnates ponatur. Proferatis verba pura, ut in pace purorum maneatis, disserentesque de bono nihil mali faciatis. Adorate & celebrate Principes, Principemque Lucem, illuc progressam. Adorate & celebrate Genios, ut sint subsidio, adminiculo, & fulcimini vobis, ex loco caliginis in lucis locum ascensuris Celebranda Vita, & permansurus Vitæ Nuntius. Nominibus vestris, Schelmaj, Nedbaj, Aebel, Schetel, & Anusch, benedicatur. Vita pura omnibus operibus, ut & Genio Javar Zivo ejusque Sociis hæc pura est. Finis.





Concio hæc effati vivi, omnium primi. Finis.

Tract 7,  
Selerman 125.

In nomine Vitæ summæ. Impetrent veniam delictorum Adam Zuhrun bar Scharat, uxor mea Mudalal Fat Scharat, pater meus Jahia Baktiar bar Anhar Jasmin, mater mea Scharat Fat Anhar, filii mei, Adam, Bekram, Semat Adam Zuhrun, Sam & Bajân, filij uxoris Mudalal, & fratres mei, Mehatam bar Scharat, Ram bar Anhar, & Adam Juhano bar Anhar Jasmin. Quorum nomina gazæ ⁊ Javar Zivo imponatur. Finis. Finis.

Hoc effatum me dignum.

In nomine Vitæ summæ. Propitia bono justitia: filiisque pacis Nuntius Vitæ adest. Mysterium hoc, conciones, commentationes, & effatum vivum, primum, quo non aliud prius. Nomen dare Nuntio Vitæ cum Vita Prima in animum induxisset, appellatus hic Aebel Zivo fuit. Qui etiam per mille mille annos in conspectu Domini celsitudinis vixit. Disperuit autem hic Aebel Genius, consilio se conferendi ad Kerun Turo Carnosum, ut & tres caliginis creaturas, natu grandes: quos neque cædes sustulerit, neque ignis consumserit, neque aquæ illuvies hauserit. Kerun Turo hic Carnosus cum suis 366 Diablis, apud eum versantibus, duxerat originem ab Ur, Domino caliginis, cujus patri nomen Gaf, præter alia & plura ipsi indita nomina. Scilicet a primogenito illius filio Ur progressi sunt Quinque, progressi Septem, progressi Duodecim, id est, viginti quatuor Dæmones, & quidem effuse fœdeque. Atque hi matrem, quæ hunc Karkum i. e. Kerun Turo pepererat, invaserunt. Quem vero natum in orbe creaturæ genera-

Vita P. evocavit M.H.  
et M.H. evocavit H.2.



tionesque Ben Selag appellarunt. Nos vicissim virtute nostra,  
 Vita, & Geniorum, virtute Regis lucis lætantes, Genium man-  
 suetum, primogenitum, sui constantem, nostraque in cogitatio-  
 ne versantem, evocavimus, vestituri illum nostro splendore,  
 luce operturi, virtute & veritate donaturi, atque missuri adver-  
 sus malos omnes, mala in nos consilia agitantés; ut dominum  
 caliginis Ur, se in nos jactantem, hic Genius comprehenderet,  
 subactum pedibus constringeret, & in terram infimam & æneam  
 deorsum septem muris ferri circumdaret, usque dum veniret  
 Fetahil, condensaturus terram artificiose, extensurus firma-  
 mentum, fabricam hanc conditurus, improbosque omnes, con-  
 silia mala agitantes, aboliturus; quo tempore vinculum, quod  
 illi Ur ab Aebel Zivo injectum, frangeretur. Contendit tum  
 Aebel Zivo ad creaturas omnes caliginis, atque ad Kerun Turo  
 Carnosum progressus, quicquid mali sit, ipsi fecit. At Kerun  
 Turo Carnosus strepitum, horrorem & tumultum huic Aebel  
 Zivo ostentavit. Quem tamen Aebel Zivo haud timens subegit.  
 Jam Zehrun Genius, cui Jasmir cognomen, ita Jadatan allocu-  
 tus est: vir, qui hoc diploma dedit, ex calamo scriptorio i. c.  
 dicasterio Domini celsitudinis exiit. Atque nomine Genii  
 hujus item appellati fuerunt duo alii Genii, Adatan & Jadatan,  
 qui, quo die Jordanus primus exstiterat, Genium Aebel Zivo  
 baptizarunt, Socii hi vocati; ut & eodem appellati sex alii,  
 Schetel, Anusch, Schelmaj, Nedbaj, Adakas Mano, & Razo Re-  
 bo, cui etiam Jusin Genius nomen. Abiit vero cum illo Aebel  
 Zivo etiam Zivo Rebo, quo non alius prior, speciem Domini  
 celsitudinis indutus, omnesque creaturas lucis ac creaturas ca-  
 liginis limite discriminans, tenens portas, claustra imponens,

110 120 130 140 150 160 170 180 190 200  
 210 220 230 240 250 260 270 280 290 300  
 310 320 330 340 350 360 370 380 390 400  
 410 420 430 440 450 460 470 480 490 500  
 510 520 530 540 550 560 570 580 590 600  
 610 620 630 640 650 660 670 680 690 700  
 710 720 730 740 750 760 770 780 790 800  
 810 820 830 840 850 860 870 880 890 900  
 910 920 930 940 950 960 970 980 990 1000

edictum mysteriumque summum, quod nostrum est, sibi ad-  
 jungens, & quemcumque Dæmonem belligerum, hoc diploma  
 videntem, obsignans, tranquillitatem vicissim omnibus creaturis  
 lucis, quibus non finis & terminus est, parans. Sed tecta, de-  
 lecta hæc omnia ego Aebel Zivo Domino celsitudinis narra-  
 vi & exposui: eumque adorans & celebrans, gloriabar sapien-  
 tia, intelligentia, omnique re, quam Vita mihi dixerat. Qui  
 Dominus celsitudinis ex contrario me per millia annorum in  
 illius conspectu versatum, jam in meam faciem prostratum, ap-  
 pellans porrectaque dextra prehensens de meo loco erexit, &  
 expanso splendore luceque concessa, meo capiti coronam suam  
 innocentiae lucentem imposuit: adjecto una cum luce Geniis  
 omnibus splendore, iisdemque Geniis omnibus amictu, qui est  
 amictus Domini celsitudinis, tributo, amictu hoc his Geniis  
 omnibus tributo. Sic etiam Dominus ille celsitudinis surgens,  
 conditisque ad suam dextram 444 habitaculis, 366 habitacula  
 ad suam sinistram condidit, singulis his habitaculis mille &  
 octogies mille myriades Geniorum illustrium & excellentium  
 assignans: quorum splendor excellens, clara & fulgens lux,  
 quorumque fulgore illustra sceptris, coram illuminata, coru-  
 scant. Quemadmodum & in singulis habitaculis duo custodes  
 conspicui acquievire: duobus item sceptris coram collustratis.  
 Qui præfectus erat custodum 444 habitaculorum, Manu no-  
 men, qui 366 habitaculorum, item Manu nomen habuit. Præ-  
 fecto autem 444 habitaculorum etiam Barbag Genius, vel Aza-  
 zil nomen fuit: ut & præfectus 366 habitaculorum Anan  
 Nesib vel Tavril Genius nominatus est, quod nomen Tavril Ge-  
 nius in prima sui appellatione hic assumpsit. Surrexit posthæc,

101 102 103 104 105 106 107 108 109 110 111 112 113 114 115 116 117 118 119 120 121 122 123 124 125 126 127 128 129 130 131 132 133 134 135 136 137 138 139 140 141 142 143 144 145 146 147 148 149 150 151 152 153 154 155 156 157 158 159 160 161 162 163 164 165 166 167 168 169 170 171 172 173 174 175 176 177 178 179 180 181 182 183 184 185 186 187 188 189 190 191 192 193 194 195 196 197 198 199 200 201 202 203 204 205 206 207 208 209 210 211 212 213 214 215 216 217 218 219 220 221 222 223 224 225 226 227 228 229 230 231 232 233 234 235 236 237 238 239 240 241 242 243 244 245 246 247 248 249 250 251 252 253 254 255 256 257 258 259 260 261 262 263 264 265 266 267 268 269 270 271 272 273 274 275 276 277 278 279 280 281 282 283 284 285 286 287 288 289 290 291 292 293 294 295 296 297 298 299 300 301 302 303 304 305 306 307 308 309 310 311 312 313 314 315 316 317 318 319 320 321 322 323 324 325 326 327 328 329 330 331 332 333 334 335 336 337 338 339 340 341 342 343 344 345 346 347 348 349 350 351 352 353 354 355 356 357 358 359 360 361 362 363 364 365 366 367 368 369 370 371 372 373 374 375 376 377 378 379 380 381 382 383 384 385 386 387 388 389 390 391 392 393 394 395 396 397 398 399 400 401 402 403 404 405 406 407 408 409 410 411 412 413 414 415 416 417 418 419 420 421 422 423 424 425 426 427 428 429 430 431 432 433 434 435 436 437 438 439 440 441 442 443 444 445 446 447 448 449 450 451 452 453 454 455 456 457 458 459 460 461 462 463 464 465 466 467 468 469 470 471 472 473 474 475 476 477 478 479 480 481 482 483 484 485 486 487 488 489 490 491 492 493 494 495 496 497 498 499 500 501 502 503 504 505 506 507 508 509 510 511 512 513 514 515 516 517 518 519 520 521 522 523 524 525 526 527 528 529 530 531 532 533 534 535 536 537 538 539 540 541 542 543 544 545 546 547 548 549 550 551 552 553 554 555 556 557 558 559 560 561 562 563 564 565 566 567 568 569 570 571 572 573 574 575 576 577 578 579 580 581 582 583 584 585 586 587 588 589 590 591 592 593 594 595 596 597 598 599 600 601 602 603 604 605 606 607 608 609 610 611 612 613 614 615 616 617 618 619 620 621 622 623 624 625 626 627 628 629 630 631 632 633 634 635 636 637 638 639 640 641 642 643 644 645 646 647 648 649 650 651 652 653 654 655 656 657 658 659 660 661 662 663 664 665 666 667 668 669 670 671 672 673 674 675 676 677 678 679 680 681 682 683 684 685 686 687 688 689 690 691 692 693 694 695 696 697 698 699 700 701 702 703 704 705 706 707 708 709 710 711 712 713 714 715 716 717 718 719 720 721 722 723 724 725 726 727 728 729 730 731 732 733 734 735 736 737 738 739 740 741 742 743 744 745 746 747 748 749 750 751 752 753 754 755 756 757 758 759 760 761 762 763 764 765 766 767 768 769 770 771 772 773 774 775 776 777 778 779 780 781 782 783 784 785 786 787 788 789 790 791 792 793 794 795 796 797 798 799 800 801 802 803 804 805 806 807 808 809 810 811 812 813 814 815 816 817 818 819 820 821 822 823 824 825 826 827 828 829 830 831 832 833 834 835 836 837 838 839 840 841 842 843 844 845 846 847 848 849 850 851 852 853 854 855 856 857 858 859 860 861 862 863 864 865 866 867 868 869 870 871 872 873 874 875 876 877 878 879 880 881 882 883 884 885 886 887 888 889 890 891 892 893 894 895 896 897 898 899 900 901 902 903 904 905 906 907 908 909 910 911 912 913 914 915 916 917 918 919 920 921 922 923 924 925 926 927 928 929 930 931 932 933 934 935 936 937 938 939 940 941 942 943 944 945 946 947 948 949 950 951 952 953 954 955 956 957 958 959 960 961 962 963 964 965 966 967 968 969 970 971 972 973 974 975 976 977 978 979 980 981 982 983 984 985 986 987 988 989 990 991 992 993 994 995 996 997 998 999 1000

vocatis omnibus Geniis, una cum Nuntio Vitæ Dominus celsitudinis, & baptismum administraturus, in Jordanum descendit. Genium vero hunc accinctum, Genium magnificum & accingentem, baptizare ubi placuerat, Jordanus D. cum Domino celsitudinis confabulans dixit: quis ille Genius, quem in me baptizasti? tui imago mihi impressa est. Videns vero Aqua viva splendorem lucemque Genii, Aebel Zivo, splendorem, lucem ac gloriam hujus Nuntii Vitæ, ut & margaritam Aquæ vivæ, ex Jukaschar Kano plantatam, erravit ea huc & illuc obumbrata, inquieta, saliens, & se invertens. Nec volentibus in medio Senderiaves fluctibus Jordanus, vitæ dominus, tum dissimilis. Cui autem Dominus celsitudinis dixit: Jordane, Domine vitæ, quiesce, tuoque loco consiste, ut Aebel Zivo in te baptizetur. Quo dicto, nec Jordanus, dominus vitæ, se a sermone Domini celsitudinis avertit, aut ab illius verbo abalienavit. Mansit stabilis Jordanus aquæ vivæ: & in eo Aebel Zivo baptizatus fuit, baptizatus fuit Aebel Zivo, sicut & cum eo baptizati duo sui fratres, baptizati item quatuor alii fuerunt, qui Domini appellati sunt. Et, baptizatis tribus Geniis, iisque suis fratribus ac Sociis, his, qui cum eo erant, baptizatis, stans in Jordano, ut baptizaret, Dominus celsitudinis explicate Jordano dixit: in principio aquæ exii, in principio scaturiginis vitæ huc me contuli, tribusque habitaculis conditis præfeci custodes, custodes præfeci, præstantes, benedictos & perennes. Nuntio autem Vitæ, qui baptismo interfuerat, ascendenti ex Jordano, justitiam, quæ Dominorum est, Dominus celsitudinis protendit. Cui etiam Nuntio Vitæ, & facto e Jordano ascensu, suisque fratribus, qui sui filii forent, signum baptismi





adeptis, confabulans hic Dominus celsitudinis dixit: splendor  
 tuus elegans, lux tua lucens, etiam discipuli tuo splendora lu-  
 centes, & tua forma, quam quæ creaturarum est, splendidior.  
 Advocato posthæc Aebel Genio dixit: audio vocem Genii  
 Aebel Zivo, quam prolatam concionando in loco lucis testatam  
 fecit, effati jucundi vocem. Excitatum inde celebrationis  
 plenum cor meum, excitatum cor meum, lætans meus halitus,  
 gaudens & exsultans mea mens, seque meus animus semper elat-  
 urus, subsiliens inquam ego & gaudens operibus, quæ Aebel  
 Zivo fecit, & quæ in perpetuum sua manu stabilita futura.  
 Quem & ipsum custodem constituit, accinxit, & cui benedixit  
 suamque bonitatem præstitit. Huic Aebel splendorem dedit.  
 Advocato tum coramque constituto Schetel dixit: absit a te,  
 absit a te, Schetel Genie, ut tua doctrina a præstigiatoribus  
 proficiscatur; verum tua doctrina eadem quæ nostra doctrina  
 sit, & institutus nostra disciplina nec deficias. Huic Schetel  
 lucem dedit. Advocato deinde coramque constituto Anusch  
 dixit: benedixerunt tibi quatuor Genii, tua familiaritate usi,  
 teque suo baptismo tinctum suo etiam indumento circumdederunt.  
 Hunc Anusch nitore donavit, & splendore velut duos  
 suos fratres obvolvit. Interpellans jam Fasemko D., omnes crea-  
 turas illuminans, cui etiam Jatir Jatrun præter 360 alia nomen,  
 Domino celsitudinis dixit: cujus hic splendor? cujus hæc lux?  
 cujus hic nitor? Respondit: pertinet hic splendor ad Aebel,  
 hæc lux ad Schetel, hic nitor ad Anusch, Genium magnificentum,  
 excellentem & infinitum, quos obsignans Rex lucis, in æter-  
 num obsignavit. Advocatis posthæc Schelmaj & Nedbaj, dextrâ  
 eis impotita, fausta ipsis precans benedixit. Quo facto, etiam



hi dixerunt: forma hac, quæ imposita, gaudemus. Advocatis demum Reham Rizo, & Adakas Mano cum suis Sociis, injectoque eis velamine nubis, ne eorum formam Genii viderent, dixit: Genii suo honori studuerunt, vos Domini doctrina vestra gaudete, ut & gaudet ac exultat Nubes lucis. Veniens vero Potens ille ad finem sui colloquii consedit. Et obsignavit hic Rex lucis, Socios Genii Aebel Zivo, Fratresque, item Filios ejus vocatos, quemadmodum & Senderiaves, ne quis alius in illo Jordano baptizaretur, Jordanus, Dominus vitæ, obsignavit. Quibus vera deinde ille dixit: exsecuti nos bonitatem Dominorum, atque, benevolentiam erga vos bene collocata, Jordanum Dominum vitæ, & 360 Jordanos, in quibus Aebel Zivo baptizatus fuit, produximus. Sicut & Dominis, qui jassi fuerant, ut Nuntium Vitæ baptizarent, idem dixit: agite, quem ego Filium primogenitum vceavi, hunc in mundum maiorum mittamus. Responderunt: tu, etsi formæ, quæ ejus est, non auctor, eum tamen tuum filium appellasti. Regessit: eum si filium meum ego non appellavero, quis alius eum meum filium dicet? Principem tum omnis generationis Aebel Zivo ita hi allocuti sunt: quomodo nos te cohortati sumus, sic & tu Genios tuos fratres adhortare, ut ad thesaurum Vitæ attendant, &, ubi ad locum caliginis iter inieris, vi columbæ id præpere & feliciter conficias. Viam posthæc ingressus hic Aebel Zivo, &, condemnatis Perditiis, Principibus Buris, quicquid ipsis odio futurum esset, peregit. Et vidi tunc ego (Aebel Zivo) Spiritum Venereum, prægnantem ex Buro apostata, prægnantem ex Rege caliginis, & dicentem: omnium creaturatum, superiorum, mediarum & infimarum, nos domini crimus.



Vidi Regem caliginis, ut patres mei mihi dixerant, Spiritumque Hyænã, apostatæ Buro matrem. Subegi Regem caliginis, dicentem: omnium creaturarum nos domini erimus. Oppressi hunc vehementer, & ipsi principem, cujus ope mundum bene administrarem, præfeci. Maledixi Hyænæ, matri apostatæ Buro, dicens: in tui execrationem tua bonorum precatio cedet. Hæc tua sors futura. Hunc quidem mundum, ex consilio Vitæ Secundæ Juschamin, tui filii & Fetahil component. Contendi vero, ad vos veni, contendi, veni ad vos, & quicquid odii in caligine futurum sit, peregi. Neque mihi defeci aut defui in aliqua re, quam mei patres mihi præceperant. Nam filius quisque, parentibus non obediens, heic apud vos detinebitur; ego autem obediens, nihil eorum, quæ accepi, & quæ mihi mei Patres præcepere, fefelli; sed abii, sermone eorum audito & accepto, atque, præposito gazæ Geniorum hujus gazæ custode, templi cujusque fulcro futuro, justitiam mea dextrâ sumens, in mundum caliginis me contuli. Verum respectu eorum, qui in fide steterint, & quorum mens hospitio caliginis infixâ hæserit, illi, qui in fide steterint, ascendent, locum splendidum visuri, qui autem in fide non steterint, penitus die consummationis consummentur. Nuntius Vitæ sic locutus est. Quod autem dixerat, id propter Juschamin dixit. Quicumque domum struens paraverit, eam sanctuarium constituat. Quicumque hanc concionem intellexerit, eam vero corde justo labiisque fidelibus non tradiderit, ea viâ, quam monstravit, ipse, occidet. Quicumque vicissim corde justo labiisque fidelibus eam tradiderit, veniam peccatorum delictorumque impetrabit. Nuntius Vitæ una cum suis Sociis, Aebel, Schetal, Apusch, Schelmoj, & Nedbaj, celebratur. Vita pura in secula seculorum. Finis, finis.



In nomine Vitæ summæ, novissimæ creaturarum lucis, excellentissimæ, supremæ omnium operum. Quod salutaris, innoxii, validi, veri, imperii, obsequii, & propitii peccatoribus sit, precor Adamo Zahrn bar Scharat, uxori meæ Mudalal fat Scharat, uxoriq; meæ alteri Samdo fat Scharat: quorum nomina domui Vitæ adscribantur.

In nomine Vitæ, novissimæ creaturarum lucis, excellentissimæ, supremæ omnium operum. Mysterium hoc, concio, & petitio secreta, spectans, quem Vita occultavit, sermonem, quem vero Nuntius Vitæ coram Mano, Demuto, & Vita clare aperuit, scilicet quod unam Dæmonem ex Senderiaves, terra caliginis infima, observavit. Quod cum Nuntius Vitæ commemorasset, ipsi Vita, Mano & Demuto dixerunt: quare sedes tu, & Ganzebro i. e. Thesaurarius, magnus noster filius? Surge, descende, abi, & fac, quod velis. Quo audito, Nuntius Vitæ venerabundus humique prostratus coram dixit: surgam, vocaturus Ganzebro filium vestrum, plantam, quam consevistis, imaginem, quam composuistis ex vestro secreto, vestro albumine, hoc Jordano, locique vestri fornace & cancellis protraxistis. Hæc autem dicente Nuntio Vitæ, sua vox creaturis omnibus audita fuit. Ille surrexit, & volens ad Filium, qui sui Imago erat, se contulit. Qui quæsit: mi pater, quo ibimus? Respondit: surge, veni, ostendam tibi imaginem Aeonum Mano & Mano i. e. unius et alterius Aeonis, & imaginem magnam, secretam eorum, qui abstrusi omnibus Geniis per 365 mundos lucis occultaque Dominorum lucis albumina fuerunt. Iterum Filius, qui & frater Nuntii Vitæ erat, dixit: grave mihi erit, videre imaginem hanc primariam Aeonum Mano & Mano i. e.





unius et alterius Aeonis, imaginemque abditam eorum, qui omnibus creaturis abstrusi fuerunt. Pater, qui & ejus frater, respondit: celerrime ego missus ad te veni. Jam quid sedes, filie dilecte? Prosperere agas, animoque firmo sis. Splendorem vitæ afferam. Audi, surge jam, eamus, ut faciem horum Aeonum illustrium videamus. Quæ a patre dicto percussus filius ille mansuetus sui que constans, prehensa sui patris dextrâ, viam cum eo ingressus ad secreta & albumina Principum gloriæ contendit. Quo cum pervenisset, ipsi Vita Prima, Mano & Demuto dixerunt: quid fecisti, Javar Kebar, filie, Nuntie Vitæ, cornu in nostro capite plectens? Respondit Nuntius Vitæ: ecce petiistis & invenistis, iterum petetis & invenietis. Abiit, vestrumque hunc filium adduxit. Dixerunt: surge, introduce eum, veniat, ut eum videamus, atque nos ille videat. Surrexit, abiit, introduxit, & coram Aeonibus illustribus venit. Sed Aebel Mano ingrediens territus fuit. Nam illorum splendorem, qui præstans, illorumque lucem, quæ elegans, ægre sustinuit, ita quidem, ut illorum formam præ splendore præstanti luceque grandi videre non posset. Me vero visum & coram collocatum duo Aeonæ illustres & Demuto primarius osculantes humanissime tractarunt. Ego vicissim humi prostratus, venerabundus & celebrans ante pedes hujus Demuto tamdiu & quidem per mille annos jacebam, donec me ille Mano dextra complectens, de meo loco erexit, dicens: surge, Mano Aebel Zivo, quem nos vocavimus, neque moleste hoc feras. Quomodo etiam ceteri omnes, ubi ille Demuto Mano mihi Aebel Zivo manum imposuerat, aperto ore, dixerunt: quare sedes? surge, ut baptizemus te in 360,000 Jordanis, tibi que 360 vestes, &



velamina, quorum velaminum unum altero præstantius, induamus. Consistentes baptizarunt eum i. e. me deinceps in 360,000 Jordanis, atque, memoratis super eum i. e. me nominibus secretis, quorum alterum altero præstantius, ejus i. e. mei per mille myriades annorum infinitas tutelam gesserunt. Fui apud eos in albumine hoc oblecto, donec in eorum similitudinem adolevissem. Posthæc meus pater, mihi Aebel Javar, quod nempe Javar nomen mihi adjecerat, manu imposita, mihi que mundo amplissimo & infinito condito, in hoc mundo mihi constituit myriades millies creaturarum lucis, mihi constituit 360 Jordanos maximos, 10,000 penetralia, mihi constituit in quolibet mundo 360,000 Genios, & in qualibet sede 360,000 Majestates mihi constituit. Quæ omnes creaturæ singulares, mirabilisque earum splendor, doctrina & laus. Sic etiam adjunxit mihi meus pater vestem, qua veste cinctus ipse baptizatus fuerat, dato item celato mysterio, reservato hoc Principibus, jam me ita allocutis: abi, abi, filie noster, species nostra, cujus claritudo eâ, quæ omnium Geniorum est, præstantior. Locus autem, quem petes, abundabit tibi creaturis caliginis ibique per plurimas ætates versaberis, donec inde te sustulerimus, tuæque species ibi non deerit, donec inde ascensum tibi publicaverimus. Quo a Patribus audito, venerabundus humique prostratus respondi: ecce virtute vestra, mei patres, mysteriique magni vobis reservati, ut & virtute patris mei Nuntii Vitæ, contendens locum, ad quem me mittitis, petam. Quo dicto, Aebel Mano Javar, comitante suo patre, profectus est: duobus etiam ejus fratribus, scil. Schetel et Anusch, in profectio- nis societatem adscitis. Commentationibus jam, presibus &

וְשִׁמְשֵׁם כִּסְסֵם, מֵהַצָּרִיף הַזֶּה, וְהָיוּ הַשִּׁמְשֵׁם אֵלֶּיךָ חַיִּים, וְהָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים  
 בְּכֹחַ הַכֶּסֶף, וְהָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף, וְהָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף  
 כִּי הָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף, וְהָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף  
 כִּי הָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף, וְהָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף  
 כִּי הָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף, וְהָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף  
 כִּי הָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף, וְהָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף  
 כִּי הָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף, וְהָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף  
 כִּי הָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף, וְהָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף  
 כִּי הָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף, וְהָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף  
 כִּי הָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף, וְהָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף  
 כִּי הָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף, וְהָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף  
 כִּי הָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף, וְהָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף  
 כִּי הָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף, וְהָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף  
 כִּי הָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף, וְהָיוּ אֵלֶּיךָ חַיִּים בְּכֹחַ הַכֶּסֶף

\*) Lege נהפ

concionibus vacabant. Atque gaudio eorum cor exsiluit. Sic etiam animus sui patris exsiluit. Qui dixit: non a me exigantur, quæ secreta mihi nuntiarunt & crediderunt mei parentes Acones principes. Tamen cum eis hic pater profectus viam pergit, donec ad confinium lucis & caliginis pervegit. Dixit tum hic pater: abi, mi filie Aebel, duoque tui fratres te comitentur. Qui Aebel vicissim pro favore, quem ipsi suus pater præstiterat, suo patri respondit: purus ille Mano, quem suus pater armans obsignaverit, & baptizans corroboraverit, Malos non is timebit. Qui vero, cum suus pater ipsam non complectendo oscularetur, adjecit: me tu complectens qualem mihi animum addideris? Atque, his auditis, pater, ubi supplicem ad pedes jacentem Aebel filium erexerat, viam ille pater ingressus, ad Mano Demuto ascensurus abiit. Ego Javar Aebel tum mecum locutus sum: virtute vestra, mei patres, & virtute mysterii magni Socierumque, mecum versantium, in caliginem descendam. Descendendi autem capto consilio, meisque pedibus in aquam Nigram demissis, super muris caliginosæ sedis lumen mihi per mille parasangas interceptum fuit. Perveni ad mundum caliginis, primum, quem Spiritus tenebat: quo in mundo per mille myriades annorum versabar: tamen nemo me in hoc mundo versantem cognovit. Cujus vero oculis cum me subtraherem, mihi Razo Rebo, meus socius, dixit: deorsum descendamus. Descendi tunc deorsum, & perveni in mundum, qui ad Zartaj Zartanej D. pertinebat. Illius autem forma cui similis esset, ignorans, quæsi: videtis, Genii, mei fratres, cui similis est hujus Zartaj Zartanej forma. Atque ipsi dixi: stricta & subacta est forma tua, Zartaj Zartanej, tuæque



uxoris Anamet. Me per plurimos annos & generationes in hoc mundo hospitantem, me in hoc mundo versantem nullus cognovit. Vacabant vero, quæ mecum fuerunt, lucis creaturæ concionibus, precibus & orationibus: suo corde in sua doctrina gratiarumque actione exultante, atque indies ad Vitam, Mano, & Demuto, principem primariam, quos Vita provocaverat, se efferente. Quemadmodum & ego dixi: apud Vitam, meum parentem, ego sedens, tristitia præ his figuris minime affectus sum. Proficiscens posthæc, deserto Zartaj Zartanaj, abii ad alium mundum, eumque pertinentem ad Hag & Mag, duos caliginis Aeones, quorum præstigiæ eas, quæ creaturis omnibus caliginis, mundoque ad Zartaj Zartanaj pertinenti in usu sunt, antecedunt. Sed ad mundum Aeonum Hag & Mag mille innumeræ parasangæ erant. Huc, tum dixi, quis me adduxit? atque vos, mei pedes, quis huc deflexit? Quo autem in mundo, & ubi duos Aeones, principes caliginis, Hag virum & Mag feminam offendi, per 60,000 myriades annorum versatus sum. Atque, his visis, cognitoque, quid suo corde intenderent, eos deserens, & contendens perveni ad alium mundum, eumque pertinentem ad Gaf & Gafan, potentes caliginis principes, qui ex fonte aquæ nigræ, volventis, se retorquentis, spumantis, nec ollis turgentibus, ebullientibus ferventibusque dissimilis, existerunt. A mundo hoc Aeonum Hag & Mag ad mundum Aeonum Gag & Gafan 100,000 myriades parasangarum, innumeræ nec computabiles, erant. Mihi autem intuenti hos Gaf & Gafan visæ fuerunt suæ formæ convolutæ, similes serpentibus, ut & suæ femine salamandris haud dissimiles. Atque eis dixi: vinciti pedibusque constricti estis, vos principes caliginis, colligataque



حَتَّىٰ يَأْتِيَ كَثِيرًا مِّنْهُمْ وَيُؤْمِنُوا بِهِ  
 وَأَنَّهُمْ أَهْلُ الْأَعْيُنِ أُولَٰئِكَ لَنُؤْتِيَهُمْ  
 جَزَاءً عَظِيمًا وَمَن يَدْعُ إِلَىٰ طُغْيَانٍ  
 فَسَوْفَ نَدْعُ إِلَىٰ تَبٰٔسٍ أَكْبَرَ مِمَّا دَعَا  
 إِلَىٰ ۖ وَنُصِيبُ مَن نَّشَاءُ بِغَيْرِ حِسَابٍ  
 لَّيْسَ لَكُم مِّنْ دِينٍ إِلَّا مَا نَزَّلْنَا  
 فِي سُبْحَانَ الْمُبْتَدِئِ وَالْمُؤْتَمِرِ  
 وَالْمُجْتَمِعِ ۚ وَمَن يَدْعُ إِلَىٰ طُغْيَانٍ  
 فَسَوْفَ نَدْعُ إِلَىٰ تَبٰٔسٍ أَكْبَرَ مِمَّا  
 دَعَا إِلَىٰ ۖ وَنُصِيبُ مَن نَّشَاءُ  
 بِغَيْرِ حِسَابٍ لَّيْسَ لَكُم مِّنْ دِينٍ  
 إِلَّا مَا نَزَّلْنَا فِي سُبْحَانَ  
 الْمُبْتَدِئِ وَالْمُؤْتَمِرِ وَالْمُجْتَمِعِ ۚ  
 وَمَن يَدْعُ إِلَىٰ طُغْيَانٍ فَسَوْفَ  
 نَدْعُ إِلَىٰ تَبٰٔسٍ أَكْبَرَ مِمَّا دَعَا  
 إِلَىٰ ۖ وَنُصِيبُ مَن نَّشَاءُ بِغَيْرِ  
 حِسَابٍ


vestra statua fure grandi, quali Libra Zodiaci Dæmoni-  
 bus Bure illigata. Vinctæ præstigiæ vestræ una cum vestris  
 mendaciis, quibus operam datis: fascinatæ femine vestræ, Dæ-  
 monissæ, Salamandræ, species hæ deformes, & quidem adeo, ut,  
 quicquid humani fœdum, deforme & contortum fuerit, suæ spe-  
 ciei ac mussitationi comparari nequeat. Sicut etiam Geniis,  
 meis fratribus, dixi: vidistis, cui rei similes sunt hi potentes  
 apostatæ. Quî vero Geniî, mei fratres, responderunt: quando  
 finem creaturæ hæ caliginis habebunt? quando hi potentes ex-  
 spirabunt? Ubi autem ego mei eorum oculis obtegens per  
 mille mille myriades annorum, innumeræ nec computabiles,  
 penes eos vixeram, mihi Razo Rebo, meus comes, dixit: cur  
 hoc loco sedemus? sterge, ascendamus, visuri, quid nobis fa-  
 ciendum sit. Surreximus, ex mundo Aeonum Gaf & Gafan  
 profecturi, & ad mundum belligeri tenebrarum Anatan abituri.  
 Uxor illius Kîn regina, caliginis domina, & appellata caliginis  
 Mater: quæ ex aquis nigris, conturbatis, se retorquentibus,  
 corruptis, mutuoque voracibus, exsiccata, omnes caliginis cre-  
 aturas provocaverat. A die autem, quo inde profecti fuimus,  
 usque ad illum, quo pervenimus ad mundum caliginosum po-  
 tentis ac belligeri Anatan, quem illa Mater generaverat, mil-  
 le mille parasangarum via ingens & infinita erat. Comiti meo,  
 Razo Rebo, tum dixi: pasce tuos oculos potentibus caliginis  
 Kîn & Anatan. vide, cui rei similes sint. Tamen apud eos  
 per annos & generationes, quibus nec numerus nec computa-  
 tio, conседimus. Quo autem tempore creaturæ omnes, me co-  
 mitantes, Geniî & Majestates in sacris commentationibus, con-  
 cionibus, precibus & orationibus hætrî corde, læte exsultanti,



versabantur. Quomodo & ego Sociis, quos mei patres mihi dederant & adjunxerant, maximopere lætabar, dicens: auspice Mano una cum Demuto, heic sedeo. Exsultans cor nostrum gaudio se exultit: mea hac prædicatione, & gratiarum actione, per singulos dies & singulas horas ad Mano occultum, Demuto, & Netusto, principem occultam, primariam, & ante creaturas lucis generatam, sdescendente. Visitans vero creaturas has caliginis cum in eas inquisivissem, dixi: dies est, ut ascendens contendam ad patrem meum, atque sedens cum eo colloquar. Aeon sum: vos, Genii, & mei fratres, mecum quoque venite. Ad scientiam & intelligentiam imbuamini: doctrinam religionemque patrum meorum expetatis: de animo eorum erudiamini, Quibus dictis, mei fratres, & Razo Rebo, meus comes, responderant: jam ascendamus. Cur sedemus hoc loco, cujus nos ignari? Quot annos innumeros heic nos sedentes? Agite, aperiamus portam trium Regum, quæ ignis non consumserit, locum, ubi pro aqua cineres, locum, aquæ præ æstu sitientem, locum, caliginis perfectam sedem, nulli vero mortalium cultam. Sic etiam hoc, illud distincte intellectum cognovimus, portas aperientes. Portâ prima aperta, introspicentes, nepotem caliginis Schedun D. vidimus: quem vero memoratis & potentibus caliginis Diabolis sua specie dissimilem vidimus. Induta tum eximia pulchraque specie, sedens ego Aebel ex illius regione, dixi: ecce, in nomine tuo, Razo Rebo, in nomine Vitæ, occultæ, Primæ, loco secreto oblectæ, in nomine Aeonum Mano & Demuto, in nomine Patris mei Nuntii Vitæ, atque doctrinæ Genierum, meorum Sociorum, quorum consuetudine uter, caliginis inter creaturas, ad quas mei

באדם זמן שנתו ומה שחברו ומה שחברו  
 ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו  
 ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו  
 ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו  
 ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו  
 ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו  
 ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו  
 ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו  
 ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו  
 ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו  
 ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו  
 ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו  
 ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו  
 ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו  
 ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו  
 ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו ומה שחברו

Patres me miserunt, coram Schedun belligero, mundi caliginosi rege, loquor. Atque gaudens ego gaudium ita locutus sum: pax tibi, Schedun belliger, rex mundi. Me tamen ipsi salutem dicentem hic non videbat. Me autem revidens, oculis sublatis, fronteque revelata, respondit: salus tibi, Vir speciei pulchræ. Cui ego iterum: verbum tibi unum memorare cupio. Atque ille mihi: loquere, Vir pulcher, pulchrique & nitidi aspectus. Regessi tum: filius, ex sobole stirpeque vestra generatus, rem execrandam & tumultuosam in mundo vestro agere cupit. Quid de hoc dicitis? Respondit Schedun: deorsum ad me descende. Nescio, quisne grandior me natu sit. A die autem, quo ad hunc perveni, ad illum, quo ad Giv D. descendi, 10000 anni præterierunt. Adæquavi me jam cuidam viro, illis pulchriori, & coram Giv consedi. Nescius vero ille, me ad eum venisse. Salutemque mihi ei dicenti hanc reddidit: salus tibi, vir formose! quid a me cupis? Respondi: filius a vobis, sobole stirpeque vestra generatus, rem execrandam mundo lucis expetit. Quid de eo dicitis? Regessit: deorsum ad me descende. Nescio, quisne grandior me natu sit? \*) A die autem, quo hunc relinquens abii, ad diem, quo ad Karkum Turo carnosum perveni, per 60000 myriades annorum ingens ac infinitum hoc iter confeci. Vidi jam hunc Kerun Turo carnosum, ossibus destitutum, cinerique similem: ut etiam, quæ ipsi aqua suberat, cinerea, nec nubibus dissimilis, fuit. Quo autem viso, ejusque oculis per aliquot annos ego mei obtegens, mecum cogitavi: quid faciam? & quem sermonem cum potenti hoc & carnosio Kerun Turo habeam? Cum

\*)  excidisse videntur.



ipso posthæc confabulans, dixi: salus tibi, primogenite, rex caliginis, Kerun Turo carnose! Interrogavit ille, sed fronte non sublata: quis hic vir, qui detexit meum nomen, menique characterem deprehendit? Respondi: sum Aebel, quem Vita misit. Veni ad te per mille annos & generationes infinitas ac innumerabiles; ut demum de anno in annum progrediens tibi dicerem, quid Vita, non interitura, lux hæc non tollenda, in animo habeat. Quæsivit: quid tibi præcepit? Respondi, Vitam mihi præcepisse, ut irem, dicturus: filius a vobis, stirpe, sobole & coëtu vestro generatus, quæ nostræ sunt, creaturis lucis tumultum injicere cupit. Quid de hoc dicis? Quo dicto, ille secum cogitavit: ibo, te devoraturus. Quo autem cogitato, ego Aebel Zivo in receptaculo ensium, gladio- rum, acinacium, cultrorum fundarumque sedens, dixi: me devores. Etiam ille, datoque responso, te devorabo, me ad dimidiam mei partem devoravit. Me vero deinde expuens & effundens, spumante suo ore, & visceribus, jecore renibusque abruptis, secum cogitavit: quid faciam huic viro, qui ad me venit, & quem Vita misit? Et mihi ille dixit: vos potentes, nos humiles, vos Dii, nos infirmi, vos nobiles, nos viles. Respondi: surge, da mihi diploma. Surrexit tunc ille, & per diem, quo exstiterat, juravit: te non fallam, ingrediaris modo meam gazam, tibi que diploma ex mea gaza dabo. Surrexit, datoque mihi diplomate, obtulit etiam sigillum, quo illa gaza celata erat, & in quo effictum, sculptum caliginis magnæ nomen, occultum, nec ulli visum, ab eo inde die, quo id impostum fuerat, atque dixit: ecce tibi hoc dedi, ut creaturis omnibus, quæ te viderint, hoc diploma cum suo sigillo ostendas.





Sumsi nunc, quod mihi dederat, septemque velaminibus id oc-  
 cului. Atque ascendens deinde, & ad ejus fratrem Giv D. ac-  
 cedens, diploma illud cum suo sigillo ipsi monstravi. Quod  
 vero diploma, fratris sui sigillo consignatum, cum hic videret,  
 item certam ei fidem ahibuit. Atque ad Schedun D. potentem,  
 projectum, in suo mundo extentum, in tripode ignis sedentem,  
 ignique servientem, ascendens, iterum id sumtum ostendi, di-  
 cens: vide diploma, quod a tuis patribus ad te attuli. Verum  
 proferens hoc, & ostendens ejus sigillum, dixi: vide, quod tui  
 patres tibi obtulerunt. Sicut & proferens hoc, & ostendens si-  
 gillum, dixi: vide, quod tui patres ad te miserunt. Respon-  
 dit: faustus, quo venisti, dies. Reliqui hunc Schedun, ad  
 creaturas sublimes ego ascensurus: &, ubi coram in illius mun-  
 do mille mille annos vixeram, portâ ejus obsignata, ad mun-  
 dum, ad Anatan & Kin pertinentem, iterum accessi. Quo  
 autem in mundo per plurimos annos versatus, animique ambi-  
 guus, quid facerem, ad Kin me contuli, &, forma sui mariti  
 Adatan induta, dixi: surge, mihi ostende, unde exstiterimus,  
 unde ficti & creati simus? Surgens tum ea mihi monstravit  
 fontem principem, unde exsiccati erant. Viso autem hoc fonte  
 aquæ nigræ & amaræ una cum prunis in illum fontem projectis  
 & dispersis, Razo Rebo, meus comes, mihi dixit: hæc amari-  
 tudo cum prunis est veritas creaturarum caliginis. Quo dicto,  
 feminaque Kin oculis obcæcatis & auribus obturatis, ipsius  
 conspectui me obtegens, amaritudinem hanc cum prunis sustu-  
 li. Quam vero me tollentem ipsa non viderat. Quocirca, & im-  
 petu facto, ut de me inquireret, vociferata est: quo pergis?  
 Et clamitans dixit: veni, tibi dicam. Sed eam reliqui, portasque



hujus mundi, admotis claustris, clavibusque, omnium clavium præstantissimis, observavi. Interim ego, & quæ creaturæ generationesque mecum fuere, lætabamur, sacris intenti, &, exultante in precatione gratiarumque actione nostro corde, exultabamus, quamdiu cum Kin, item Sardijs appellata, domina, ex stirpe illius Kin, quam matrem Ur habuit, ante ceteras omnes caliginis creaturas generata, fuimus. Illis vero portis, obstructis & in duplum obseratis, tria nomina occulta, nec suo loco mutabilia, Hatam Zivo, Nehur Zivo, & Lufafone Nehure Rebo imposui. Nec, quamdiu hæc nomina penes me occulta & servata forent, illas portas solvere aut aperire quisquam posset. Atque, hoc facto, in illum creaturarum sublimium mundum, cui Sardijs Margarita Magna nomen, ascendi. A quo autem die ad Gaf & Gafan D., creaturarum omnium caliginis patrem, me contuleram, ridentes hæ invicem umbramque captantes consederant. Quibus Kin, earum mater, ipsis assidens, jam dixit: surgite, videamus, quid complacentiæ cupidinique nostræ satisfaciat, videamus, quale nunquam nobis visum sit. Quo dicto, cupidæ illæ & elanguentes, simul surgendo, dixerunt: adsumus, quid faciamus? Respondit vero Spiritus, ejus filia: stupro cum Gat, tuo fratre, coëamus. Qui etiam, & illis post hæc verba altera alteram invicem & agminatim urgentibus, obviam procedens, eas feminas juvenes ipsum ut tantum sui similem laudantes, excepit & osculatus est. Sic & Spiritus, sua soror, a quo die per Ur, dominum potentem, prægnans evaserat, ipsi dixit: surge, certiores faciamus Kin, nostram matrem, item Gaf, nostrum patrem, nos invicem coïsse. Quo dicto, surgens abiit cum hoc, atque Kin & Gaf

וְעַל פִּי מֵי מֵי וְעַל פִּי מֵי מֵי וְעַל פִּי מֵי מֵי  
 אֵיךְ יֵשׁוּעָה וְעַל פִּי מֵי מֵי וְעַל פִּי מֵי מֵי  
 וְעַל פִּי מֵי מֵי וְעַל פִּי מֵי מֵי וְעַל פִּי מֵי מֵי  
 וְעַל פִּי מֵי מֵי וְעַל פִּי מֵי מֵי וְעַל פִּי מֵי מֵי  
 וְעַל פִּי מֵי מֵי וְעַל פִּי מֵי מֵי וְעַל פִּי מֵי מֵי  
 וְעַל פִּי מֵי מֵי וְעַל פִּי מֵי מֵי וְעַל פִּי מֵי מֵי  
 וְעַל פִּי מֵי מֵי וְעַל פִּי מֵי מֵי וְעַל פִּי מֵי מֵי  
 וְעַל פִּי מֵי מֵי וְעַל פִּי מֵי מֵי וְעַל פִּי מֵי מֵי  
 וְעַל פִּי מֵי מֵי וְעַל פִּי מֵי מֵי וְעַל פִּי מֵי מֵי  
 וְעַל פִּי מֵי מֵי וְעַל פִּי מֵי מֵי וְעַל פִּי מֵי מֵי  
 וְעַל פִּי מֵי מֵי וְעַל פִּי מֵי מֵי וְעַל פִּי מֵי מֵי  
 וְעַל פִּי מֵי מֵי וְעַל פִּי מֵי מֵי וְעַל פִּי מֵי מֵי

parentes suos sic alloquebatur: videte, quod fecimus. Responsum: vos beati, qui, quod nos fecimus, idem fecistis. Ego autem Javar, oculis eorum absconditus, nec ipsis quamquam assidens visus, ut etiam Razo Rebo eis obtectus erat, unius eorum specie eaque pulcherrima & formosissima induta, abii ad Kin, ipsique adstans dixi: salus tibi, mater princeps, mater omnium creaturarum. Verit se hæc, me viso, & amore igneque sui cordis perplexa dixit: salus tibi, mi sociæ, domine gloriose. Ego vicissim, prehensa ejus manu, quæsi: quot tibi filiæ? dignumne me censes, qui tuus in hoc mundo gener fiam? Qua quæstione gestiens ea in sinu gaudebat, siquidem illius gener fieri cuperem. Prehendit tum me dextra manu, & mecum ad Gaf abiit. Qui vero cum audiret me dicentem, salus tibi, Turo, potentissime omnium regum hujus mundi! nec salutationem hanc factam intelligeret, ipsi illa dixit: dicit tibi salutem vir, qui nobis omnibus pulchrior est. Desiliens tunc hic suo throne, & me amplectens, dixit: felix tuus adventus, rex, domine noster, quid petis? Verum, nihil me dicente, illa ei dixit: mulierem a te petit, surge, ipsi demus. Interrogavit: quam ei dabo? Dixit: Zahril principem, eo ipso palchriorem, ei demus. Quo colloquio habito, quem mihi detraxeram, annulum in medium projecit. Videns vero illa annulum, quem projeceram, magnopere annulum hunc projectum expetens, dixit: cui ego comparanda? quam hicce vir desponsavit. Annulo, quem in nostro mundo projecit, compar annulus in tota mea gaza non obuius. Mater suæ filiæ dixit: adorna te hoc, donec veste nuptiali decorati fueritis. Gaf interpellavit: surge, fac, quod potentes facere solent,

ד'ת'אמל מ' ר'ח'א פ'ע'נ'א א'ש' פ'ע'מ' מ' ד'כ'ק' א'מ'ר'א'כ'ס' ע'מ'ע'ר  
 ד'פ'ז'כ'ר' א'ת'א'ב' ר'ח'א א'מ'ר'א'כ'ס' ד'כ'ז'כ'ר' ב'ז'כ'ר' א'ת'א'ב' א'ל'א' א'ל'א' כ'ז'כ'  
 מ'כ'ז'כ'ר' א'ת'א'ב' א'ש' פ'ע'מ' א'מ'ר'א'כ'ס' ע'מ'ע'ר' מ'כ'ל'א' נ'ד'כ'י'כ'ס' א'ת'א'ב' א'ש'  
 א'ש' ר'ח' א'ש' ח'מ'ר' פ'ע'י'ב' א'ש'נ'א' נ'ע'י'ב' א'ש' ח'כ'ל'כ'א' מ'א'מ'ל'כ'י'כ'  
 א'מ'ר'א'כ'ס' ח'כ'ל'כ'א' ר'ח'א' א'ש'נ'א' א'ל'א' א'ל'א' כ'ז'כ'ר' ד'פ'ש'ט'א' מ'ע'מ'ל'א' מ'כ'ל'כ'א'  
 מ'כ'ל'כ'א' מ'כ'ז'כ'ר' א'ת'א'ב' פ'ע'מ' א'ש' א'ש'נ'א' א'ל'א' א'ש'נ'א' א'ת'א'ב' א'ש'נ'א'  
 מ'כ'ל'כ'א' א'ש' א'ת'א'ב' א'ש' ח'מ'ר' מ'כ'ז'כ'ר' א'ת'א'ב' א'ש' ח'כ'ל'כ'א' מ'כ'ז'כ'ר' א'ש'נ'א'  
 א'ש'נ'א' א'ש'נ'א' מ'כ'ז'כ'ר' מ'כ'ז'כ'ר' א'ת'א'ב' א'ש' ח'כ'ל'כ'א' א'ש' א'ש'נ'א' מ'כ'ל'כ'א'  
 נ'ע'י'ב' א'ש' א'ש' ח'מ'ר' א'ש' ח'כ'ל'כ'א' מ'כ'ז'כ'ר' א'ת'א'ב' א'ש' ח'כ'ל'כ'א' מ'כ'ז'כ'ר' א'ש'נ'א'  
 ח'כ'ל'כ'א' א'ש' ח'מ'ר' א'ש' ח'כ'ל'כ'א' מ'כ'ז'כ'ר' א'ת'א'ב' א'ש' ח'כ'ל'כ'א' מ'כ'ז'כ'ר' א'ש'נ'א'  
 ח'כ'ל'כ'א' א'ש' ח'מ'ר' א'ש' ח'כ'ל'כ'א' מ'כ'ז'כ'ר' א'ת'א'ב' א'ש' ח'כ'ל'כ'א' מ'כ'ז'כ'ר' א'ש'נ'א'  
 ח'כ'ל'כ'א' א'ש' ח'מ'ר' א'ש' ח'כ'ל'כ'א' מ'כ'ז'כ'ר' א'ת'א'ב' א'ש' ח'כ'ל'כ'א' מ'כ'ז'כ'ר' א'ש'נ'א'  
 ח'כ'ל'כ'א' א'ש' ח'מ'ר' א'ש' ח'כ'ל'כ'א' מ'כ'ז'כ'ר' א'ת'א'ב' א'ש' ח'כ'ל'כ'א' מ'כ'ז'כ'ר' א'ש'נ'א'  
 ח'כ'ל'כ'א' א'ש' ח'מ'ר' א'ש' ח'כ'ל'כ'א' מ'כ'ז'כ'ר' א'ת'א'ב' א'ש' ח'כ'ל'כ'א' מ'כ'ז'כ'ר' א'ש'נ'א'  
 ח'כ'ל'כ'א' א'ש' ח'מ'ר' א'ש' ח'כ'ל'כ'א' מ'כ'ז'כ'ר' א'ת'א'ב' א'ש' ח'כ'ל'כ'א' מ'כ'ז'כ'ר' א'ש'נ'א'  
 ח'כ'ל'כ'א' א'ש' ח'מ'ר' א'ש' ח'כ'ל'כ'א' מ'כ'ז'כ'ר' א'ת'א'ב' א'ש' ח'כ'ל'כ'א' מ'כ'ז'כ'ר' א'ש'נ'א'

hanc Zahril una cum viro, qui nobis omnibus pulchrior, decoremus. Hæc rursus dixit: tu beatus, quoniam vir talis tibi repertus est. Surgenti inde Gaf, & abeunti ad galbanum, locum suæ originis. illa mater dixit: surge, nuptias magnificas filiæ faciamus. Gaf, strato solio, paxillos tentorii fixit: illa Kin creaturas invitavit, & præcones potentesque hujus loci accersivit. Venientes hi, & aurum, argentum, margaritas, coronas, vestemque auro distinctam offerentes, collocuti sunt: eamus, generumque hunc, puella Zahril pulchriorem, videamus. Nos deinde, me pallio serici vestitum, illam veste diversi coloris velatam, in solis aureis collocarunt: solis his linteo obtento. Atque mihi, in sublimi sede collocato, dixerunt: gaude, domine noster, muliere nostra, quam tibi dedimus. Quomodo &, conglobato pingui dulcique pulmento, atque eodem mihi allato, me amplectentes dixerunt: domine noster, ede, vinumque bibe. Quibus vero, sic mecum confabulantibus, irridens ego, mecum locutus sum: quid filii hi caliginis faciunt? quibus non manifestum & cognitum est, me neque cibum edere, neque potum haurire. Verum, quicquid egerint, apertis mihi suis arcanis, in nos se amplius non efferent. Illis deinde respondi: ecce edi & bibi. Abierunt tum, &, me relicto, in summa orci caligine se occuluerunt. Miserans autem ego sortem filiæ Zahril, mecum cogitavi: tua causâ apertum mihi hoc caliginis arcanum fuit. At, cum tempus adesset, ut ipsa mecum coronata ad me accederet, eodem & Kin accessit. Quæ procumbens & magnopere venerabunda quæsit: quid, domine noster, fecisti? Respondi: quid faciam? Suam deinde filiam abiens interrogavit: tene in





matrimonium duxit? Respondit: me non duxit. Percontata  
 rursus est Kin, sua mater, annon viri ambiendi causa ipsi in-  
 esset. Et, cum filia respondisset, viri ambiendi causam sibi  
 inesse, surgens illa in conspectu filiae, & me repetens dixit:  
 eam in matrimonium non duxisti. Sed respondi: in nostro  
 mundo non ante, quam septem anni suum orbem confecerint,  
 aliquis uxorem ducit. Regessit: quicquid volueris, facias. Tunc  
 ego, cum Razo Rebo sermone habito, proposui: quos illi Kin  
 memoravi, septem annos septuaginta mille myriadibus anno-  
 rum adaequemus, ejusque oculos, corde suo animoque turbato,  
 obtenebremus. Cui proposito etiam hic consensus: & plurimos  
 annos, plurimas aetates transegimus. Interrogaveram illam Kin:  
 unde exstitistis, & unde provocati estis? Respondit: e forna-  
 ce, statione caliginis, & colluvie aquae Nigræ exstitimus. Dixi:  
 surge, mihi que, unde effecti fuistis, ostende. Ostendit tum mi-  
 hi vim & robur caliginis, item arcanum illud celatum, princi-  
 pibusque Bure, caliginis potentibus, reservatum: sicut & mihi  
 ostendit fontem, & quidem tantæ profunditatis, ut ejus fontis  
 terminum nullus eorum præter me, cui id arcanum detectum  
 & explicatum fuerat, nosset, atque talis ceterum indolis; ut in  
 medio hoc fonte velut speculo faciem suam quisque intuens,  
 etiam, quid vellet in posterum facere, cognosceret. Quem ve-  
 ro oculis suis abscondidi, sustuli ac detinui. Et quem tum illa  
 investigans, sed non inveniens, secum cogitavit: quid faciam?  
 quia nostrum robur, nostra vis perit. Neque Kin mihi interro-  
 ganti, in quam rem inquiris? mente & cogitatione instar ebrii  
 ea vacillans, responsum dedit. Zahril vicissim, quam, hac re-  
 lecta, petii, percontata est: ubi, mi domine, fuisti? Miserrane



eam respondi apud tuos patres fui. Regessit: bene est, quod eos adiisti. Abii jam ad Spiritum, specieque sui fratris Gaf induta, ipsi dixi: surge, ad tuos patres eamus. Interrogavit: ubi sunt? Respondi: ultra, & in mundo supra nos sito. Spiritui, ab illo die, quo cum Gaf coierat, pręgnanti, dixi: ibo, visurus Zahril, tuam sororem, viro nuptui datam. Ad Zahril accessi: expressis autem lacrimis de meis oculis. Et, quod mihi, idem ei ipsi accidit. Adhortabar tum Razo Rebo, qui mecum versabatur, ut ille penetrans in cor intimum hujus Zahril, affabiliter eam tractaret: quam & ego ad ejus sororem Spiritum introducebam. Profecti posthęc sumus: comitantibus, quos Spiritus non novit, Aeonibus. Trecentę pręterea & sexaginta myriades mille creaturarum lucis mecum versabantur. Spiritui autem mecum ambulanti dixi: filium primogenitum concepisti. Sed Spiritus, utcumque iis quę dixeram gaudens, siquidem nos ingenti & infinito itinere suscepto ad mundum supremum contendebamus, mihi dixit: hoc mihi molestum. Respondi: cito pervenies. Cum vero pervenirem ad mundum illius Zartaj Zartano, portam, quam ad Gaf & Gafan pertinentem, munieram, duplicatis claustris, injectis clavibus stupendis, & nominibus arcanis Hanani, Haniil & Semir, quę nomina arcana occultorum horum Aeonum erant, impositis, admonui Spiritum, ut procederet. At, in mundo illius Zartaj Zartano per annos innumerabiles quamquam facto itinere, meum mundum non contigimus. Igitur Spiritus dixit: quid faciamus? ad meos parentes non pervenimus. Respondi: jam brevi admodum tempore perveniemus. Proficiscentes vero ad meum mundum, supra sedem illius Zartaj Zartano positum,

وچ بعضی قلمی انگریزی کتب میں بھی لکھا گیا ہے  
 کہ اگر انگریزی کتب سے بھی کچھ کتب ملاحظہ کرنا  
 چاہو تو کتب خانوں سے یا کتب خانوں سے کتب  
 طلب کرنا چاہئے اور ان سے کتب بھی طلب کرنا  
 چاہئے۔ بعض کتب خانوں میں کتب بھی  
 ہوتی ہیں جو انگریزی میں لکھی گئی ہیں  
 اور ان سے بھی کتب طلب کرنا چاہئے۔  
 کتب خانوں میں کتب بھی ہوتی ہیں جو  
 انگریزی میں لکھی گئی ہیں اور ان سے  
 بھی کتب طلب کرنا چاہئے۔ کتب خانوں  
 میں کتب بھی ہوتی ہیں جو انگریزی  
 میں لکھی گئی ہیں اور ان سے بھی کتب  
 طلب کرنا چاہئے۔ کتب خانوں میں کتب  
 بھی ہوتی ہیں جو انگریزی میں لکھی  
 گئی ہیں اور ان سے بھی کتب طلب کرنا  
 چاہئے۔ کتب خانوں میں کتب بھی ہوتی  
 ہیں جو انگریزی میں لکھی گئی ہیں اور  
 ان سے بھی کتب طلب کرنا چاہئے۔ کتب

ascendimus: mundi, quo exieramus, portis obstructis, claustris  
 clavibusque omnibus duplicatis, & aliis nominibus occultis, Ak-  
 schar, Akschar, Ala & Akschar Javar Zivo, his inquam me-  
 cum secretis nominibus, ostiatim impositis. Et mecum repu-  
 tavi: beatus vir ille, qui ex isto loco, cancellis caliginis, cali-  
 ginisque profundis nos eduxit. Spiritui tum, proposita primum  
 quæstione, quid pētis? datoque deinde responso, velim scire,  
 ubi mei parentes sint? dixi: jam te introducam, tibi que, ubi  
 illi sunt, ostendam. Cujus autem oculos obcæcare, aures ob-  
 turare, mentemque perturbare, comitem Razo Rebo jussi.  
 Quodque jusseram, fecit: neque vir, qui mecum versabatur,  
 inde declinavit: verum illius mentem perturbavit, oculos ob-  
 cæcavit, auresque obturavit. Evasit jam Spiritus talis, qua-  
 lis, antequam existeret, fuit. Ejus vero mundum jam muris,  
 quos loco suo movere vi sua nemo posset, sæpsi. Atque, hoc  
 facto, in suo deinceps mundo Spiritus in legumina, ope regis  
 Ur surgentia, quæ ederet, passim inquisivit. Creaturis tum po-  
 pulisque, me comitantibus, dixi: gaudete, lætamini, insurgite,  
 & laudate Patres vestros; siquidem, quod fecimus, id firmatum  
 est. Surgentes & ascendentes jam eamus ad nostros Patres, ut  
 visuri Aeones excellentes Aeones, Mano, Demuto, & Netubto,  
 dominam, cui debemus originem, videamus. Proficiscentes jam  
 riam pergamus, voci puræ, sacræ doctrinæ, commentationibus  
 & concionibus occultis intenti: exultante in magna lætitia  
 nostro animo, nostraque voce ad Vitam, Mano & Demuto ascen-  
 dente. Quorum veto ad confinia ubi perventum fuit, portis  
 lucis apertis, in conspectum mei patris contendimus. Atque  
 progredientes in mei occursum Mano & Demuto me familiaris-



sime ita allocuti sunt: adesdum, Aebel Aeon, omnium Geniorum splendidissime. Quomodo etiam meus pater me complectens, magnusque Aeon Demuto, benigne me tractans, osculati sunt, & dixerunt: felix tuus adventus, Aebel, Aeon pure, princeps splendoris, prospere agas. Posthæc Pater meus Jordanus exsultans, item Mano & Demuto me ad Netubto introduxerunt. Et, eâ visa, meum cor, meus animus se extulit & delectavit. Quæ etiam Netubto me sui arcani participem reddidit, mihi que, quod antea non vidi, monstravit. Baptizavit me hæc Netubto in septem Jordanis, maximis, intimis, quos sub illius throno sitos nemo vidit, mihi que puros baptismi characteres commemorans, dixit: gaude & lætare puro hoc characterem, atque his stillis, quorum mentionem feci. Sicut & mihi inde ceram læto, humi prostrato & venerabundo hoc præcepit: confer te ad tuum patrem, qui stans in medio Jordano te expectat. Discedens tum ab hac Netubto, & ad meum patrem me conferens, in Jordanum hunc primarium, & ad Mano ac Demuto pertinentem, descendi. Neque non meus pater me baptizans, secretisque characteribus super me memoratis, in trecentis & sexaginta mille myriadibus Jordanorum, qui candidæ aquæ sunt principes, me baptizavit: ut & omnes Genios, mecum versantes, quos sublatos in ripa Jordani aquæ vivæ constituebat, baptizavit. Atque me meus pater interrogavit: quales vidisti, filie, formas creaturarum, quibus interfuisti? Respondi, exponens, quales eas videram. Quin idem, exsultante suo corde, suoque animo iis quæ retuleram præ gaudio gestiente, dixit: quis hunc Razo Rebo, qui tecum versatur, & quem Vita, tuus parens, tibi dedit, virtute æquaverit? Coram patre meo pro-



שְׂכֵרֵי הַיָּבֵשׁ אֵלֶּה אֵת בְּרִיתֵךְ סְכָפְחֵי הַיָּבֵשׁ  
מִשְׁכָּבֵי הַיָּבֵשׁ מְשָׁמֵט מִשְׁכָּמֵךְ כִּדְכָף בַּיָּבֵשׁ  
הַיָּבֵשׁ מִדְּרֹגְהוֹ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ  
מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ  
כִּיבֵי הַיָּבֵשׁ כִּיבֵי הַיָּבֵשׁ כִּיבֵי הַיָּבֵשׁ  
מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ  
וְיָבֵשׁ אֵלֶּה אֵת בְּרִיתֵךְ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ  
מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ  
מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ  
מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ  
מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ  
מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ  
מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ  
מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ מִיָּבֵשׁ

cumbens, respondi: tu, mi pater, bonis votis laudibusque  
 dignus, qui hac doctrina me erudiisti. Descendi in tenebras:  
 ascendens ad creaturas lucis, ad vos veni: consuetudine vestra  
 utens, quæ arcana vidi, ea omnia vobis patefacta ostendam:  
 quot mundos attigi, eorum portas occlusi, mecumque, quod  
 eorum validum & robustum sit, attuli. Quæ vero cum meo  
 patri, Nuntio Vitæ, significassem, ille his illadens interroga-  
 vit: cui rei hi similes sunt, quibus suffusa palpitans caligo?  
 Respondi: tales hi, quales inter creaturas caliginis, & in aqua  
 nigra non obvi. Surgam vero jam, me conferam ad Spiritum,  
 Dominam, quam in suo mundo reliqui. Nec ibi quisquam,  
 cujus consuetudine utatur. Aegre etiam tulit Spiritus, quæ ei  
 feci. Septem muros, muros vero ferri, quos suo loco movere  
 in suo mundo vi sua nullus posset, ipsi circumdedit. Quibus  
 dictis meo patri, hic respondit: proficiscere, & citissime, & fac,  
 quod velis. Proficiscens & contendens ad confinia caliginis per-  
 veni. Mihi autem pedes meos in confinia murosque caliginis  
 inferenti obtentum fuit suum operculum, mille parasangas in  
 latitudinem patens. Tamen si mihi tantum, quantum olim, ro-  
 ris superfuisset, coram me ne tatus quidem mundus firmo talo  
 stetisset. Contemplans jam vidi Spiritum sedentem, & dicen-  
 tem: quis ducens me in captivitatem, in hunc mundum ad-  
 duxit? Patres mei ubi sint, nescio. Quo audito, ipsi irridens,  
 quod Spiritus dixerat, mecum volutavi; habituque sui mariti  
 Gas, qui idem suus frater erat, induto, ei dixi: cur sedes, Spi-  
 ritus? Respondit, me complectens & coram lacrimans: quare  
 me deseruisti, abiisti? ubi per hos annos fuisti? Dixi: apud  
 meum patrem, meam matrem fui, salutem ab eis accipiens.

וְאִנְיָן מֵעַבְרֵי בְּמִצְרַיִם אִם אֵין אֲתִיבְרִיאֵת סַמְכָא וְאִנְיָן כְּמִנְיָן  
 בְּעַבְרָא וְאִתְבְּרִיאֵת מְעַבְרָא כְּכִיבְלָא וּמִנְעַבְרָא בְּעַבְרָא תְּעַמְסֵהּ אִתְּ  
 וְאִנְיָן מֵעַבְרֵי יִבְלָא מְעַמְסֵהּ וְאִתְבְּרִיאֵת אִנְיָן אִתְּוֹרְבָא אַבְשָׁא וְאִנְיָן  
 מִדְּבָרָא דִּשְׁמַחַת אִתְּנָהּ מֵעַבְרֵי כִּלְכִּלָא בְּעַבְרָא אֵילָא סַב כְּשִׁלְכִּילָא  
 וְאִנְיָן מֵעַבְרֵי לְעַמְסֵהּ בְּעַבְרָא תָּרַב אֵילָא לְרַבְלָא וְלִאֲרִיבְרִיאֵת כִּיב  
 וְאִתְּוֹרְבָא אִנְיָן תְּעַמְסֵהּ חַסְתָּ סַס בְּנַעְמֵת וּדְכִיחַת וְאִתְּ  
 מֵעַבְרֵי נִשְׁמַחַת וְאִנְיָן אִתְּנָהּ וְאִנְיָן אִתְּנָהּ אִתְּנָהּ אִתְּנָהּ אִתְּנָהּ  
 אִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ  
 אִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ  
 וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ  
 וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ  
 וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ  
 וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ  
 וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ  
 וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ  
 וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ  
 וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ  
 וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ וְאִתְּנָהּ

Respondit: tu beatus, qui meum patrem & meam matrem vidisti. Dixi: vidi. Interrogavit: cui similes sunt? Respondi: sedent in tenebris & occultis, quibus se ipsi pares reddiderunt. Adjecit: surge, eamus, eos visuri. Regessi: mei parentes me eduxerunt, dicentes: inspice huc deorsum, surge deinde, in tuum mundum te recipe. Quibus itaque parentibus Spiritus maledicens, dixit: consumet ignis, quot tecum habitaverint. Ire, eosque videre nolo. Quibus autem dictis ego irisi. Sed aliud arcanum suo corde animeque moliens & exquirens, ita secum reputavit: surgens ad meos parentes me conferam, & ingrediens eos videam. At quantumcumque ego ex animo sciens, quid Spiritus moliretur, nihil ipsi dixi, sed valedicens & ascendens, ad meum parentem, Vitam, quæ me miserat, me recepi. Cum hac deinceps coram stans mille annos vixi: quomodo etiam hæc per mille annos me in suo galbano collocatum sua claritudine operuit. Quo autem tempore exacto, ei dixi: pervenit tempus, quo in mundum, quem nosti, abire volo. Respondit Vita, meus parens: surge, i, filie noster primogenite, omnibusque creaturis ordinate. Exiens vero & abiens inveni rursus Spiritum fentem, tamen ignorantem, quis ego essem; qui præstolans & observans aderam. Loquebatur secum: surgam, inquiram, sciam, ubi portæ sint caliginis, quo ad meos parentes ingrediar. Surgens vero, abiens, & intrans aquam nigram, portam investigavit, sed non invenit, quia ad suos parentes ingrederetur. Surrexit, me adveniente & assidente. Atque ita secum loquebatur: quando erit dies, quo pariam filium, cujus consuetudine utar, quocum habitem, qui mihi sit pater, sit mater, sit socius, maritus, frater, &

وبقدرتك جب اني انك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك  
 كما انا ايضا وانك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك  
 انا خذنا سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك  
 سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك  
 سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك  
 سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك  
 سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك  
 سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك  
 سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك  
 سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك  
 سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك  
 سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك  
 سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك  
 سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك  
 سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك  
 سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك سبقتك

adminiculum, quod me sustineat? Ubi hic Filius, cognitis & discretis caliginis portis, intellexerit, quo loco mei parentes sint, ibimus, eos spectaturi. Sic vero loquens me quamvis præsentem non novit. Ipsi dixi: erit dies, quo tu, Spiritus, paries. Futurus tibi filius Ur caliginis potens. At Spiritus ab illo die, quo hæc dixerat, usque ad diem, quo sui fratris Gaf habitum indueram, huc & illuc agebatur, dicens: quid faciam viro, qui me a meis parentibus abstraxit ceptivumque duxit, qui me a meo loco natali amovit? Cui ita loquenti dixi: quot anni, a quibus filium Ur concepisti? Respondit: duo millia annorum. Interrogavi: quomodo hoc tibi accidit? Quærebat vicissim: quot anni erunt, donec rursus concipiam? Respondi: post septuaginta mille myriades annorum & undecim dies, quam in tuo utero foetum pro libidine concepisti, hunc, & quidem Ur potentem, belligerum magnum, edes; quo autem nato viso, me adspicere nolis. Ita me loquente, ex suo corde lætabatur, & dixit: quamdiu utero gravis & bajulans ero! Respondi: ubi ego tecum non fuero, anni celeriter tibi transibunt. Dixit: surge, rectâ abi. Te absente, cor meum se ipsum sustinebit: neque ego te curabo. Quo sermone habito, in conspectum meorum parentum ascendi. Me meus pater, speciem hilaris indutus, tum complexus est, ut etiam Mano atque Demuto me apud se collocarunt. Interrogarunt: quid fecisti, filie dilecte, candoris singularis, formæ splendidæ, doctrinæque eximiæ, quem nos invocavimus, cujus figura formosa, & qui mentem rationemque nostram sustinet? Ut & iidem mei patres me ulterius alloquentes, atque, cum divinæ scientiæ, prædicationi & laudi intentus coram ipsis

انا هي بيا منه لم ينسأ به فتنسأه كما لم ينسأه به فتنسأه  
 صب اتى الكعبه وسماه الكعبه صب ارفع حريف بربها وبك  
 وبك وبك وبك واذا حننر خطا فله فليدا انا لخصك  
 هب بذهب حننر انا انا حننر هب هب انا حننر هب هب  
 هب انا حننر هب حننر هب حننر هب حننر هب حننر هب  
 هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب  
 انا لخصك انا حننر هب حننر هب حننر هب حننر هب حننر  
 انا حننر هب حننر هب حننر هب حننر هب حننر هب حننر  
 هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب  
 هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب  
 انا حننر هب حننر هب حننر هب حننر هب حننر هب حننر  
 هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب  
 انا حننر هب حننر هب حننر هب حننر هب حننر هب حننر  
 هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب  
 انا حننر هب حننر هب حننر هب حننر هب حننر هب حننر  
 هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب  
 انا حننر هب حننر هب حننر هب حننر هب حننر هب حننر  
 هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب هب

pronus humique prostratus jacerem, docendo semper meam  
 claritatem suâ, suam meâ augeantes, dixerunt; per vitam tuam,  
 Aebel Javar, vigil, memora nobis, quomodo egisti in mundo,  
 in quo fuisti. Te animo tulimus, tui mentionem indies fe-  
 cimus, tuam speciem & claritudinem nobis representavimus,  
 tua facies nobis obvia fuit, tuusque pater indies conciones pro  
 te habuit. Neque non jusserunt. ut ascendentes Aebel, Schetel  
 & Anusch, fratres mei tres, iidemque mei filii & amici, acce-  
 derent. Habito autem cum his sermone in otio, Vitam, Mano  
 & Demuto sic alloquebar: magna vestra virtus & claritudo,  
 præstans & egregia ea virtus, quam mihi dedistis. Etiam Co-  
 mites mihi assignastis. Quid timerem? Arcana, quæ mihi oc-  
 culuistis, me non sollicitant: neque illorum respectu meum  
 animum sollicitudo invadit. Ad hunc usque diem, quo vestri  
 confidentiâ prospere redii, sedebam cum his incolis  
 orci confabulans, quasi unus ex eis fuissem: iique omnes  
 me alloquendo, domine noster, rex noster, appellarunt. Quibus  
 vero, mihi ad id quod in mentem venerat faciendum dato di-  
 plomate, sua, & quæ omnia comprehendere, arcana abstuli. At-  
 que, cum illi mihi tumultum cierent, vos ope divinæ doctrinæ,  
 scientiæ, & sapientiæ, quæ animo vestro aperta fuit, me voca-  
 stis, datoque præcepto erudiistis & erexistis. Misistis me ad  
 has tenebras, ut, antequam pater & mater dæmonis Ur exi-  
 steret, antequam hi parentes sui existerent, occlusis omnibus  
 portis, omnes seras duplicarem, ne sibi invicem accederent,  
 aut unus ad alterius mundum se conferret, sed ut sua cujus-  
 que porta eis non pateret. Vita, meus parens, dixit: Aebel,  
 vigil occulte, cui manus imposita patris fuit, & quem ego mihi





adæquavi, si hoc non fecissem, neque tu illud ordinasses, neque ego contra vim dæmonis Ur suæque matris, aliquid valuissem. Respondi: surgam, me conferam ad Spiritum. Eo jam perventum erat, ut dæmonem Ur pareret. Dixit iterum: surge, & more illius, quod composuisti, item hoc compone. Abii, & accedens inveni Spiritum, angore & dolore laborantem; quippe cum, puerperio appropinquante, tempus pariendi Ur filii adesset. Conglobavit jam 360 involucria, eaque involucria conglobans secum loquebatur: conglobabo hæc involucria, ut die partus ipsetum ab uno involucro ad alterum transferam. Quibus vero involucris complicatis, ego dixi: desiste hoc negotio, donec mensis tui partus advenerit. Atque ipsi, confabulari mecum nolenti, verba ulterius feci: tua opera ad nihil proderunt. Relinquens tum Spiritum, viam ingrediebar. Sed respirans, & in confiniis caliginis sedens, mecum reputavi: jam succedet, quod Juschamin Vita Secunda suscepit, magnum consilium. Filios suos produxit. Silentium vero servans, nihil dixi. Petierat prospere non agens spiritus, ut ejus ope dominum caliginis Ur pareret. Quem vero cum ejus ope Spiritus domina per mille annos gravida peperisset, partum hunc pruræ parvulæ similem vidi. Eumque filium suum Spiritus primo ex involucro in cetera transtulit. Qui vero in quolibet involucro mille annos mansit, ex uno involucro in alterum transiturus. Tamen, & priusquam Ur ad ultimum involucrum pervenisset, ex tegumento uteri suæ matris non prospere exiit. Nam exiens non prospere ex tegumento uteri suæ matris, in aquam nigram projectus & extensus cecidit. Dixi tum: jam Ur existit. Quem & crescentem



ex parvulo, sed fronte abominabilem sua mater vidit, nescia,  
 illum potentibus magnatibus, suis patribus, fortiorem futurum.  
 Quo autem viso & relicto, memoratos illos ferri muros con-  
 scendi, & in eis consistens, quod Vita mihi dederat, id agno-  
 scendo laudandoque prædicavi. Razo Rebo mecum versabatur:  
 Struxi tum septem muros auri: quibus hunc mundum sæpsi:  
 quibusque muris singulis nomina occulta, titulos occultos, Ha-  
 mamif, Hatmil Notril, Zarzil, Faschril, Halsil imponi: & quos  
 deinde loco suo dimovere vi sua nullus posset. Cum autem, edito  
 mandato, muros hos recte struendos curassem, ego veniens, illum  
 foetum, in aquam nigram projectum ibique extentum, inve-  
 ni. Et, sumpta ejus mensurâ, unius pugilli sua longitudo, unius  
 item pugilli sua latitudo comperta est. Mecum tum cogitavi:  
 surgam, ibo, & manebo in confiniis caliginis, donec adoles-  
 cat, talisque evadat, ut ei dominari possim. Etiam mater eum  
 educavit, ut gigas fortissimus caliginis fieret. Atque, cum  
 crescens & valescens magnitudinem ingentem consecutus esset,  
 iterum mecum volutavi: cur sedeo? surgam, nescam, judi-  
 cem, descendam, producam & condensam terram aris, & qui-  
 dem cum basi 880,000 parasangarum, aquæ nigrae substrata,  
 cui Ur inietur. Quod simulac ore, mihi Javar Aebel dato,  
 exierat, sua etiam sponte id factum & conformatum fuit. Con-  
 tendens ego deinceps & veniens ad aquam nigram, hunc gran-  
 dem adolevisse vidi, & hoc consilium cepi: mea manu in  
 illius dorsum missa suum robur pellatur, ut ne amplius incre-  
 scat. Si ultra accreverit, totus mundus præ accrescentis robo-  
 re & magnitudine rimas æget. Quocirca, splendore lumineque  
 relicto, manuum illius dorso injeci. Explebat ille sua mole aquæ



nigræ mille myriades parasangarum: & cum progrediens terra  
 æris inniteretur, præ ejus gravitate & pondere terra hæc æris.  
 quæ 12000 parasangas in longitudinem & latitudinem pate-  
 bat, rimam egit. Excitatus inde tumultus per omnes creaturas  
 caliginis fuit: patribus suis opinantibus, terram æris labantem  
 ipsos in suo loco oppressuram esse. Abdidit vero se in illam  
 rimam Ur præ animi angustia, qua premebatur, & præ timo-  
 re, quo agitabatur. Egi observatorem, donec aqua nigra in illa  
 rima exaruerat. Meumque splendorem ejus oculis abscondidi.  
 Matri tum dixit: quid mihi fecisti? voluisti, ut adolescerem;  
 tamen mihi inscienti manum injecisti. Dolore oppressus sum.  
 Surgens vero mater per ejus patres obtestabatur: nullo un-  
 quam die tuo dorso manum injeci. Irritatus ille mala bile,  
 & impetu facto, suam matrem comedere cupiens, interrogavit:  
 tui patres ubi sunt? Et adjecit: surge, eos petamus. Respon-  
 dit: surge, monstratam tibi coronam tuo capiti immittam, &  
 rex eris, a quo die tibi eam imposuero. Ille dixit: ostende mi-  
 hi, ut eam videam. Hæc regressit: veni, ostendam tibi, juxta  
 muros ea occultata est. Conjecit tum oculos in illam coro-  
 nam: & sumens hanc coronam, capiti suo eam imposuit. Spi-  
 ritusque dixit: gaude tua corona. Firmamento tibi corona  
 hæc futura. Matri respondit: malam mortem, mater, obire  
 nolo. Illam coronam meo capite non geram; verum ab ea  
 diligenter mihi cavebo. Atque subjunxit: surge, ostende mihi  
 portam, ut ad patres nostros nos recipiamus. Hæc interpella-  
 vit: antequam tu exstitisti, ego admodum in hunc mundum  
 inquisivi, portam vero non inveni. Matrem comedere tum vo-  
 luit. Quæ autem declinans, genuaque flectens dixit: vae filio,



quæ suam matrem contemnit. Rugiens posthæc ille mundum  
 obiit; portam vero, qua ingrederetur, non reperit. Vocata  
 demum matri dixit: ne timeas, veni, mihiq̄ ostende. Re-  
 spondit: meis juramentis fidem non habes. Interrogavit: cur  
 mundo hæc porta non patet? cur ejus portam patres clau-  
 sũnt & obserarunt? cur ipse, qua porte exeundum sit, nesciat?  
 cur patres eam sibi diripuissent? Respondit: angorem & ad-  
 mirationem hæc omnia mihi faciunt. Quæsiuit: nihilne face-  
 re poterimus? Respondit: præstigiis sublimes fortesque per-  
 spectas habeo. Quas cum prælegero, terra liquefiet. Rogavit:  
 prælegas tuas præstigiis, meque eas doceas. Respondit: ubi  
 prælegero, disces. Rogavit: prælege. Respondit: surge, mu-  
 res, apud quos tua corona posita, petamus. Proficiscens cum  
 ea abiit: & abeuntes illic pervenerunt. Recitavit tum ha-  
 rum præstigiaram millia millia sine fine, & myriades  
 myriades sine numero; tamen muri non liquefiebant. Obje-  
 cit: none dixisti, amplas te fortesque præstigiis scire. Respon-  
 dit: nescio, quid mihi factum sit. Dixitque ille ad ulti-  
 mum: fac, ut sapis. Surgens tum hæc ope veneficæ & arcanae  
 suæ artis Karastonos dæmones provocavit. Quos vero suis ocu-  
 lis eam ille videret, matrem suam præstigiis amplas, fortes &  
 validas sibi perspectas habere cognoscens, dixit: Secii mei hi  
 dæmones futuri. Matrem tum humanissime sic alloquebatur:  
 opera hæc nosti; sed cur eos non provocasti, qui tibi consortio  
 forent? Respondit: mi filie, nihil præter te expetendam mihi  
 esse putavi. Sic locutam eam tum familiarissime hic tractans  
 osculabatur. Quam vero cum ego Javar ex suo loco ducerem,  
 ipsam hæc opera sibi perspecta habere ignoravi. Et, cum hoc





~~stans~~ neque ego me eis conspiciendum præbui, neque illi  
 me cognoverunt. Stans vicissim ego coram, sed oculis eorum  
 absconditus, quod faciebant, vidi. Filio posthæc ea dixit: sur-  
 ge, ostendam tibi speculum, quod ad me pertinet. Respondit:  
 mihi ostende. Dixit illa: ecce h. ~~meos~~ reges, meosque potentes  
 vide. Ipsa hæc ostendit. Intuens vero ille hoc speculum, vi-  
 dit creaturas caliginis, vidit patres, lucisque creaturas vidit. Qui-  
 bus vero visis, dorsum in gibbum contrahens, demens evasit,  
 habitusque hoc non ~~arcto~~, sed gibbato, patri dixit: cur non ad  
 hunc usque diem, cur non hoc mihi dedisti, ut in eo meam fa-  
 ciem viderem? Respondit: mi filie, speculum, corona, quæ,  
 a quo tempore ascendi, meique potentes me in hunc locum  
 extulerunt, omnino ad me pertinebant, hæc, ut jam dico &  
 aptea ostendi, corona, hæc speculum ad te pertinebit. Ceterum  
 interrogavit: filie, quid vidisti? Respondit: vidi creaturas me-  
 orum patrum, singulas in mundo respirantes vidi, lucisque  
 creaturas vidi, mecum tum cogitans, quid facerem, quod viderem  
 patres meos, lucemque, quæ nostra non est, quam vero  
 desidero, vidi. Dixit illa: ostende mihi speculum, ut & ego  
 in idem intuear. Quo dato, intuebatur in hoc mater, ut in id  
 filius intuitus fuisset. Sed, interrogante jam filio, quid face-  
 rent, eum mater surgens ac respondens, se id nescire, irri-  
 tavit. Atque cum ea de his omnibus disserens, sed dejecto de  
 suo gradu animo, filium admonuisset, ut oculos in locum, ipsi  
 suisque patribus dicatur, tolleret, quamquam ipse creaturis,  
 lucis non consecratus; eam criminibus prehensam, & coram ad-  
 ductam, sibi subjecit. Ipsa autem una vice 360 vices genu-  
 flexionis præstitit, dicens: vae, vae, nate, fac, quod facere velis.

و...  $\int$  ...  $\frac{1}{x}$  ...  $\frac{1}{x^2}$  ...  $\frac{1}{x^3}$  ...  $\frac{1}{x^n}$  ...  $\frac{1}{x^2}$  ...  $\frac{1}{x^3}$  ...  $\frac{1}{x^4}$  ...  $\frac{1}{x^5}$  ...  $\frac{1}{x^6}$  ...  $\frac{1}{x^7}$  ...  $\frac{1}{x^8}$  ...  $\frac{1}{x^9}$  ...  $\frac{1}{x^{10}}$  ...  $\frac{1}{x^{11}}$  ...  $\frac{1}{x^{12}}$  ...  $\frac{1}{x^{13}}$  ...  $\frac{1}{x^{14}}$  ...  $\frac{1}{x^{15}}$  ...  $\frac{1}{x^{16}}$  ...  $\frac{1}{x^{17}}$  ...  $\frac{1}{x^{18}}$  ...  $\frac{1}{x^{19}}$  ...  $\frac{1}{x^{20}}$  ...  $\frac{1}{x^{21}}$  ...  $\frac{1}{x^{22}}$  ...  $\frac{1}{x^{23}}$  ...  $\frac{1}{x^{24}}$  ...  $\frac{1}{x^{25}}$  ...  $\frac{1}{x^{26}}$  ...  $\frac{1}{x^{27}}$  ...  $\frac{1}{x^{28}}$  ...  $\frac{1}{x^{29}}$  ...  $\frac{1}{x^{30}}$  ...  $\frac{1}{x^{31}}$  ...  $\frac{1}{x^{32}}$  ...  $\frac{1}{x^{33}}$  ...  $\frac{1}{x^{34}}$  ...  $\frac{1}{x^{35}}$  ...  $\frac{1}{x^{36}}$  ...  $\frac{1}{x^{37}}$  ...  $\frac{1}{x^{38}}$  ...  $\frac{1}{x^{39}}$  ...  $\frac{1}{x^{40}}$  ...  $\frac{1}{x^{41}}$  ...  $\frac{1}{x^{42}}$  ...  $\frac{1}{x^{43}}$  ...  $\frac{1}{x^{44}}$  ...  $\frac{1}{x^{45}}$  ...  $\frac{1}{x^{46}}$  ...  $\frac{1}{x^{47}}$  ...  $\frac{1}{x^{48}}$  ...  $\frac{1}{x^{49}}$  ...  $\frac{1}{x^{50}}$  ...  $\frac{1}{x^{51}}$  ...  $\frac{1}{x^{52}}$  ...  $\frac{1}{x^{53}}$  ...  $\frac{1}{x^{54}}$  ...  $\frac{1}{x^{55}}$  ...  $\frac{1}{x^{56}}$  ...  $\frac{1}{x^{57}}$  ...  $\frac{1}{x^{58}}$  ...  $\frac{1}{x^{59}}$  ...  $\frac{1}{x^{60}}$  ...  $\frac{1}{x^{61}}$  ...  $\frac{1}{x^{62}}$  ...  $\frac{1}{x^{63}}$  ...  $\frac{1}{x^{64}}$  ...  $\frac{1}{x^{65}}$  ...  $\frac{1}{x^{66}}$  ...  $\frac{1}{x^{67}}$  ...  $\frac{1}{x^{68}}$  ...  $\frac{1}{x^{69}}$  ...  $\frac{1}{x^{70}}$  ...  $\frac{1}{x^{71}}$  ...  $\frac{1}{x^{72}}$  ...  $\frac{1}{x^{73}}$  ...  $\frac{1}{x^{74}}$  ...  $\frac{1}{x^{75}}$  ...  $\frac{1}{x^{76}}$  ...  $\frac{1}{x^{77}}$  ...  $\frac{1}{x^{78}}$  ...  $\frac{1}{x^{79}}$  ...  $\frac{1}{x^{80}}$  ...  $\frac{1}{x^{81}}$  ...  $\frac{1}{x^{82}}$  ...  $\frac{1}{x^{83}}$  ...  $\frac{1}{x^{84}}$  ...  $\frac{1}{x^{85}}$  ...  $\frac{1}{x^{86}}$  ...  $\frac{1}{x^{87}}$  ...  $\frac{1}{x^{88}}$  ...  $\frac{1}{x^{89}}$  ...  $\frac{1}{x^{90}}$  ...  $\frac{1}{x^{91}}$  ...  $\frac{1}{x^{92}}$  ...  $\frac{1}{x^{93}}$  ...  $\frac{1}{x^{94}}$  ...  $\frac{1}{x^{95}}$  ...  $\frac{1}{x^{96}}$  ...  $\frac{1}{x^{97}}$  ...  $\frac{1}{x^{98}}$  ...  $\frac{1}{x^{99}}$  ...  $\frac{1}{x^{100}}$  ...

Respondit: ego luci, non caligini, consecratus sum. Quo dicto, prosiliit Ur in aquam nigram: quæ aqua nigra omnis, coram eo vortices una vice volvens, & ad confinia caliginis & lucis pulsa, verberando nifuros ibi obvios pulsavit: edito sono, æstu sæviante, septemque suis turris vacillantibus. Mihi Javar tûm Vita dixit: cur sedes, Javar Aebel, vigil, surge, ad Ur, dominum caliginis belligerum, contende. Ego etiam a sermone merum patrum non discedens, ad Ur veni: comstantibus Geniis, qui incertum erant, & Sociis, quos mihi mei patres assignaverant. Sed Ur, dominus caliginis, visa mei specie, in aqua nigra se abscondidit: cujusque coronam, de capite suo sublatam, in septem involueris recondidi, meum deinde iter suscepturus. Qua vero nigra ex aqua ille Ur in sicco destitutus, matri dixit: quare hic ad me se contulit? Respondit mater: venit hic, qui tibi se subxit, at te subjugaret. Matri regressit: ubi ille, qui subjugare me poterit. Mater dixit: an fieri potest, ut huic viro coronam, quæ robur & splendor est, prævalens ipsi eripere nequeas. Alloquente sic matre, capiti manum injecit, dicens: va, va mihi. Gibbosusque ille, nec statura reclusus, matri dixit: me, lumbo concusso, fractum comprehende. Quo dicto, ei illacrimans mater rugiit. Destiliens vicissim ille throno, & respondens, quod mihi evenit, etiam tibi eventurum, ira & furore commotus surrexit: dæmonum mille myriadam caterva ipsum comitante; quæ autem, me viso, moribunda, peritura, & quasi non existisset, hæsit. Sic etiam, & eum idem sæviens, gradumque moliens, aquam nigram ingrederetur, infinitum illud agmen dæmonum, quod una cum Dæmone parisibi magnitudinis & jam prævio acciverat, me viso, moriens quasi hoc omne stetit. Iter vero & discessum hic jam circum-



spiciens, matrī dixit: quid faciam? Respondit contra: robur hujus lucis nihil poteris. Ur regessit: nihilne potero, quī plurimum roboris habeo. Mater: si vales, surge, eamus ad muros quos tu suo loco dimoveas. Ur: surge, eamus. Abiit: muri autem, quos transferre studuit, non translati ei fuerunt. Quocirca eum illius puduit, quod mater dixerat: horum murorum id robur est, ut de suo loco eos transferre nequeamus; siquidem ego per multos annos mussitando præstigiis operam dedi, muri tamen hi non disrupti fuerunt. Ur: quid faciam? Mater: est tibi margarita, quam in tuo capite colloces, ut tuum robur augeatur. Qua margarita allata, capitique imposita, præcipitans se in aquam nigram, præ eo jam vortices agentem & discurrentem, secum loquebatur: in lucem, & fontem aquæ principem ascendam. Ipse autem, me Javar sub hac mea specie apparente, angustia animi affectus coram cecidit. Atque sumpta, quam mater ei dederat, & qua ille superbivit, margaritâ, eaque sublata, reliquit eum, & ad meum parentem, cui idem quod mihi domicilium, me contuli. Ur tum suæ matri dixit: væ, væ, mater, sublatum nobis nostrum robur & firmamentum est. Mater respondit: filie, nihil contra robur hujus viri valebis. Dixit ei: surge, aquam nigram ingrediamur, penitus visuri, quid, & ubi, quod in mea mente sit, in aquam nigram spumantem hoc ceciderit, nobis faciendum sit. Aquam nigram ille cum matre jam ingrediebatur: quam & ego Javar Zivo sequens ingrediebar. Arcanam suæ animæ artem nunc Spiritus proferebat; quâ autem in aquam nigram cadente, aqua hæc nigra spumans se invertit, donec quæ præ pondere dæmonis Ur hiabat, rima appareret. Dixit tum ille matri: vide, mea



mater, hanc rimam hiantem, meaque manu injecta ortam. Quam rimam visam item illa pervestigavit. Exeæcavi vero & perturbavi ego Javar Spiritum, ipsique arcanam suam artem abstuli. Quam cum deinde investigans non inveniret, caput suum manu injecta percutiens, dixit: væ, præstigiæ & incantationes nostræ perditæ. Nec imperium nec obsequium nobis constat. Quod cum illa flens dixisset, Ur, ipse etiam lacrimans, atque, ut terram cupidine everteret, ex aqua nigra surgens, matri dixit: surgam, bellum faciam. Tunc ad ultimum ille, bello cum clamore suscepto, libidinose exardens, in aquam nigram erupit. Et, aqua hac nigra in muros illabente, agitati & huc illuc commoti instar sellæ hi muri fuerunt. Genii ob strepitum in nubibus sedebant, Dominusque celsitudinis arcane sui animi intentus erat. At ego Javar Zivo, vigil summus, vigil summus omnium vigilum, edito edicto, per virtutem illius Razo Rebo, qui mecum versabatur, & per virtutem Vitæ, mei parentis, aperta portâ, margaritam illam præstantem sustuli, eamque ipsi Ur ostendî. Lacrimæ tum ex suis oculis expressæ: & ipse se deflens. Quem vero ego Javar bar Javar constrinxi, atque sæpto, omnium creaturarum capaci, uniusque myriadis pondere gravi circumdedi. Ur vero, princeps omnis potentis caliginis, quem ita dejeci, cujusque ossa compressi, inflammatus dixit: væ, væ, mi domiæ. Quomodo sua etiam mater assidebat, filio Ur illacrimans. Cui autem dixi: abi, Spiritus, tuum locum occupa, me Vita in ira misit. Quatuor posthæc custodes ipsi in faciem suam prostrato præfeci, scilicet ei quater duplicatos quatuor principes, unum ab occidente, alterum ab oriente, tertium a septentrione, quartum a meridie præposui.





Præfeci ab occidente Azazil, Azazjoil, Takfil, & Margazil; quibus utpote ei associatis & attendentibus irascebatur. Præposui ab oriente quatuor alios, Urfil, Marfil, Takfil, & Annil, quibus adversans vim intulit. Præfeci a septentrione Kanfan, Kafan, Gubran & Guban, quos ipsi attendentes ille validus diripuit. Præposui a meridie quatuor alios, Hajelil, cujus magna vis, Karbil, Nuril, & Nurjoil, cui ignis relictus. Quos legatos sociosque, qui huic Ur attenderent, ubi ipsi præfeceram, ut ne quid facere posset, atque cognoveram, hunc mundum aquæ nigrae, quem volebat Ur fore sibi potui, esse mundum, quem Abatur Vita Tertia conderet, ad domum Vitæ Primæ ascendi. Dixi tum huic parenti meo: gaude, lætare, quod Ur subjugatus est. Qui parens etiam, osculis puri oris datis, me liberaliter tractavit, mihi que inter oscula hoc detexit, dicens: Aebel, pure Aeon, Juschamin Vita Secunda tres filios procreavit, quorum unus patrum opes servat, alter apud suum patrem commoratur, & tertius hic Abatur, qui profectus in mundum, quem tu adiisti, in aqua nigra suam faciem, sui que simulacrum ac filium, ex aqua hac nigra ipsi conformatum, perspexit. Vita Prima meo parente ita me alloquente, surrexit Abatur, & aperta portâ, in aquam nigram prospexit. Fictusque extemplo filius, sui imago, in aqua nigra, & Fetahil conformatus fuit. Ascendit deinde in confinia Lucis Abatur, suoque filio Fetahil hæc intelligenter exposuit: veni, veni, Fetahil, tu es ille, quem in aqua nigra vidi. Sed videns illius imaginem, eamque septem indumentis specie & colore differenti- bus compositam, hæc ipsi detracta abstulit, & hunc filium splendore vestivit luceque operuit. Quem tamen, ne in creaturas



lucis ille ascendens, aliquid molestiæ a Patribus traheret in confinis lucis collocavit, ei dicens: sede, Fetahil, hoc tuo loco, te Vita requireret & erudiet. Cum Abatur hæc dixisset, ego Javar Aebel cum eo colloquens, ipsi dixi: gaude filio, quem procreasti, & qui tui consors sociusque erit. Quo dicto, surgens in mei conspectum Abatur, adersans & venerabundus, mihi Aebel Genio dixit: tua virtute Fetahil filius existit, munerique mihi datus est. Respondi: vide, quam rem hujus mundi cupitam animo concepisti, ea facta est; vide autem, quod filio Fetahil præcipies, id stulte hic & imperite faciet. Cui autem sermoni Abatur non obediit, sed, me ad meum parentem ascendente, hæc illi suo filio præcipiens dixit: surge, Fetahil filie, aquam nigram penitus condensa. Surrexit, & isti condensationi operam dedit; quæ vero condensandi opera non prospere successit. Ambigens itaque animi patri dixit: sumis, cum quibus procreatus fui, septem indumentis, in media illa aqua steti; tamen terra non condensata fuit. Pater respondit: stulte, vide, tanti tu mihi eris, quanti tibi fueris, cape septem splendoris, lucis ac gloriæ indumenta, quæ tibi indui, eaque in aquam nigram projice; condensatio tunc fiet. Quæ cum a suo patre Abatur audiisset, surrexit, atque, captis septem his splendoris, lucis ac gloriæ indumentis, ea in aquam nigram projecit. Quo facto, una vice & quidem per 12000 parasangas condensata emersit terra, postquam mundum, in quantum suus orbis, aqua nigra ambierat. Compellavi tunc ego illum Fetahil mea voce; qua autem voce ille anxius, & quo sermone ille commotus, humi procidit ob coagulationem, quam efficiendam susceperat, & dixit: va mihi, quod hic Aebel vocant



mihi misit. Eam vero tristitia sic affectum cum viderem, accedens ipsi & favens dixi: fac, adorna, & profer tua opera coram tuo patre, & coram Vita, a te procul remota; circumdabo enim muros tuæ coagulationi, quæ, visa mea specie, mugiendo discurrendoque in fundo nigro sedem figet, nec muros hos transibit. Quo dicto, septem muros coagulo, cui operam dederat, circumdedi. Quo autem supputato, fraudem ipsi struens Spiritus dixit: unde procreatus fuisti, unde exististi, Fetahil? siquidem tua forma adeo pulchra est. Spiritui respondit: ex hoc mundo procreatus, natus, & paratus fui. Audiens hæc a Fetahil Spiritus, corde corroborato, dixit: mihi tu originem debes. Sicut & surgens accedensque Spiritus filium suum alloquebatur: cur decubuisti, mi potens, quid jaces? surge, mihi concumbe. Tua & mea sors eadem futura: tuo vinculo te solvemus. Quibus a matre auditis, hic strepitans præ ea subsultavit. Atque hæc, eo viso, cui onus jam grave incumbabat, illacrimans, & instar corbis se componens, ipsi concubuit. Conceptit etiam, septemque filios peperit. Quos vero videns & ægre ferens, ita secum loquebatur: quod expetivi, id non vidi, quid ego jam faciam? Iterum, inquit, ibo, ei concumbam. Abiit, & ei concubuit. Qua altera vice in suo utero duodecim alii filii exstiterunt. Quos autem cum videret, illacrimans dixit: cui vos similes, mei filii? quia vobis robur deest, nec patrem vestrum ore refertis. Jam scio, huic mundo non confidendum esse. Atque eos, qui, his a matre auditis, morore affecti, manumque invicem amplexi, in extremas tenebras, unde conformati fuerant, se abdituri irent, interrogavit: quo pergitis? venit jam Vir, qui vinculum vestrum patrem

ويكتبه ثم تم فتمت حيا خلا نعمة امامنا م جلا  
 حيا مومنيننا ماله ناله خيلا طبا بضا حله لسه فيمينا  
 صمدة قمعسه جرب بلاسه ماله اذيوه امامنا حيا مومنيننا  
 حيا مومنيننا فلهسونا بلا بريا حيا مومنيننا ماله حيا مومنيننا  
 اتالا اومعنه فلهسونا ب حيا مومنيننا حيا مومنيننا  
 اتالا فلهسونا جرب اتالا امامنا ماله حيا مومنيننا ماله حيا مومنيننا  
 حيا مومنيننا حيا مومنيننا حيا مومنيننا حيا مومنيننا  
 حيا مومنيننا حيا مومنيننا حيا مومنيننا حيا مومنيننا  
 حيا مومنيننا حيا مومنيننا حيا مومنيننا حيا مومنيننا  
 حيا مومنيننا حيا مومنيننا حيا مومنيننا حيا مومنيننا  
 حيا مومنيننا حيا مومنيننا حيا مومنيننا حيا مومنيننا  
 حيا مومنيننا حيا مومنيننا حيا مومنيننا حيا مومنيننا  
 حيا مومنيننا حيا مومنيننا حيا مومنيننا حيا مومنيننا  
 حيا مومنيننا حيا مومنيننا حيا مومنيننا حيا مومنيننا  
 حيا مومنيننا حيا مومنيننا حيا مومنيننا حيا مومنيننا

comprehendet. Singuli tum sibi illacrimantes, dixerunt: vae! in quam rem incidimus? Quos etiã ego Javar Aebel, Aeon purus, ipsis adstans, constituere tales, quales non existentes fere, volui. Adhibita autem mente, mecum reputavi: Quid aliud his arrogantibus, nec eos potentes, quos inter creaturas inferas vidi, referentibus, faciam, nisi quod eis id relinquam, ut mundo imperaturi, suum in mundo orbem conficiant. Dixi deinceps: Vita satis superque habet, nec aliquo defectu ea laborat. Quo autem dicto, eorum animus de suo gradu dejectus fuit. Atque Spiritus eis illacrimans dixit: vir, qui vos vocavit, patrem vestrum occidet, atque ille unus eorum, qui terram libidine everterunt. Jamque Fetahil dixit: vae! coagulatione, cui operam dedi, penitus mihi sublata est. Quid faciam? Cui autem ego dixi: ne timeas, jam faciam his, quod ipsi facient. Quibus etiam accersitis dixi: ne timeatis, ego vos colligam, hospitioque excipiam. Ita eos compellavi, nihil tamen fecerunt. Quæsivi: quid vestrum opus est? Responderunt: facias, domine noster, quod tibi libuerit; nobis vero, vir Novissime, intersis. Advocavi posthæc nominatim Solem, Lunam, Kivan, Bel, Libat, Nebu & Nerig, eisque singulis munus dedi, dicens: dabo vobis currus, quibus vehemini, induam vobis speciem eximiam, splendoremque vobis tribuam, ut mundum hunc illuminetis. Omnes vero Solem, eorum fratrem natu grandem, complexi dixerunt: nobis tu rex, Libat vero regina erit in hoc mundo, vobisque nos omnes subjecti erimus. Quo audito, & discordiã inter eos excitata, vocatis Sar & Sarvan præcepi, ut hanc discordiam tuerentur, Solis, qui discordiæ princeps, natuque grandis frater, socii futuri. Neque ab hoc



זמן זה היתה המדינה חסרת כלכלה  
 וכלכלה חסרת כלכלה. וכלכלה חסרת כלכלה  
 חסרת כלכלה חסרת כלכלה חסרת כלכלה  
 חסרת כלכלה חסרת כלכלה חסרת כלכלה  
 חסרת כלכלה חסרת כלכלה חסרת כלכלה  
 חסרת כלכלה חסרת כלכלה חסרת כלכלה  
 חסרת כלכלה חסרת כלכלה חסרת כלכלה  
 חסרת כלכלה חסרת כלכלה חסרת כלכלה  
 חסרת כלכלה חסרת כלכלה חסרת כלכלה  
 חסרת כלכלה חסרת כלכלה חסרת כלכלה  
 חסרת כלכלה חסרת כלכלה חסרת כלכלה  
 חסרת כלכלה חסרת כלכלה חסרת כלכלה

אשר היתה המדינה חסרת כלכלה

חסרת כלכלה חסרת כלכלה חסרת כלכלה  
 חסרת כלכלה חסרת כלכלה חסרת כלכלה  
 חסרת כלכלה חסרת כלכלה חסרת כלכלה  
 חסרת כלכלה חסרת כלכלה חסרת כלכלה  
 חסרת כלכלה חסרת כלכלה חסרת כלכלה  
 חסרת כלכלה חסרת כלכלה חסרת כלכלה  
 חסרת כלכלה חסרת כלכלה חסרת כלכלה  
 חסרת כלכלה חסרת כלכלה חסרת כלכלה

\*) Lege מדינה

præcepto hi duo Genii abhorruere: quos etiam in suo quemque curru, ut mundum in vacuo per 360000 annos illuminarent, collocavi. Capto demum consilio Adami creandi, advocavi ego Javar Septem Stellares, eisque, ut formam sui corporis fingerent, præcepi. Quo dicto & facto, ex Vitæ summæ thesauro, qui in domo dominæ Netuste reconditus erat, kalitum, qui in illius fornace adoleverat, attuli, corporique Adami immisi: sicut & ipsi uxorem Havam conformavi: ut mundus hoc modo excitatus confirmaretur: ut autem ego essem opifex animarum, quæ hic natæ, illic autem Genii vocatæ, ascendent, ætherem ultimum locumque sui natalem visuræ, scilicet, finito hujus mundi spatio, ascensuræ & visuræ patrem suum primarium Vitam, bonitatemque Nuntii Vitæ, ac filii sui Aebel, conciones Vitæ summæ in honorem ordinantis, amplexuræ. Vita nobis subsidio, Vita nobis spei, Vita nobis viris spem facturis aderit. Vita in sua sede perennis. Vita pura omnibus operibus, ut & Javar Zive ejusque socii sui discipuli puri sunt. Finis.

### Hæc concio consummationis. Finis.

In nomine Vitæ summæ, Primæ. Orta est claritas & lux Vita: Nuntiusque Vitæ omnibus creaturis in pudorem, omni divinitati fabricæ mundanæ in supplantationem, omnibus hujus mundi dominationibus in dissensionem apparuit. Visa autem claritate & luce Nuntii Vitæ, qua ille vestitus est, spectati beneficentia una cum suis thronis deorsum procidere, subversisque eorum concionibus, stupore defixi steterunt. Sic &



ad illius spectaculum omnes creaturæ se in faciem prostravere, cecidere, oculos non aperiens, utpotè signum formamque Vitæ summæ contemplari non valentes. Quomodo etiam spectati beneficentia ad illius spectaculum fracti, pudore affecti, animoque perculsi, Domino fabricæ mundanæ prociderunt, suo Deo dicentes: tu nostri exemplum, nos tui imago. Si vis tibi inest, tuam speciem mutes: atque nos euntes mutuam Vitæ lucem accipiemus. Respondit: mea species æterna & immutabilis est. Dixerunt: vae nobis! siquidem opera manuum nostrarum in justis fuerunt; nos autem in reis jam habiti. Regressit: cur fletis, populi & generationes? Cor vestrum in id, quod non vestrum est, versum: ideoque subversum vestrum regnum; molesque vestræ magnificentiæ super vos ruit. Adversantes tum illi suo Deo, ipsique magnopere maledicentes dixerunt: maledicatur tibi, qui Deus & ipse Spiritus Spiritui præes! Sed abiit eorum potentia: suaque in sede in pudore affecti. Tamen quod falsum & mendax viguit: & in portissimè templi ortæ tenebræ: quomodo etiam per opera suarum manuum in suo firmamento vasta caligo contracta. Quorum itaque Deus, pudore affectus propter vitam magnamque contumeliam eorum, qui fraudi & calliditati studentes, præstigias exercebant & per terram disseminabant, ex alto descendit, formamque Angelorum induit. Qui vero Angeli, specie præstigatorum induta, indies animum filiorum hominis pervertentes, oculo sacrificulorum insidentes, sacra festaque celebrando, hominum vero tam carnem in satietatem edendo, quam sanguinem in ebrietatem bibendo, & astute ac callide loquendo, stata festorum tempora commutarunt. At Vita orbi apparuit. Atque, Vitæ

هذا الصوم بمنا هذا يومه اهر مننا انما لا نساها هذا  
 انما حب اولا وانما حر حر صحتها ذكومتها اننا انما  
 حب حنة خنيا دافنا هذا كبرنا جوهنا مننا لا نساها  
 اننا كلنا فانهنا انما يومنا انما اننا نساها  
 يومنا اهر نساها لطف مننا اننا لطف مننا اننا  
 لا نساها هذا لطف مننا اننا انما اننا حبر اولا وانما  
 لطف صحتها مننا اننا انما حبر حنة خنيا لطف  
 نساها اننا هذا لطف مننا صحتها مننا اننا  
 انما كلنا لطف اننا انما لطف مننا اننا انما  
 نساها لطف مننا اننا انما نساها اننا نساها  
 نساها اننا اننا انما مننا اننا اننا اننا  
 اننا اننا اننا اننا اننا اننا اننا اننا  
 اننا اننا اننا اننا اننا اننا اننا اننا  
 اننا اننا اننا اننا اننا اننا اننا اننا  
 اننا اننا اننا اننا اننا اننا اننا اننا  
 اننا اننا اننا اننا اننا اننا اننا اننا

claritate ac luce visa, mare se vertit, Jordanus retro cessit, montes, ut cervi & cervæ per illos in solitudine discurrentes, subsilierunt, colles vocem ut volucres magnifice ediderunt, juga ore aperto hymno indulserunt, cedrique Libani fractæ fuerunt. Terra, me videns, commota & agitata est; rex maris, me videns, fugit. At mare, quem videns fugisti? Jordane, quem videns retro cessisti? Montes, cui viso ut cervi & cervæ, in deserto discurrentes, subsiliistis? Colles, cui ut volucres vocem magnifice edidistis? Juga, cui os vestrum in hymno aperuistis? Cedri Libani, cui fractæ estis? Terra, quem videns agitata es? Rex maris, quem videns fugisti? Profunditates maris, cui turbatæ estis, tumoresque maris cui comparuistis? Ob splendorem lucemque Nuntii Vitæ, ob splendorem ac pulchritudinem, qua vestivi spectates beneficentia, ob aquam, quam effudit Vita, ob profunditates maris, aperto ore, hymnoque Vitæ summæ, novissimæ, dato, dixerunt: nomen vestrum, Vita, non commemoravimus, neque vestri timorem novimus. Hæc lux est Vitæ, quam declaratam spectati beneficentia celebrarunt. Dixit Nuntius Vitæ: veni, ut apud vos habitarem, vos etiam in luce Vitæ collocaturus; atque vos a gentibus & generationibus distinxi, ut in amore justitiæ vos collocati, coram me in luce Vitæ justii essetis. Vita Domino fabricæ mundanæ nunquam propitia aderit. Strepebant jam rotæ curruum suorum: ingens sonus in alto, & ut sonus ex maxima creaturarum multitudine ortus hic in alto sonus: Deus omnipotens terram pro suis viribus funditus evertit: domus superbiæ una cum ejus operibus potentique procuratore dejecta: fortitudo sua transiit: & potestas, regnum suis prin-

دُيُورُ فُكُوحَاوَنُ مَنُ نِجْمَاتٍ مِثْلُ حَاوِشَاتٍ حِوَاوِنُ دِيوَانِ  
 مَنُ فَيُورُ يَمِينِ حِكْمَتِ عَرَبِ حُرَمِ مَدِيْنَةِ  
 كَفَاوَنُ كَقُورِ حَاوِنُ نِيْمِ مَنَا فَا حَسْبُ نِيْمِ  
 فَيُحِيَا نِعْمَةٌ كَحَمِيمٍ زَانِ زِيَا نِيْمِ نَكْتِ كَعَمَلِ يَمِينِ  
 حَا مَكْلُوبُ مَنُ حَيَوَانِ اَنْجَمِ مَسْمُوعَةٍ حَمِيمٍ حَاوِشَةٍ  
 فَا نِيَا مَنُ حَبِيْبٍ عَمَلِ اَنْبِيَا مَنُ عَمَلِ قَلْبِهِ حَمِيمٍ  
 اَنْبِيَا مَنُ حَمِيمٍ اِيْمَانِ وَحَمِيمٍ نِيْمِ حَمِيمٍ اَمَانِ  
 نِيْمِ حَمِيمٍ مَرْحَمِ حَاوِيَا مَنُ حَمِيمٍ نِيْمِ نِيْمِ حَمِيمٍ  
 حَمِيمٍ حَاوِشَةٍ مَنَا اِيْمَانِ مَنَا مَكْلُوبِ حَمِيمٍ  
 حَاوِيَا اِيْمَانِ مَنَا مَكْلُوبِ حَمِيمٍ اِيْمَانِ حَمِيمٍ مَنَا  
 حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ اِيْمَانِ مَنَا حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ  
 فَاوِيَا مَنَا مَنَا مَنَا مَنَا مَنَا مَنَا حَمِيمٍ حَمِيمٍ  
 اِيْمَانِ حَمِيمٍ مَنَا مَنَا مَنَا مَنَا مَنَا مَنَا حَمِيمٍ  
 حَمِيمٍ اِيْمَانِ حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ  
 حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ  
 حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ  
 حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ  
 حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ  
 حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ حَمِيمٍ

cipibus perit. Qui principes, thronos suos in vacuo tenentes, dixerunt: vae! vae! cecidit stupor in omnes creaturas, appropinquavit ipsis suum tempus, eoque pervenit, ut finiatur, finisque creaturis imponatur. Vita summæ in alto: Portæ vero Septem Stellarium in terræ profunda deprimentur. Generationibus, quæ orbem infimum obiere, potestas sua ex alto sublata: malaque earum consilia in capita sua congesta. Vox Vitæ ex Ferhis, & vox Justorum ex luce missa. Ex infimo autem cœli habitaculo vox hæc spectatorum justitia, Vitam celebrantium, missa: nos mortem in orbe curavimus, a quo autem die Vitam amavimus, mortem odio habuimus, vobisque, Vita, confidentes, propter nomen vestrum, Vita, persecutionem in orbe sustinuimus. Timete, & celebrate, spectati beneficentia, Vitam, quæ vobis præest, vobisque, spectati beneficentia, curæ sit, ut recte agatis. Consistite coram me: vobisque splendidissima lux mea orietur: perinde ac, quotquot spectati beneficentia fuerint, facies eorum ipsa lucens etiam plus, quam quæ Filiorum Sam Ferho Hevero est, illuminabit. Lucebit forma spectatorum beneficentia, in modum Vitæ, cui nihil obscuri inest. O! qui sapientes sibi sunt, & qui, quod aspectu speciosum, oculis ferunt: o! qui dicunt, nos apud Vitam, & Vita apud nos, quæ Vita tamen apud eos non est, qui cor suum reliquerunt, exuerunt, sustulerunt: o! qui vertunt dulce in amarum, amarum in dulce: o! qui bonum esse malum dicunt, & qui malum bono comparant: o! qui mutant caliginem in lucem, & lucem in caliginem: o! qui bibunt mane vinum recens, vespere autem vetus bibunt, cantu, cithara & tibia capti: o! qui, allatis bonis augmentis, odorantes svavia aromata, iisque semetipsi superbe delectantes, nomini nec





Vitæ Summæ, nec Nuntii Vitæ, cum iis versantis, fide adhibita, dicto audientes & obediens fuerunt; sed qui Vitæ animum pulchre non attendendô ob sui jactantiam caduci in mare magnum Erythræum se præcipites dederunt. Adorate, celebrate, spectati justitia, excellentem hunc, quem oculi vestri vident, Novissimum creaturarum lucis, nulli imagini aut figuræ assimilandum; neque iis, quæ manu facta, operibus fallacibus procidatis, aut nomen figuramve volucris consecretis. Vitæ hæc lux missa: sui que sermonis vis & merces in ore filiorum hominis versatur. O mali! qui subsannantes loquuntur. Hic est splendor vetus, lux æterna, lucens, & illuminans luce, quæ ex creaturis justitiæ orta, in formam, signum, claritatem, vocem, doctrinam, & virtutem Nuntii Vitæ omnibus creaturis visa est. Et, qua visa, omnes Dii paventes, & in se invicem defixi, dixerunt: quomodo Nuntium Vitæ celebremus? cujus splendor prædicatione major, cujus lux laude illustrior, cujus lux omnium prima, mansura, cujus præcepta, quæ veritatis sunt, pulchra & pura, cujusque splendor sui amicos inhabitat. Nuntio Vitæ confidatis. Ille est, ut pastor bonus, qui vos pascet, qui a vobis omnem spiritum corruptorem arcebit ac removebit, ut pastor bonus, qui gregem in suam caulam ducit, eamque in suo conspectu collocat ac constituit. Gaude te, celebrate eum, spectati beneficentiâ, corde tranquilli, animo summissi, & ab improbis procul agatis. O! qui animo justitiam student. Vox in omni terra, splendor magnus in omni civitate existit. Nuntius Vitæ in Judæa se conspiciendum præbuit: vitis in Jerusalem visa: nihil aut iniqui facti in suo conspectu, aut perversi regiminis in suo principatu


1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

obvium: neque quod simile ejus divinitati compertum. Vita eadem, quæ fuit, & hæc æterna. Sic & justitia eadem, quæ abhinc & in principio fuit. Aperuit Vita suum animum, & justitiam laudans dixit: tur insaniam amatis? Secernite vos ab insanis, qui, ut primi & impingentes apostatæ, mihi, quæ ipsa sum justitia, manus suas non protenderunt. Beati vos, spectati beneficentiâ, quorum capiti plexum cornu. Vestra innocentia nobilior eâ, quæ creaturarum est, vestraque facies hilarare splendens. O! qui vestibus palliisque laneis induti, persecutionem passi, & in orbe derelicti estis, vos splendore vestiam, vestros autem persecutores contumelia & pudore vestiam. Nobis in Vita spes, in Vita fiducia collocata: justitia nostri comes: & in majestate Nuntii tui, Vita, nostra gloriatio. Vos propter vestrum justitiæ & beneficentiæ amorem Vita amare perget. Beneficentiâ ut lorica Domini regionis Ajar vos vetivi, & beneficentiâ vos texti, propter amorem, quo Nuntium Vitæ fovistis. Imponite vestro capiti innocentiam, surgite, nomen meum in orbe, meamque laudem inter omnes creaturas amplificate. Hæc est lux Vitæ, quæ, quæ merces futura beneficentiæ sit, declaratum est. Et si anima vestra, spectati beneficentiâ, in luce versetur, duplo in candore animæ vestræ Vita lucebit, atque splendor vester ipso splendore illustrior, ut vestra lux ipsa luce illustrior fiet. Cuilibet homini pro genere cujusque sui operis sua merces parata. Nomen meum in vestro ore versetur. Quod felix faustumque sit, vestro discessui, adventui, accubitu, cibo, potui, otio, lecto, strato non deerit, ubi nominis Vitæ memores fueritis. Sic etiam vos, gloriosi, illustres, magnates, & præfecti, meum nomen in orbe, meamque

فَاذْكُرُوا نِعْمَةَ اللَّهِ عَلَيْكُمْ إِذْ كُنْتُمْ أَعْدَاءً لِهِ فَيَاغْفِرْ لَكُمْ إِنَّهُ كَانَ خَدِيعًا رَحِيمًا  
 وَإِذْ يُنَادِيهِمْ لِكُلِّ أُمَّةٍ مِنْهُمْ نَسِيمٌ يَا هَذِهِ أُمَّتُكُمْ أَرْسَلْنَاكُمْ رَحْمَةً مِنَ اللَّهِ وَإِذْ يُنَادِيهِمْ لِكُلِّ أُمَّةٍ مِنْهُمْ نَسِيمٌ يَا هَذِهِ أُمَّتُكُمْ أَرْسَلْنَاكُمْ رَحْمَةً مِنَ اللَّهِ  
 وَإِذْ يُنَادِيهِمْ لِكُلِّ أُمَّةٍ مِنْهُمْ نَسِيمٌ يَا هَذِهِ أُمَّتُكُمْ أَرْسَلْنَاكُمْ رَحْمَةً مِنَ اللَّهِ وَإِذْ يُنَادِيهِمْ لِكُلِّ أُمَّةٍ مِنْهُمْ نَسِيمٌ يَا هَذِهِ أُمَّتُكُمْ أَرْسَلْنَاكُمْ رَحْمَةً مِنَ اللَّهِ  
 وَإِذْ يُنَادِيهِمْ لِكُلِّ أُمَّةٍ مِنْهُمْ نَسِيمٌ يَا هَذِهِ أُمَّتُكُمْ أَرْسَلْنَاكُمْ رَحْمَةً مِنَ اللَّهِ وَإِذْ يُنَادِيهِمْ لِكُلِّ أُمَّةٍ مِنْهُمْ نَسِيمٌ يَا هَذِهِ أُمَّتُكُمْ أَرْسَلْنَاكُمْ رَحْمَةً مِنَ اللَّهِ  
 وَإِذْ يُنَادِيهِمْ لِكُلِّ أُمَّةٍ مِنْهُمْ نَسِيمٌ يَا هَذِهِ أُمَّتُكُمْ أَرْسَلْنَاكُمْ رَحْمَةً مِنَ اللَّهِ وَإِذْ يُنَادِيهِمْ لِكُلِّ أُمَّةٍ مِنْهُمْ نَسِيمٌ يَا هَذِهِ أُمَّتُكُمْ أَرْسَلْنَاكُمْ رَحْمَةً مِنَ اللَّهِ  
 وَإِذْ يُنَادِيهِمْ لِكُلِّ أُمَّةٍ مِنْهُمْ نَسِيمٌ يَا هَذِهِ أُمَّتُكُمْ أَرْسَلْنَاكُمْ رَحْمَةً مِنَ اللَّهِ وَإِذْ يُنَادِيهِمْ لِكُلِّ أُمَّةٍ مِنْهُمْ نَسِيمٌ يَا هَذِهِ أُمَّتُكُمْ أَرْسَلْنَاكُمْ رَحْمَةً مِنَ اللَّهِ  
 وَإِذْ يُنَادِيهِمْ لِكُلِّ أُمَّةٍ مِنْهُمْ نَسِيمٌ يَا هَذِهِ أُمَّتُكُمْ أَرْسَلْنَاكُمْ رَحْمَةً مِنَ اللَّهِ وَإِذْ يُنَادِيهِمْ لِكُلِّ أُمَّةٍ مِنْهُمْ نَسِيمٌ يَا هَذِهِ أُمَّتُكُمْ أَرْسَلْنَاكُمْ رَحْمَةً مِنَ اللَّهِ  
 وَإِذْ يُنَادِيهِمْ لِكُلِّ أُمَّةٍ مِنْهُمْ نَسِيمٌ يَا هَذِهِ أُمَّتُكُمْ أَرْسَلْنَاكُمْ رَحْمَةً مِنَ اللَّهِ



laudem in omni re amplificate. Vox in omni terra existit,  
 splendor in omni urbe crevit, Nuntius vitæ omnibus hominibus,  
 a tenebris in lucem, a caligine in claritatem Vitæ eos liberans,  
 conspiciendum se præbuit. Exite vasto deserto, animamque  
 vestram ab incantatrice hujus mundi dolo transferte & amove-  
 te. Inopes criminosæ ne diripiatis, nec a Vita desciscatis, sicut,  
 qui primi apostatæ fuerunt, manibus ad me non tensis, descī-  
 verunt. Surgite, magnates spectati beneficentia, animam ve-  
 stram ab ursis rapacibus, & leonibus nocituris ac prosternenti-  
 bus, vos etiam prostraturis, amovete & transferte. Ceterum,  
 qui statura curvi & inflexi, per fora orbis, corde relicto, ab-  
 scisso & direpto i. e. in humani obambulant, filiis his ini-  
 quitatis, qui, manibus sanguine conspersis, in subselliis con-  
 tumaciæ indies nomen Vitæ insectantes sedent, vos nec misce-  
 atis. Quorum vero per nares qui ignis spirat, ille in eorum  
 cranio residens eos perdet. Et, pro jactantiæ suæ specie, suo  
 ipsi ictu delebuntur; neque meo ictu in eorum exitium opus  
 erit. Vita pura, Vitæque Nuntius cum suis  
 Sociis purus. Finis. Finis.



## Corrigenda.

P. 1, lin. 2.  $\text{חַדְשֵׁי}$  pro  $\text{חַדְשֵׁי}$ . 4, 2  $\text{לְאַחֶיךָ}$ , vox prima  
 hujus lineæ, erit ultima sequentis. 4, 5  $\text{חַדְשֵׁי}$  pro  $\text{חַדְשֵׁי}$ . 4, 11  $\text{חַדְשֵׁי}$   
 pro  $\text{חַדְשֵׁי}$ . 36, 19 post  $\text{חַדְשֵׁי}$  deficit in Cod.  $\text{בְּיָד}$  sciderit, vox p.  
 72, 19 de eadem re obvia: quod observandum fuit. 46, 21  $\text{חַדְשֵׁי}$  pro  
 $\text{חַדְשֵׁי}$ . 52, 7  $\text{חַדְשֵׁי}$  pro  $\text{חַדְשֵׁי}$ . 54, 20  $\text{חַדְשֵׁי}$  pro  $\text{חַדְשֵׁי}$ . 60, 15  
 $\text{חַדְשֵׁי}$  pro  $\text{חַדְשֵׁי}$ . 94, 5  $\text{חַדְשֵׁי}$  pro  $\text{חַדְשֵׁי}$ . 98, 19  $\text{חַדְשֵׁי}$   
 pro  $\text{חַדְשֵׁי}$ . 101, 20 non ante obnoxius, et lin. 21  
 ævo Pilati post lucis. 102, 3, 17  $\text{חַדְשֵׁי}$  pro  $\text{חַדְשֵׁי}$ .  
 106, 21  $\text{חַדְשֵׁי}$  pro  $\text{חַדְשֵׁי}$ . 110, 10  $\text{חַדְשֵׁי}$  pro  $\text{חַדְשֵׁי}$ . 117, 10  
 Sidra pro Geneio. 142, 7  $\text{חַדְשֵׁי}$  pro  $\text{חַדְשֵׁי}$ . 144, 6  $\text{חַדְשֵׁי}$  pro  $\text{חַדְשֵׁי}$ .  
 144, 7  $\text{חַדְשֵׁי}$  pro  $\text{חַדְשֵׁי}$ . 142, 19, 148, 11, 156, 14, 158, 8  $\text{חַדְשֵׁי}$  pro  
 $\text{חַדְשֵׁי}$ . 151, 11 hospitio pro hospitii. 160, 13  $\text{חַדְשֵׁי}$  pro  $\text{חַדְשֵׁי}$ .  
 174, 20  $\text{חַדְשֵׁי}$  pro  $\text{חַדְשֵׁי}$ . 181, 19 potui pro perveni. 224, 16  
 $\text{חַדְשֵׁי}$  pro  $\text{חַדְשֵׁי}$ . 236, 11, 237, 8  $\text{חַדְשֵׁי}$  pro  $\text{חַדְשֵׁי}$ . 274, 15  
 $\text{חַדְשֵׁי}$  pro  $\text{חַדְשֵׁי}$ . 287, 7 habitaverint pro litigaverint. 290, 17  
 $\text{חַדְשֵׁי}$  pro  $\text{חַדְשֵׁי}$ .

**CODEX NASARÆUS,  
LIBER ADAMI APPELLATUS,  
SYRIACE TRANSSCRIPTUS,**

**LOCO VOCALIUM,  
UBI VICEM LITERARUM GUTTURALIUM PRÆSTITERINT,  
HIS SUBSTITUTIS,  
LATINEQUE REDDITUS.**

**MATTH. NORBERG,**

**S. S. THEOL. DOCT. LING. ORIENT. ET GRÆC. LING. PROFESSORE,  
CANCELLARIÆ REGIÆ CONSILIARIO,  
CUM INSIGNI EQUESTRI ORDINIS REGII  
DE STELLA POLARI.**

---

**TOM. II.**

---

**LONDINI GOTHORUM MDCCCXVI,  
LITERIS BERLINGIANIS.**





Præfari in parte operis, & quæ primæ detraxi, tertiæque adjuicienda putavi, ea in limine secundæ curatius persequi licebit. Certa Codicis nostri, scil. partis suæ majoris ætas (Præf. N. 1). Quæ vicissim suæ minoris, utpote mutilæ\*), ea incerta. Tamen & hæc recentior. Documentoque etiam charta illius bombycina est. Quantamcumque vero utriusque exemplum habuerit, supra eam, qua in monumenta Nasaræorum sævitura est, repetenda hæc videtur. Neque enim, ubi eorum ingenia ob metum cesserant, ficta hujusmodi opera fuisse, credibile est. Ipsaque argumenti sui ratio magnæ prætereæ antiquitatis opinionem facit. Cui & fidem subscriptæ quædam liturgiæ addunt, videl., vetustissimis ex chirographis eas desumptas fuisse. Explebunt vero aliquantulum partis minoris lacunam, quæ ipsius fragmenta G. Knös, L. O. Professor Upsaliensis inclitus, parâ humanitate & diligentia mihi descripsit. Aliunde enim hæc deducere, quædam suæ, nec diversæ ab iis, quæ in nostro Codice supersunt, liturgiæ prohibent. Quomodo nec minus tenor nunc est utrimque, animi inquam migratio ex corporis domicilio; quæ autem tractatur hinc, inde, tanta aut vocum ellipsi, aut numeri, generis, personæ commutatione, ut, quo loco incipiat, quove se condat ora-

\*) Nèque integra, quæ Codicis Colbertini est: tali suæ nota finali, quales aliæ et intermediæ compertæ. Atque ambigam, hæcine pars minor vocata ad Librum Adami pertineat. Rapsodia est, me iudice, liturgica, (الله؟ لا؟) Commentationes animi appellata. Ideoque inversim Codicis illigata fuit.

#### IV.

tio, vix intelligi possit. Tantum est, quod literaturæ Nasarææ proprio vel alieno Marte exhaustum fuit. Plures ejus fontes. Quos vero omnes consecrari, ad hoc ut non otium, ita nec ingenium mihi suppetivit. Quippe qui tam alti sunt aut turbidi, ut animo, oculis vix fundus pateat. Quorumque modo principem, Adamique librum, ut noscendum proponerem, cum ipso & mecum contendi.

Quot (Præf. N. 2) Hebræorum, totidem Galilæorum litteræ Gutturales, ab ipsis ostentatæ. Scilicet  $\aleph$  ( $\aleph$ ),  $\beth$  ( $\beth$ ),  $\daleth$  ( $\daleth$ ),  $\wreath$  ( $\wreath$ ) Tom. II. 186. 188. 190. 192. Quæ tamen, si  $\beth$  (quamquam & hæc non differens specie a Syriaca  $\beth$  interdum pro quavis alia locum tenet) excipiatur, nonnisi vocalium sunt indices. Omnesque, ni fallor, ductæ ex  $\Delta$  (hæc Ain Sam., quæ etiam pro ceteris sui generis usurpata); variante autem ista figura pro sui positione, & jam triangulum, jam circulum, jam ellipsin sed rarissime, jam parabolam imprimis ab initio vocis, referente. Quæ vero, & ubi consono earum valori, pectoris imi vel subrauco, impar qs Galilæorum ut Græcorum evaserat, vicem, ut dictum est, subierunt tenoris tantum vocalis, videlicet, integra sua imagine, clarioris, obscurioris, id est,  $a$ ,  $o$ , sed, hæc dissecta in  $e$ , tenuioris, id est,  $e$ ,  $i$ , in  $u$  vicissim, contractioris, id est  $u$ ,  $o$ , atque puræ seu impuræ utriusque; e. g. puræ in Sched. lin. 1.  $\aleph$   $\beth$   $\daleth$   $\wreath$  pro  $\aleph$ , lin. 6.  $\aleph$   $\beth$   $\daleth$   $\wreath$  pro  $\aleph$ , impuræ in Sched. lin. 5.  $\aleph$   $\beth$   $\daleth$   $\wreath$  pro  $\aleph$ , lin. 8.  $\aleph$   $\beth$   $\daleth$   $\wreath$  pro  $\aleph$ , lin. 10.  $\aleph$   $\beth$   $\daleth$   $\wreath$  pro  $\aleph$ . Quibus autem tribus consone cuique characteri

adjunctis, scriptura Nasaræa ut Aethiopica vere Syllabica dicetur. Quibusque Syriacas potius, quam Græcis, quas illæ nonnisi ex obliquo visæ sua specie referunt, originem debere putem.

Vertenda quoque (Præf. N. 8) in omen utilitatis, quam philologia N. T. Græca ex Nasaræa capiet, hæc exempla. Joh. X. 24. ἕως ποῦτε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρετε. Quamdiu detines. decipis nos? Phrasis est Galilæa. Tom. I. 44. 17.  $\text{ܪܘܡܘܟܘܠܘܐ ܪܘܡܘܟܘܠܘܐ ܪܘܡܘܟܘܠܘܐ ܪܘܡܘܟܘܠܘܐ ܪܘܡܘܟܘܠܘܐ ܪܘܡܘܟܘܠܘܐ ܪܘܡܘܟܘܠܘܐ}$  Si videritis homines, vitio corporis affectos, ne eos ludificantes (rectius, quam, ut verti, observantes) irrideatis: Galil.  $\text{ܪܘܡܘܟܘܠܘܐ}$  Græco αἴρετε respondente. Cui similis hæc:  $\text{ܪܘܡܘܟܘܠܘܐ ܪܘܡܘܟܘܠܘܐ}$  fefelli s. præstrinxisti ejus oculos. Neque dissimilis Hebræa Jerem. xxxvii. 9.  $\text{ܕܢܫܦܘܢܝܘܟ ܠܢ ܠܗܘܐ ܢܘܒܝܫ ܠܢ}$  ne vobis ludificemini. Matth. viii. 12. σκότος τὸ ἐξώτερον. Eph. ii. 2: Ἐν αἷσι ποτε περιπατήσατε κατὰ τὸν αἰῶνα τῷ κόμῳ τέττε, (appositio) κατὰ τὸν ἀρχοντα τῆς ἐξουσίας τῷ αἴρεσι, τῷ πνεύματι &c. Hebr. i. 2. Ὅν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' ἧ καὶ τὰς αἰῶνας ἐποίησεν. Jud. 13. Ἀσέρετε πλανῆται, οἷς ὁ ζῶφος τῷ σκοτῆσι ἐστὶν τὸν αἰῶνα τετῆρηται. Quæ obscura; quibus vero lucem Nasaræismus portendit.


Mihi demum hac venia opus erit, ut quosdam in Tom. I. errores, sive meos, sive typographi, corrigam. Fugit me, qua ratione reddiderim  $\text{ܪܘܡܘܟܘܠܘܐ}$  p. 178. 7. p. 180. 3. 19. p. 182. 17. per pallium alienum, &  $\text{ܪܘܡܘܟܘܠܘܐ}$  p. 182. 13. 14. per

Tom. II.

P. vi.

## VI.

comam tectam, quorum illud per vestem pretiosam, & hoc per comam dirutam, reddendum fuit, & quo casu non observaverim, p. 18. 18. حَمَامٌ, p. 22. 4. اَحْمَامٌ, p. 28. 4. اَحْمَامٌ, p. 36. 20. نَمَطٌ, p. 40. 12. 76. 9. 84. 21. اَحْمَامٌ, 54. 12. اَحْمَامٌ, 68. 11. حَمَامٌ pro حَمَامٌ, 82. 11. اَحْمَامٌ, 96. 2. 3. 4. 6. 120. 17. اَحْمَامٌ, 128. 1. اَحْمَامٌ, 158. 17. اَحْمَامٌ, 180. 16. اَحْمَامٌ, p. 224. 15. نَمَطٌ, 228. 3. 232. 7. اَحْمَامٌ 236. 11. اَحْمَامٌ, legendum esse. Mea autem culpa bis p. 66. 4. sicut p. 214. 9. 16. اَحْمَامٌ pro اَحْمَامٌ impressum non fuit. Ita Codex habet. Quae literae ejusdem organi, esse praesertim ا, ن, atque ا, ن, licenter interdum permutatae fuerunt.



**CODEX NASARÆUS,  
LIBER ADAMI APPELLATUS,  
SYRIACE TRANSSCRIPTUS;**

**LOCO VOCALIUM,**

**UBI VICEM LITERARUM GUTTURALIUM PRÆSTITERINT,**

**HIS SUBSTITUTIS.**

---

**TOM. II.**

---



Omnis divinitatis, quæ fabricæ mundanæ,  
hæc supplantatio. Finis.

In nomine Vitæ summæ. Mensura i. e. ætas mea in mundo finita: & quæ illius ratio mihi computata fuit, ea in generationibus absoluta. Exii mundo caliginis, ab occasu mortis abii, ad carcerem canum arrogantium & insultantium, quorum oculi cæci, ut ne videant, quorumque aures obturatæ, ut ne audiant, perveni. Nomen Vitæ eis prædicavi; sed nomen Vitæ non curarunt. Nomen mortis eis prædicavi; sed nomen mortis non curarunt. Quo autem in carcere afflictus, commotus & percussus, huc & illuc agitata meæ formæ staturâ, evasi. Inclamans vero mihi vir ex schedia mundi, dixit: tibi, vir, qui Vitam invocas, Vita respondebit. Vitæ maxime confidas. Similis tu viro, centum & viginti annos nato, qui baculum & tintinabulum manu tenens, animantia sequitur, quem vero ex improviso comprehensum magnifice vestiunt, magnifice operiunt, & coronæ revinctum equoque impositum, urbibus regem præficiunt. Similis tu viro, qui procul & quidem 160 parasangarum spatio in deserto, cujus & vepres & aqua arefacta, consistens, odorem vero Vitæ odorans, animo in modum magnopere læti hominis exsultat. Transii hunc carcerem, pro mea opinione, ab animi angustia, metu & commotione securus. Pervenii proficiscens ad carcerem Virginis, quæ filia sui patris: cujusque in conspectu 67 filiæ. Quæ sedentes, nudatis in ignominiam pectoribus, recisis ad insaniam laciniis, ut oer Deorum hominumque admirationem caperent, mihi dixerunt: da nobis,





vir, tuum nomen, tuumque characterem, quem ex fluctibus aquæ, thesauris splendoris, magnoque baptismo lucis sumsisti. Meum vero nomen meumque characterem cum memorassem, animo afflictæ, commotæ & agitatæ coram steterunt. Iterumque dixerunt: tuas, vir, vias nemo ingrediatur, nec tuas semitas aliquis perambulabit. Respondi: vias meas mei electi inibunt, measque semitas mei fideles pergent. Tuis autem, Spiritus, oculis festucæ insidebunt, tuique oculi in tuo capite cætient. Nasaræi vicissim, visuri lucis locum principem, pulchramque sedem visuri, ascendent. Transii hunc carcerem, pro mea opinione, ab animi angustia, metu & commotione securus. Perveni proficiscens ad carcerem alium, & quidem eum, qui ad Zan Azazban, armatum & accinctum, iræ regem, fortem, perniciosum, pertinebat. Interrogavi dicens: cujus hic carcer? quis eo tenetur? cui is umbraculo? Interroganti mihi responderunt: obumbrant se in hoc carcere sanguinarii, corruptæque in eorum morem personæ. Quæsivi dicens: quam rem turpibus suis operibus, quæ in mundo fecerunt, hæ animæ referunt? Quærenti mihi responderunt: animæ hæ similes sunt vasis figuli, quæ nigredo corripuit, vasisque æris, quæ pollutio & fæx infecit? Quæ autem utcumque vinctæ compede, exutæ, adstrictæ, subactæ, & devotæ, non debilescent, & quantumvis flagris cæsæ, non languescunt. Rogant hæ animæ mortem secundam in mundo caliginis; quarum tamen spiritum mors secunda non invadit. Mihi Zan Azazban dixit: da nobis, vir, tuum nomen tuumque characterem, quem ex fluctibus aquæ, thesauris splendoris, magnoque lucis baptismo sumsisti. Meum nomen meumque characterem cum memorassem, me idem Zan



Azazban maxime adoravit. Transii hunc carcerem, pro mea opinione, ab animi angustia, metu & commotione securus. Proficiscens & perveniens ad carcerem, quo Jur Jahur u Rehum tenebatur, interrogavi dicens: cujus hic carcer? quis eo tenetur? cui is umbraculo? Mihi interroganti dixerunt: obumbrat se in hoc carcere, quisquis adulterium fecit, furtum commisit. & qua se obstrinxit, juramenti fidem fefellit. Interrogavi, dicens: quam rem hæ animæ turpibus, suis operibus, quæ in mundo fecerunt, referunt? Interroganti mihi dixerunt: similes hæ animæ cuspidi scipionis, & nigredini capilli capitis. Quæ utcumque vincitæ compede, exutæ, adstrictæ, cæsæ, subactæ & devotæ, non debilescent, & quantumvis flagris cæsæ, non conquiescunt. Rogant hæ animæ mortem secundam; quas vero mors secunda non invadit. Mihi Jur Jahur u Rehum dixit: da nobis, vir, tuum nomen tuumque characterem, quem ex fluctibus aquæ, thesauris splendoris, magnoque lucis baptismo sumpsisti. Meum nomen meumque characterem cum ei memorassem, hic Jur Jahur u Rehum maxime me adoravit. Transii hunc carcerem, pro mea opinione, ab animi angustia, & commotione securus. Proficiscens & perveniens ad carcerem, & quidem illum, quo Felfin Fifin, de caligine tenebrarum a Spiritu Venereo eruditus, tenebatur, interrogavi dicens: cujus hic carcer? quis eo tenetur? cui is umbraculo? Mihi interroganti dixerunt: obumbrant se in hoc carcere duces, judices & imperatores, qui pervertunt limites, limitaresque lapides mutant, quorum feminæ, lacte suo vendito, suos liberos interimunt, suarum vicissim-sociarum liberos circumspicte sustentant: super buccella pingui poculisque dulcibus fletu, ejulatu,

وَصَلَاةً بِحَقِّهِ مَعَهُ سَاءَ مَا قُرَّبْنَا إِلَيْكَ بِغَيْرِ حِسَابٍ  
 حَتَّى تَنْتَهِىَ لِحَدِّكَ حَلْفًا لَمَّا مَسَّ بِهَا فَكَلَّمْنَا مِنْ  
 قُدْرَتِنَا إِنَّهُ لَمَنْ كَفَرَ بِحَقِّهِ لَوْلَا فَضْلُ اللَّهِ عَلَيْكَ  
 وَرَحْمَتُنَا لَكُنَّ سَاءَ مَا يَحْكُمُونَ وَنُفِخَ فِي صُورٍ  
 نَحْمَلُهَا وَفِيهَا رُوحٌ مُقَدَّسٌ نُنزِّلُ فِيهَا الْقُرْآنَ  
 ذِكْرًا لِمَنْ أَلْمَسَتْهُمُ الْغَمَّةُ لَمَّا نَسُوا مَا كَانُوا  
 يَكْفُرُونَ وَاللَّهُ يَخْتَصِمُ لَكُمْ إِنَّهُ كَانَ خَدِيمًا  
 لِمَنْ يَشَاءُ وَاللَّهُ سَمِيعٌ عَلِيمٌ وَإِذْ قَالَ رَبُّكَ  
 لِلْمَلَائِكَةِ إِنِّي جَاعِلٌ فِي هَذِهِ قُرْآنًا مَعْرُوفًا  
 قُلُوا لَهُ سُبْحَانَ الْعِزَّةِ الْمُسْتَعْتَبِ إِذْ يَنْزِلُ  
 فِي السَّمَاءِ فَذُكِّرُوا كِتَابًا مُبِينًا يَخْرُجُ فِي  
 السَّيِّئَاتِ فَتُدْمَسُ مِنْهَا الشُّجُرُ وَاللَّهُ يَخْتَصِمُ  
 لَكُمْ إِنَّهُ كَانَ خَدِيمًا لِمَنْ يَشَاءُ وَاللَّهُ سَمِيعٌ  
 عَلِيمٌ وَإِذْ قَالَ رَبُّكَ لِلْمَلَأِ الْغُوثِ إِنِّي فَاجِرٌ  
 ذِكْرًا لِمَنْ أَلْمَسَتْهُمُ الْغَمَّةُ لَمَّا نَسُوا مَا كَانُوا  
 يَكْفُرُونَ وَاللَّهُ يَخْتَصِمُ لَكُمْ إِنَّهُ كَانَ خَدِيمًا  
 لِمَنْ يَشَاءُ وَاللَّهُ سَمِيعٌ عَلِيمٌ وَإِذْ قَالَ رَبُّكَ  
 لِلْمَلَأِ الْغُوثِ إِنِّي فَاجِرٌ ذِكْرًا لِمَنْ أَلْمَسَتْهُمُ  
 الْغَمَّةُ لَمَّا نَسُوا مَا كَانُوا يَكْفُرُونَ وَاللَّهُ يَخْتَصِمُ  
 لَكُمْ إِنَّهُ كَانَ خَدِيمًا لِمَنْ يَشَاءُ وَاللَّهُ سَمِيعٌ  
 عَلِيمٌ

questu suorum liberorum in conspectum Vitæ summæ, Primæ,
 ascendente. His autem, quæ suum lac in suis pectoribus ven-
 dunt, expendenda pœna, usque ad diem, diem judicii, & usque
 ad horam, horam liberationis; quia liberos suos legitimos
 necant, liberos vero societatis suæ meretriciæ educant.
 Quæsivi dicens: quam rem hæ animæ turpibus suis operibus,
 quæ in mundo fecerunt, referunt? Interroganti mihi responde-
 runt: similes hæ animæ hædis pinquibus, quos subito rapiunt,
 quibusque ligamina injiciunt. Quæ autem, utcumque vincitæ
 compede, exuta, adstrictæ, flagris cæsæ, subactæ, & devotæ,
 non debilesunt, &, quantumvis flagris cæsæ, non viribus defi-
 ciunt. Rogant hæ animæ reæ mortem secundam in mundo
 caliginis, mors vero secunda eas non invadit. Mihi Felfin Fifin
 dixit: da nobis, vir, tuum nomen tuumque characterem, quem
 ex fluctibus Vitæ, thesauris splendoris, magnoque lucis baptismo
 sumpsisti. Meum nomen meumque characterem cum nemoras-
 sem, me Felfin maxime adoravit. Transii hunc carcerem, pro mea
 opinione, ab animi angustia, metu & commotione securus. Profi-
 ciscens & perveniens ad carcerem Jesu Messiæ veni, & interro-
 gavi dicens: cujus hic carcer? cui is umbraculo? Mihi interro-
 ganti responderunt: obumbrat se in hoc carcere, quisquis Vi-
 tam denegavit, fidemque Messiæ adhibuit. Interrogavi dicens:
 quam rem turpibus operibus, quæ in mundo fecerunt, hæ ani-
 mæ referunt? Mihi interroganti responderunt: similes hæ
 animæ gregi amplæ & copiosæ, in conspectu Messiæ, quam ad
 mare Messias ducit, & apud mare constituit, quæ vero aquam
 quærens, ob id quod littora maris edita sunt, marisque aqua
 profunda, potui aquam quærendo, eam non assequitur. Messiæ



illæ animæ dicunt: Messia, domine noster, dum in hoc mundo eramus, homines vestibus induimus, velaminibus obteximus, solutis pretiis liberavimus, beneficentia & bonitate prosecuti sumus. Jam cur aquam ad bibendum petimus, quæ tamen nobis non datur? Quibus Messias respondet: vestes, quas induistis, velamina, quibus obtexistis, pretia, quibus liberastis, beneficentiâ & bonitas, quibus alios prosecuti estis, cujus nomine hæc facta sunt? Responderunt Messiæ: nomine Naturæ Supremæ, nomine Naturæ Infimæ, nomine Jesu Messiæ, nomine Spiritus Sancti, nomine Dei Nasaræorum, nomine Virginis, sui patris filiæ, hæc facta sunt. Dixit Messias: Natura Suprema cœlum, Natura Infima terra est. Jesu Messias sum, sum Spiritus Sanctus. Huc loci transiit ad illum Messiam Vir beneficentia spectatus, transiit ad fundum animarum, quæ cum illo erant. Cui viro, beneficentia spectato, Messias dixit: da nobis, vir, tuum nomen tuumque characterem, quem ex fluctibus aquæ, thesauris splendoris, magnoque lucis baptismo sumasisti. Meum nomen meumque characterem cum memorassem, me Messias quatuor vicibus maxime adoravit. Messiæ autem animæ dixerunt: Messia, domine noster, dum eramus in hoc mundo, nonne nobis dixisti: qui me major non datur, sum Deus Deorum, Dominus Dominorum, sum Rex omnium creaturarum, sum principium omnium operum? Vir, qui te præteriit, & quem quatuor vicibus maxime adorasti, quis est? Messias respondit: vir, qui me præteriit, & quem quatuor vicibus maxime adoravi, nomen Naturæ Supremæ non memoravit, nomen Naturæ Infimæ non





memoravit, nomen Spiritus Sancti non memoravit, nomen Messiae non memoravit, nomen Dei Nasarædrum non memoravit, nomen Virginis, filiae sui patris, non memoravit. Animæ dixerunt Messiae: domine noster, conjice nos in nostra corpora per tres modo dies, ut, re nostra omni vendita, in Jordanum nos descendentes, in nomine hujus viri, qui te præteriit, baptizemur. Messias eis respondit: debiles, quæ corruistis, si unquam, dum in hoc mundo eratis \*), infantem, utero suæ matris egressum, iterum suæ matri immissum vidistis, etiam ego vos vestris corporibus per tres dies immittam, quomodo & vos, re vestra omni vendita, in Jordanum descendentes, in nomine hujus viri, qui me præteriit, vos baptizabo. Addiditque Messias: adhucne nescitis, debiles, quæ corruistis, me esse Messiam vanum, acutum ad torquendum, callidum ad malum, portas insanas furore afficientem, opera Spiritus pervertentem, beneficos viros perplexos reddentem, eosque in atram summamque caliginem conjicientem. Vos velut chordis & torquibus blandimentis perplexos, cupiditateque ardentem tenui, vobisque argentum & aurum dedi, ut mihi consortio in loco hoc, quo consisto, tenebricoso essetis. Præterii hunc carcerem, pro mea opinione, ab animi angustia, metu & commotione securus. Proficiscens & perveniens ad carcerem alium, & quidem ad Jurbo pertinentem, interrogavi dicens: cujus hic carcer? cui is umbraculo? Interroganti mihi responderunt: obumbrant se in hoc carcere magnates & proceres omnes, qui accepta large metiuntur, qui vero data parce metiuntur, qui magno & iniquissimo fœnore versuram faciunt, nullo respectu habito sive



afflicti pro sua calamitate, sive regis pro sua potestate, sed afflictum & pauperem ex sua quemque porta, nihil muneri dantes, expellunt. Intertogavi dicens: operibus turpibus, quæ in mundo fecerunt, hæ animæ cui similes sunt? Interroganti mihi responderunt: similes hæ animæ hædis pinguibus, quos suis matribus subito direptos in ligamina i. e. lanienam abducunt. Ut autem ipsi fecerunt, alii eis facient, & ut ipsi alios ederunt, alii eos edent, & septem pro uno, loco usuræ, ab iis postulabunt. Iræ ii obnoxii. Rogant hæ animæ reæ mortem secundam in mundo tenebrarum, quæ vero eos non invadet. Dixit Jurbo: da nobis, vir, tuum nomen tuumque characterem, quæ a fluctibus aquæ, thesauris splendoris, magnoque lucis baptismo sumpsisti. Meum nomen meumque characterem cum memorassem, me quatuor vicibus maxime Jurbo adoravit. Præterii hunc carcerem, pro mea opinione, ab angustia, metu & commotione securus. Proficiscens ad carcerem Spiritus Veneri perveni. Spiritus hic ori 78 Karafjun Sarufo insidens, citharamque libidinis sua volâ tenens, repetebat & eloquebatur 660 carmina rhytmica, repetebat & eloquebatur hæc per panduras. Cui autem Duodecim Stellares, sui Negotiatores & cultores, quos advocaverat, dixerunt: domina nostra, cur te invocavimus, cur nos tibi prostravimus? quibus respondit: miene invocastis? mihine vos prostravistis? In speciem vero naphthæ & piccis ori 78 Karafjun Sarufo, manu baculo prehensio, ori 78 Karafjun Sarufo insidens, Duodecim Portas, ipsi credentes, abegit & disjecit, his verbis: abite, abite, mei filii, portæ viâ. Vos sequar. Circumiens vero in gula 78 Karafjun, palpando contrectandoque, quo exiret aut cui inniteretur, non invenit.



Prætereunte autem viro beneficentia spectato, qui fundum quemvis animarum præterierat, excitatus Karafjun Sarufo Spiritui Venereo dixit: tu heic fuisti. Cur virum qui me præterit, mihi non dedisti? Respondit: hoc tempore, hac hora ftugi Sesami, quæ urgente incidenteque vento se claudit, simile os tuum reddam. Ascendit jam Vir hic, spectatus beneficentia, ætheremque supremum & sedem formosam vidit. Atque ipsi Vita dixit: cui rei similis est mundus, ex quo venisti? Spiritus, Messias, & Septem Stellares in suis curribus cui rei similes sunt? Respondit Vir ille beneficentia spectatus: Spiritus, Messias & Septem Stellares similes sunt muscis, quæ ori aheni insidentes, præ calida & ad eas pertingente exhalatione, agitando suas alas, in ahenum præcipitant. Quo dicto, Vita gaudens, illum Virum beneficentia spectatum splendore induit, luceque allata opertum, in loco veritatis, loco, quem quærentes invenient, & qui rogantibus dabitur, constituit. Vita pura omnibus operibus, purusque fundus Nasaræorum, qui nomini  $\tau\theta$  Javar constanter addicti fuerint; ut & purus Nuntius Vitæ, atque quicumque ejus nomen amaverit. Finis.

### Concio $\tau\theta$ Kilaj in mundo $\tau\theta$ Schelmáj Finis.

In nomine Vitæ, summæ. Præcepta hæc Johannis baptistæ. Cum legens ille Jordanum aquæ vivæ baptismum vivum perageret, nomenque Vitæ invocaret, contendit Nuntius Vitæ ad Johannem baptistam, & ei dixit: surge, Johannes, baptizame baptizame, quo baptizas, nomenque, quod prædicas, super me pronuntia. Respondit Nuntio Vitæ Johannes: esuriens meus

Tom. II.

C

Tract. II: New  
translation MS  
p. 195/7



venter cupit edere, sitiens meum corpus cupit bibere. Legu-  
 mina colligo. Requiem ut oculis immittam, circumspicio. Gra-  
 vis mihi animus. Prima luce, si veneris, te baptizabo. Sur-  
 rexit tum Nuntius vitæ, & oculis in locum omnis splendoris,  
 locum principem omnis lucis sublatis, preces animi magni, non  
 parvi, fudit, dicens: peto a vobis, Vita Prima, Vita Secunda, &  
 Vita Tertia, a Jufin & Jufafin, a Sain Mano Semiro, a Vite  
 omnis vitæ, & arbore, omnis salutis domina, ab Usar Haj & Fe-  
 tah Haj, aperientibus arcana vitæ, serentibusque plantas lucis,  
 peto a vobis precibus animi magni, non parvi, rogo per hanc  
 horam, qua hic consisto, rogo per duodecim horas diei, per  
 duodecim horas noctis, per viginti & quatuor horas, ut, quo-  
 modo ad horam primam periodus diei fit noctis, & periodus  
 noctis fit diei, i. e. unius finis initium alterius fit,  
 Johannes, somno, sopore illius oculos occupante, decumbens  
 jaceat, spirituque in boni hominis morem corpus suum anime-  
 tur; quo, & ubi somno excitatus fuerit, admota prece de  
 baptismo, quem peragit, eum alloquar. Eodemque momento,  
 quo stans Nuntius vitæ hæc dixit, profectus est, ex loco  
 omnis splendoris, loco omnis lucis, loco, qui ipsi datus erat  
 super duodecim horis diei & duodecim horis noctis. Jam ad  
 primam horam, terminata periodo diei, exstitit quæ noctis, &  
 terminata periodo noctis, exstitit quæ diei: exstitit vesper, ex-  
 stitit mane, exstitit nox, exstitit dies: atque somnus, sopor  
 oculos Johannis occupavit, soporeque oppressus ille jacebat. Ve-  
 rum, & ubi somno excitatus ac oscitans, manu dextra in ocu-  
 los missa, somnum ex oculis deterserat, ei Nuntius vitæ dixit:  
 pax tibi, mi Domine Johannes Abo Sabo, domine gloriæ! Cui





**Johannes:** veni in pace, filie parvule, invitatum te heri ad Jordanum hodie non fallam. **Nuntius vitæ:** surge, rectâ ad Jordanum perge, extende tua brachia, atque me exceptum vivo baptismo, quo baptizas, baptiza, & quod nomen prædicas, super me pronuntia. **Johannes:** quadraginta & duos annos Jordanum ego legens, aqua animas baptizavi; me autem nemo ad Jordanum vocavit. **Tecum,** puer parvule, tres annos unumque diem nato, ad Jordanum me conferre volo. **Nuntius vitæ:** baptismus, quo baptizas, quomodo peragitur? **Johannes:** homines, ut pastor pecora, in Jordanum mitto, atque, baculo sublato, super illos nomen Vitæ pronuntio. **Nuntius vitæ Johanni Baptistæ:** baptismus, quo baptizas, & nomen, quod prædicas, cujus est? **Discipuli** tum omnes, ore simul aperto, **Johanni** dixerunt: quadraginta duorumque annorum est spatium, ex quo baptismum peragis; sed nullus præter filium hunc parvulum te ad Jordanum invitavit; ideoque, quæ verba locutus est, ne contemnas. **Johannes,** urgentibus discipulis, surrexit, rectâ ad Jordanum contendit, & extensis brachiis, **Nuntium vitæ** excipiens, dixit: veni, veni, filie parvule, tres annos unumque diem nate, qui natu minimus fratrum, sed maximus patrum es, & quamvis sis parvulus, tamen præcepta tua maxima sunt. Contulit se jam **Nuntius vitæ** cum **Johanne** in Jordanum. Quem vero vitæ **Nuntium** cum **Jordanus** videret, subsiliens suas ripas exundavit. Atque, hoc fluvio suum stratum sic exundante, inter suæ aquæ superficiem utramque, fluitantis priorem, & exundantis posteriorem, pendens obrutusque **Johannes** hæsit, ita ut consistere non posset. Ut autem, viso **Johanne,** cursum ad eum **Nuntius vitæ** intendit, sic etiam,



grandi hujus Nuntii vitæ splendore spectato, Jordanus retro  
cessit. Et Johanni in sicco consistenti Nuntius vitæ acce-  
dens dixit: baptiza me, Johannes, baptismo tuo puro, & quod  
nomen prædicas, super me pronuntia. Respondit Johannes:  
millia, millia hominum in Jordanum demersi, & myriades, my-  
riades animarum aquâ baptizavi, vir autem tui similis ad me  
non venit. Verum in sicco quomodo te baptizem? Nuntius  
vitæ: alluviæ redeunte, tecum ibo, atque me tum baptismo  
puro, quo baptizas, baptizes, nomenque quod prædicas, super  
me pronunties. Redeunte autem aqua Jordani, quæ excisa &  
exsiccata fuerat, Nuntius vitæ cum Johanne illuc contendit.  
At, hujus splendore Jordano immorante, ad illius amnis ripas  
os aperuerunt, hinc pisces maris, inde & ab utraque alvei ora  
aves, atque Nuntium vitæ his verbis celebrarunt: bene sit tibi,  
Nuntie vitæ, beneque sit loco, ex quo accessisti, ut etiam laus  
& perennitas sit loco magno, quem petes! Johannes, voce pi-  
scium ex amne, voce avium ab utraque ripa alvei in illius au-  
res incidente, cognovit, Nuntium vitæ secum iter suscepisse,  
ipsique dixit: tu es ille vir, in cujus nomine baptismo vivo  
baptizo. Respondit: cujus nomine baptizas? Johannes: nomi-  
ne, quod mihi patefactum fuit, nempe nomine *ts* Mano Semi-  
ro, quod etiam aliis in posterum accurate patefiet. Imponas  
mihi manum tuam justitiæ; tuamque dextram, salutis magi-  
stram, & plantæ; quam tuo nomine sevisi, mentionem super  
me facias; ut tuo nomine, quæ prima & ultima, confirmen-  
tur. Nuntius vitæ: si meam manum tibi impospero; tuo cor-  
pore exhibis. Johannes: te vidi, hic esse nolo; te vidi & con-  
veni. Veritatem a te peto: neque me a te, & loco, unde



venisti, disjungas; sed ad locum magnum, quem petis, expeditum me reddas. Me institue, mei miserere, mihi que patefac arcana Regum, & Ferho, Dominum lucis, item, qui sint orbes & Ferhi terræ, quomodo tam hi, quam, qui sint aquæ, subacti fuerint, qua ratione aquæ non modo ignis vivus interstræpat, sed & Vita immoretur, & quis eo, qui omnibus prior, major sit. Quo audito, Nuntius vitæ pallium, quo Johannes involutus & constitutus erat, ipsi detraxit, ipsique, suo indumento, carnis & sanguinis hoc indumento, in Jordanum projecto, stolam splendoris induit, & purissimam lucis tiaram imposuit. Comparavit deinde se Nuntius vitæ ad iter in locum omnis splendoris, in locum omnis lucis, & Johannes cum eo profectus est. Suum vero in corpus pisces e mari avesque ab utraque ripa alvei congregari & id contegere cum Johannes videret, animo ob corpus suum afflictus est. Cui itaque Nuntius vitæ dixit: cur afflictus tu es animo ob carnem & sanguinem, quo te spoliavi? Velisne, in illud corpus te abscondam & introducam? Johannes: laudandus & celebrandus ille vir, qui pallio carnis & sanguinis me spoliavit, indeque me liberavit & eduxit, laudandus, magni faciendus, extollendus, & honorandus vir ille electus, qui stola splendoris me vestivit, & tiara lucis purissima me obtexit. Animo ego afflictus fui, propter meos filios humiles, quos reliqui; siquidem nemo est, qui eos sustineat. Nuntius vitæ: qui in tuo animo & corde versatur, idem in tuorum filiorum animo & corde versabitur. Verum scio, cur animo afflictus fueris. Johannes: intelligis, quid in cordibus, & dignoscis, quid in animis sit. Cordia, jecora, renes, hæc tibi instar solis aperta sunt. Qui formasti capillum, vides, quid in

1. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.  
 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30.  
 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40.  
 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50.  
 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60.  
 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70.  
 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80.  
 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90.  
 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110.  
 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120.

eo sit; dignoscis, quid in luce, & quid in tenebris sit. Nuntius vitæ tum loquens magnifice suo ore de operimentis aquæ, atque velamentis aquæ, sumpsit de mari, de utraque ripa alvei fluitantis arenam, eamque stans super corpus Johannis jecit. A quo autem die opertum ejus corpus fuerat, Nuntius vitæ in locum omnis splendoris, in locum omnis lucis, comitante Johanne, iter suscepit. Ipsum vero progressum & pervenientem ad suam custodiam cum Fetahil devotus, splendore privatus luceque destitutus, quem reprobatum ac desertum a latere & seorsim in solitudiue Vita collocaverat, videret, throno suo inclinante desiliit hic Fetahil, & celebrans eum, ac ei benedicens dixit: celebreris, Nuntie vitæ, & felix locus, ex quo venisti, laudabilis, magnificus, & perennis locus ille summus, in quem contendisti. Pateat per te mihi aditus ad Vitam summam, in alto versantem, quæ, clypeo e regione opposito, mihi non permittit, ut ascendam, hanc Vitam in alto visurus. Nuntius vitæ Johanni jam dixit: fas est, ut cum principe hoc viro, cui Vita favet, congreger. Cui itaque hæc dixit: tu quasi quidam privatus; sed uni Regum te adæquavi. Quomodo Genii excellentes domus gloriæ hinc abeas. Præceptaque huic dedit. Etiam Johannes huic Fetahil dixit: Vita favet & tibi, & tuo patri, Genio potenti, qui te accinxit, datoque mandato, te huc misit. Nuntius vitæ posthæc, suscepto itinere in locum omnis splendoris, locum omnis lucis, ad custodiam & Abatur altissimi pervenit. Hic vero Abatur, cui millia millia, sublatis oculis, & myriades myriades coram consistentium, thronum sublimem, in quo sedebat, posuerant, viso vitæ Nuntio, throno suo desiliit. Quo autem Nuntio vitæ hortante,



١  
 ٢  
 ٣  
 ٤  
 ٥  
 ٦  
 ٧  
 ٨  
 ٩  
 ١٠  
 ١١  
 ١٢  
 ١٣  
 ١٤  
 ١٥  
 ١٦  
 ١٧  
 ١٨  
 ١٩  
 ٢٠  
 ٢١  
 ٢٢  
 ٢٣  
 ٢٤  
 ٢٥  
 ٢٦  
 ٢٧  
 ٢٨  
 ٢٩  
 ٣٠  
 ٣١  
 ٣٢  
 ٣٣  
 ٣٤  
 ٣٥  
 ٣٦  
 ٣٧  
 ٣٨  
 ٣٩  
 ٤٠  
 ٤١  
 ٤٢  
 ٤٣  
 ٤٤  
 ٤٥  
 ٤٦  
 ٤٧  
 ٤٨  
 ٤٩  
 ٥٠  
 ٥١  
 ٥٢  
 ٥٣  
 ٥٤  
 ٥٥  
 ٥٦  
 ٥٧  
 ٥٨  
 ٥٩  
 ٦٠  
 ٦١  
 ٦٢  
 ٦٣  
 ٦٤  
 ٦٥  
 ٦٦  
 ٦٧  
 ٦٨  
 ٦٩  
 ٧٠  
 ٧١  
 ٧٢  
 ٧٣  
 ٧٤  
 ٧٥  
 ٧٦  
 ٧٧  
 ٧٨  
 ٧٩  
 ٨٠  
 ٨١  
 ٨٢  
 ٨٣  
 ٨٤  
 ٨٥  
 ٨٦  
 ٨٧  
 ٨٨  
 ٨٩  
 ٩٠  
 ٩١  
 ٩٢  
 ٩٣  
 ٩٤  
 ٩٥  
 ٩٦  
 ٩٧  
 ٩٨  
 ٩٩  
 ١٠٠

ut sederet in throno suo sublimi, illustri & servato, quem ipsi Vita summa in alto dederat, petiit Abatur, ut Nuntius vitæ sub adventum in Vitæ conspectum sui mentionem faceret. Nuntius vitæ respondit: ubi, itinere suscepto, hoc dicende nar-raverim, accedent Filii potentes, Filii pacis, tuumque thronum elevabunt. Ubi, inquam, itinere suscepto, obediens dicto hoc sponte dixerim, accedent duo ex alto Angeli, qui altius habitaculi tui fastigio canistrum erigent, & qui de te apud Vi-tam summam memorabunt & dicent, memorabunt apud Vitam summam & dicent, venisse Nuntium vitæ, qui veritatem τω Abatur patefecit. Iter jam in locum omnis splendoris, in lo-cum omnis lucis, comitante Johanne, Nuntius vitæ suscepit. Accesserunt quoque quatuor viri, Filii pacis, Ain Haj, Schum Haj, Ziv Haj, & Nehur Haj, qui prehensum virum, beneficentia spectatum Johannem, in loco veritatis constituerunt, qui inquam Johannem, manu ejus prehensa, in loco veritatis constituerunt, ipsique conciones, preces, orationes & com-mentationes excusserunt. Dixerunt item Genii: eamus, vi-suri virum, qui ex orbe venit, beneficentia spectatum, justum & fidelem, & quidem talem inter mala consilia, atque sub Aba-turi antiqui imperio. Quem quisque nostrum splendore induat, & quisque nostrum luce operiat. Itâ, excussa sua veste, ignem vivum, infinitum & ineffabilem, ipsi induerunt. Quo facto, Jo-hannes in loco omnis splendoris, in loco omnis lucis, cum fide multa, eaque magna, non parva, consistens dixit: peto a vo-bis, Vita Prima, Vita Secunda, & Vita Tertia, Jusin Jusafin, Sam Mano Semiro, vitis omnis vitæ, & arbor omnis sanitatis, Uzar & Feteh Haj, qui arcana Vitæ patefacitis, plantasque



lucis seritis, & qui typum primum domus Vitæ sustinetis, peto precibus animi magni, non parvi, ut, per hanc horam, qua consisto, per hunc ascensum, quo sublimis abeo, omnes homines, justi & fideles, qui caractere Vitæ signati, qui baptismo puro baptizati sunt, & super quas nomen Vitæ summæ & Primæ pronuntiatum fuit, ascendant. Celebretur Vita. Vita pura, purusque ille vir, qui illuc se contulit. Finis. Finis.

In nomine Vitæ summæ. Exsultavit Dominus celsitudinis, & per Genios suos filios luxit. Concio hæc arcana œconomi Schelmaj. In nomine illius, qui venit, in nomine illius, qui venit, & in nomine illius, qui veniet, in nomine Viri Novissimi, qui creaturas transiens, cœlique firmamento perrupto, id conspicuum adornavit, qui, aditis Septem Stellarium omnium habitaculis, thronoque sibi apte collocato, in eo sedit, & qui bene sentiens, sciens & intelligens rei omnis, sive præteritæ, sive præsentis, sive futuræ, monte Carmel conscenso, apprehendit Septem & Duodecim Stellares, eosque potentissimos, qui fraudem dolumque sua manu amplexi, mensibus, annis, crepusculis, diebus, cyclis, ætatibus & temporibus præsidet. Advenit vero item Ayat Spiritus mendax, quemlibet suo nomine appellans, cuilibet suum opus commendans, vocatumque quemlibet, dato mendato, in mundum mittens. Accersito etiam Oeconomo Schelmaj dixit: surge festinanter, Schelmaj œconome, contende prima luce ad ripas Jordani, bonum sanitatis fundum, lava manum in veritate, abluè digitos tuos in Jordani peno summo, ascende deinde, & accede ad Jattrum, tuum patrem, virum pacificum; qui pater tuus, te viso, tibi

Tract 12.



ex testamento regnum, commodum, atque jus hujus mundi tradet. Quæ Avat Spiritus mendax præceperat, Schelmaj œconomus fecit. Surrexit festinanter, contendit prima luce ad ripas Jordani, fundum magnum bonumque sanitatis, lavavit manum in veritate, abluit digitos in Jordani peno summo, accessit ad Jatrum, suum patrem, virum pacificum, suumque patrem, summissa sua staturâ adoravit. Verum pater, eo viso, effervescens valde, quomodo ante non efferverat, & irascens valde, quomodo ante non iratus fuerat, detrusum eum in terram continentem perdere voluit. Inflammati tum in magnis veritatis sphaeris, & humi in faciem prostrati, qui œconomi illius discipuli erant, lique 362, illius patri viro pacifico dixerunt: te, Jatrum, tuo sermone utens Schelmaj allocutus est. Præsides item tuo baptismo præpositi fuerunt. Ad portam domus Vitæ furor & ira absit. Si desideraveris a Schelmaj œconomio conciones contemplativas, & rationales, nasaræismi profunda, hujusque mundi explicationes, easque tibi dederit; jube, ut ipsi thronus inter patres potentes paretur. Si hæc ab eo desideraveris, tibi vero non dederit, se abditurus illum mundum, ex quo venit, ille repetat. Bone, quiescas. Interrogavit Pater: Schelmaj œconome, pervenit ad me ex domo Vitæ, quæstio de concionibus contemplativis & rationalibus, & nasaræismi profundis, hujusque mundi indagandis, de terra hac, unde facta sit, de illius orbe, cui rei innitatur, & de sensu illius primario, quamobrem datus sit. Respondit: hæc terra, mi pater, stillicidio conflata est. Illius orbis aquæ nigræ innititur, sensusque primarius viro mendaci



datus est. Dixit Pater: pulchrum, quod mihi dixisti, & pulchra verba abstrusa, quæ tuo ore exierunt. I, sede in throno gloriosissimo, tibi inter patres tuos potentes parato. Cum ire & sedere vellet, Dominus Jatron discipulum suum Schelmaj vocatum interrogavit: Schelmaj œconome, quæstio ad me e domo Vitæ venit, de concionibus contemplativis, & rationalibus, profundis nasaræismi, hujusque mundi indagandis. Firmamenta cæli unde exsiterunt? quomodo illa expansa, suspensa & collustrantia? Respondit: mi pater, firmamenta hæc septem nubes sunt præstantes aquæ, quas Fetahil virtute, quam suus pater Abatur dederat, expandens constituit, suspensis lucernis splendoris, iisque virrute Angelorum mutuo radiantibus. Dixit Pater: pulchrum, quod dixisti, pulchra verba abstrusa, quæ tua ore exierunt. I, sede in throno gloriosissimo, tibi inter patres tuos potentes parato. Cum ire & sedere vellet, Dominus pater discipulum suum vocatum interrogavit: Schelmaj œconome, quæstio ad me pervenit ex domo mei parentis Vitæ de concionibus contemplativis, & rationalibus, profundis Nasaræismi, hujusque mundi indagandis. Unde sol? unde illius natura? unde illius calor? unde illius frigus? unde illius splendor? Respondit: mi pater, sol e terra exstitit. Illius natura ex natura Septem Stellarium. Illius calor & frigus ex calore & frigore ꝛ Fetahil. Illius autem splendor ex splendore Vitæ summæ, novissimæ, excellentissimæ, supremæ omnium operum. Respondit pater: pulchrum, quod dixisti, pulchra verba abstrusa, quæ tuo ore exierunt. I, sede in throno gloriosissimo, tibi inter patres tuos potentes parato. Cum ire & sedere vellet, Dominus discipulum suum vocatum





interrogavit: Schelmaj Oeconome, quæstio ad me venit ex domo Vitæ de concionibus contemplativis & rationalibus, profundis nasaræismi, hujusque mundi indagandis. Luna unde existit? unde illius natura, formositas, suavitas existit? Respondit: mi pater, luna ex terra existit. Illius natura ex natura Septem Stellarium, illius formositas & suavitas ex formositate & suavitate 78 Sam Zivo, domini dilecti, primarii & fortis, cujus majestas 167 mundos maximos, altissimos lucis, inhabitat. Quos vero singulos mundos, per millia millia parasangarum patentes, myriades myriades Majestatum tenent. Singulæque Majestates millia millia Geniorum habent: ut & singuli Genii suam sedem tenent. Dixit pater: pulchrum, quod mihi dixisti, pulchra verba abstrusa, quæ tuo ore exierunt. I, sede in throno gloriosissimo, tibi inter patres tuos potentes parato. Cum ire & sedere vellet, Dominus pater discipulum suum vocatum interrogavit: Schelmaj oconome, pervenit ad me quæstio ex domo Vitæ de concionibus contemplativis & rationalibus, profundis nasaræismi, hujusque mundi indagandis. Unde aqua? unde sua natura? unde sua suavitas? unde sua vis? Respondit: mi pater, aqua ex terra existit, sua natura ex natura Septem Stellarium, sua vis ex vi caliginis, sua suavitas ex suavitate aquæ vivæ. Dixit pater: pulchrum, quod mihi dixisti, pulchra verba abstrusa, quæ tuo ore exierunt. I, sede in throno gloriosissimo, tibi inter patres tuos potentes parato. Cum ire & sedere vellet, Dominus pater discipulum suum vocatum interrogavit: Schelmaj oconome, pervenit ad me quæstio ex meo parente Vita de concionibus contemplativis & rationalibus, profundis Nasaræismi, hujusque

וְכָל אֲדָרָה בְּכַחַם אֱלֹהֵינוּ הַזֶּה שֶׁאֵין מִנּוּחַ מִלְּפָנֶיךָ אֱלֹהֵינוּ  
 וְכָל הַמַּעֲשִׂים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ  
 וְכָל הַבְּרָכּוֹת שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ  
 וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ  
 וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ  
 וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ  
 וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ  
 וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ  
 וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ  
 וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ  
 וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ  
 וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ  
 וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ  
 וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ  
 וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ וְכָל הַחֲסָדִים שֶׁעָשִׂיתָ עִמָּנוּ

mundi indagandis. Unde ignis, sua natura, sua species, suaque vis fumifera? Respondit: mi pater, ignis ex terra, sua natura ex natura Septem Stellarium, sua vis ex vi caliginis, & ex domo Satanae Asurmej. Dixit pater: pulchrum, quod mihi dixisti, pulchra verba abstrusa, quae tuo ore exierunt. I, sede in throno gloriosissimo, tibi inter patres tuos potentes parato. Cum ire & sedere vellet, Dominus pater discipulum suum vocatum interrogavit: Schelmaj œconome, pervenit ad me quæstio ex domo Vitæ de concionibus contemplativis & rationalibus, profundis nasaræismi & hujus mundi indagandis. Unde ventus, sua natura, sua vis, sua jucunditas? Respondit: mi pater, ventus ex terra, sua natura ex natura Septem Stellarium, sua vis ex vi caliginis, sua jucunditas ex jucunditate aëris existit. Dixit pater: pulchrum, quod mihi dixisti, pulchra verba abstrusa, quae tuo ore exierunt. I, sede in throno gloriosissimo, tibi que inter patres tuos potentes parato. Cum ire & sedere vellet, Dominus pater discipulum suum vocatum interrogavit: Schelmaj œconome, pervenit ad me quæstio ex domo Vitæ de concionibus contemplativis & rationalibus, profundis nasaræismi hujusque mundi indagandis. Quid supremum? quid infimum? Respondit: supremum est firmamentum, infimum terra est. Interrogavit pater: utrum firmamentum ante quam terra concepit? an terra ante quam firmamentum concepit? Respondit: mi pater, firmamentum pluviam roremque affert, quam autem rem ore aperto terra exsцит, & fecunditatem, semina fructusque, quos filii Adami, bonitatem Domini sui non agnoscentes, edunt aut bibunt, profert. Dixit pater: pulchrum, quod mihi dixisti, pulchra verba abstrusa, quae tuo ore exierunt. I, sede in



throno gloriosissimo, tibi que apud patres tuos potentes parato. Cum ire & sedere vellet, Dominus pater discipulum suum vocatum interrogavit: Schelmaj œconome, pervenit ad me quæstio ex domo Vitæ de concionibus contemplativis & rationalibus, profundis nasaræismi hujusque mundi indagandis. Quis exterior? quis interior? Respondit: exterior vir, interior mulier est. Quæsivit pater: utrum vir antequam mulier concipit, an mulier antequam vir concipit? Respondit: seritur semen in viri corpore per quadraginta & duos dies, quod mulieri in posteritatem; familiam, stirpem, & concubitum communicatur, & quo cerebrum, ossa & nervi concresecunt. Interrogavit pater: nato quid dat mulier? Respondit: sanguinem, cutem, lineamenta, & crines ei tribuit. Interrogavit pater: natus in sua matre quo existit & crescit? Respondit: per septem arcana sui patris suæque matris crescit. Interrogavit pater: unde nato cibus? Respondit: cibus filie ex visceribus matris existit. Interrogavit pater: spatio generandi confecto, & ubi hæc generatio per matrem fiet, quomodo tum per matrem efficitur? Respondit: mi pater, illum, qui impleto nascendi tempore nascetur, lumbo matris interiori i. e. utero jaculator injicit, ipsi in proxima ventris parte glutinis sui ope vitam tribuens: verso deorsum capite, sursum vero cruribus. Atque tali modo suæ matri is generatur. Dixit pater: pulchrum, quod mihi dixisti, pulchra verba abstrusa, quæ tuo ore exierunt. I, sede in throno gloriosissime, tibi que apud patres tuos potentes parato. Cum ire & sedere vellet, Dominus pater discipulum suum vocatum interrogavit: Schelmaj œconome, pervenit ad me quæstio ex domo Vitæ de



concionibus contemplativis & rationalibus, nasaræisni profundis, hujusque mundi indagandis. Impleto mundi spatio, ipsi finis quomodo imponetur? Ad omnes quæstiones, a patre propositas, respondere novit; ad hanc vero quæstionem respondere non novit. Tum decubuit: infra sedentibus 362 discipulis. Quem vero Usar Nehuro, mitis sustentator, dominus Vitæ, accedendo inveniens, interrogavit: cur sedes, Schélmaj Oeconomie? Respondit: proposuit mihi quæstionem pater, cui respondere nescio. Respondit: quæstionem, quam tibi pater proposuit, ego perspectam mihi habeo, & quod pater a te petivit, ego in antecetsum tibi dicam. Hic regressit: quæstio hæc tibi nota fuit; tamen illius certiolem me non fecisti. An ejus quidam ex Filiis lucis te certiolem fecit. Ille respondit: hoc novi, tamen id tibi non communicavi; quia coram te mihi pedes haud firmi, neque mei poplites sibi constantes forent. Hoc autem scito. Spatio mundi confecto, cadet terra in fossam, coelum ut storea convolvetur, splendor solis deficiet, ut etiam candor lunæ deficiet, stellæ & planetæ velut tabescentes decident, & ignis in suum elementum redibit, quomodo & aqua in primam sui naturam vertetur, suasque alas quatuor venti fabricæ mundanæ colligent, neque ii spirabunt. Ille quæsivit: Spiritus Messias, Septem Stellares, animæque malorum, qui eis confessionem adhibuere, quo ibunt? quo venient? quo loco habitaculum ipsis futurum? Hic respondit: Spiritus, Messias, Septem Stellares, animæque malorum, qui eis confessionem adhibuerunt, ii appellantes se invicem, invicemque manu prehensa, sed magnopere flaccescentes, ut malogramatum agreste, ad Ur, dominum caliginis, fastu ingenti tumentem, præcipites ibunt. Peredet vero fumigans &



١٠  
 ١١  
 ١٢  
 ١٣  
 ١٤  
 ١٥  
 ١٦  
 ١٧  
 ١٨  
 ١٩  
 ٢٠  
 ٢١  
 ٢٢  
 ٢٣  
 ٢٤  
 ٢٥  
 ٢٦  
 ٢٧  
 ٢٨  
 ٢٩  
 ٣٠  
 ٣١  
 ٣٢  
 ٣٣  
 ٣٤  
 ٣٥  
 ٣٦  
 ٣٧  
 ٣٨  
 ٣٩  
 ٤٠  
 ٤١  
 ٤٢  
 ٤٣  
 ٤٤  
 ٤٥  
 ٤٦  
 ٤٧  
 ٤٨  
 ٤٩  
 ٥٠  
 ٥١  
 ٥٢  
 ٥٣  
 ٥٤  
 ٥٥  
 ٥٦  
 ٥٧  
 ٥٨  
 ٥٩  
 ٦٠  
 ٦١  
 ٦٢  
 ٦٣  
 ٦٤  
 ٦٥  
 ٦٦  
 ٦٧  
 ٦٨  
 ٦٩  
 ٧٠  
 ٧١  
 ٧٢  
 ٧٣  
 ٧٤  
 ٧٥  
 ٧٦  
 ٧٧  
 ٧٨  
 ٧٩  
 ٨٠  
 ٨١  
 ٨٢  
 ٨٣  
 ٨٤  
 ٨٥  
 ٨٦  
 ٨٧  
 ٨٨  
 ٨٩  
 ٩٠  
 ٩١  
 ٩٢  
 ٩٣  
 ٩٤  
 ٩٥  
 ٩٦  
 ٩٧  
 ٩٨  
 ٩٩  
 ١٠٠

١٠١  
 ١٠٢  
 ١٠٣  
 ١٠٤  
 ١٠٥  
 ١٠٦  
 ١٠٧  
 ١٠٨  
 ١٠٩  
 ١١٠  
 ١١١  
 ١١٢  
 ١١٣  
 ١١٤  
 ١١٥  
 ١١٦  
 ١١٧  
 ١١٨  
 ١١٩  
 ١٢٠  
 ١٢١  
 ١٢٢  
 ١٢٣  
 ١٢٤  
 ١٢٥  
 ١٢٦  
 ١٢٧  
 ١٢٨  
 ١٢٩  
 ١٣٠  
 ١٣١  
 ١٣٢  
 ١٣٣  
 ١٣٤  
 ١٣٥  
 ١٣٦  
 ١٣٧  
 ١٣٨  
 ١٣٩  
 ١٤٠  
 ١٤١  
 ١٤٢  
 ١٤٣  
 ١٤٤  
 ١٤٥  
 ١٤٦  
 ١٤٧  
 ١٤٨  
 ١٤٩  
 ١٥٠  
 ١٥١  
 ١٥٢  
 ١٥٣  
 ١٥٤  
 ١٥٥  
 ١٥٦  
 ١٥٧  
 ١٥٨  
 ١٥٩  
 ١٦٠  
 ١٦١  
 ١٦٢  
 ١٦٣  
 ١٦٤  
 ١٦٥  
 ١٦٦  
 ١٦٧  
 ١٦٨  
 ١٦٩  
 ١٧٠  
 ١٧١  
 ١٧٢  
 ١٧٣  
 ١٧٤  
 ١٧٥  
 ١٧٦  
 ١٧٧  
 ١٧٨  
 ١٧٩  
 ١٨٠  
 ١٨١  
 ١٨٢  
 ١٨٣  
 ١٨٤  
 ١٨٥  
 ١٨٦  
 ١٨٧  
 ١٨٨  
 ١٨٩  
 ١٩٠  
 ١٩١  
 ١٩٢  
 ١٩٣  
 ١٩٤  
 ١٩٥  
 ١٩٦  
 ١٩٧  
 ١٩٨  
 ١٩٩  
 ٢٠٠

agitatus ignis illum Ur, dominum caliginis, Avat Spiritum mendacem, Septem Stellares, animasque malorum, quæ eis confessionem adhibuere. Surgens tunc Schelmaj Oeconomus ad Jatrun, virum pacificum, se contulit, & ipsi dixit: mi pater, quæstioni, quam mihi proposuisti, respondebo. Spatio mundi confecto, cadet terra in fossam, cœlum ut storea convolvetur, splendor solis deficiet, ut etiam candor lunæ deficiet, stellæ & planetæ ut tabescentes decident, & ignis in suum elementum redibit, quomodo & aqua in primam sui naturam vertetur, suasque alas quatuor venti fabricæ mundanæ colligent, neque .ii. spirabunt. Spiritus, Messias, Septem Stellares, animæque malorum, qui eis confessionem adhibuere, ii se invicem appellantes, manumque invicem prehensa, sed flaccescentes, ut malogramatum agreste, ad Ur, dominum caliginis, fastu ingenti tumentem, præcipientes ibunt. Peredet vero fumigans in suo cavo & ventilatus ignis illum Ur, dominum caliginis, Avat Spiritum mendacem, Septem Stellares, animasque malorum, qui eis confessionem adhibuere. Pater demum Oeconomus Schelmaj dixit: hanc rem novisti: quam tamen mihi non communicasti. An aliquis ex Geniis, filiis Iucis, certiorum te ejus fecit? Filius respondit: hujus rei me certiorum Aebel Zivo fecit. Pater dixit: i, i, splendore destitute, & luce private, quem Vita a suo conspectu expulit, Geniique a tergo reliquerunt. Vita pura omnibus operibus, purusque cum suis Sociis Javar Zivo: Finis.

In nomine Vitæ summæ. Remissio peccatorum sit Adamo Zuhrun bar Scharat, & uxori meæ Mudalal fat Scharat, & uxori meæ alteri Samro fat Scharat! Inter aquas & aquas

Tr. 13.  
de scriba Javar  
vlt - ascensio  
sua, missio  
predicatoris  
et acceptatio  
in coelis



i. e. superiores & inferiores sedens ego Denanukt, *sisi, homo doloris*  
 scriba sapiens, scriba atramenti divini, præstans, gloriosus &  
 augustus, Oeconomi in hac fabrica mundana, Maximique  
 natu in hoc ædificio, in templo sublimi & in domicilio infimo.  
 Hæ meæ literæ in meas manus mihi missæ, & literæ meæ me-  
 moriæ super duobus meis brachiis. Ego literis novis exercita-  
 tus, antiquis eruditus, sentiens, discernens, & dijudicans, quic-  
 quid fuit, est & erit. Venit Dizaj Zuto \*), & coram me pro-  
 cubuit. Cui, quod meditabar, aperui. Inquirens ille Zuto;  
 sua vero negotia superba, suaque verba tumida. Inquirens ille  
 in res sublimes dixit: ubi Vita æterna, justitia præexistens,  
 splendor, lux, mors, vita, caligo, lux, error, veritas, destructio,  
 ædificatio, plaga, sanatio, vir excellens, natuque major cæli &  
 terræ conditore? Respondit Denanukt ad rogatum a Dizaj Zuto  
 factum: mihi dijudicanti est vita æterna, mihi justitia præexistens,  
 mihi splendor, mihi lux, mihi error, mihi veritas, mihi destructio,  
 mihi ædificatio, mihi plaga, mihi sanatio, mihi hic vir excel-  
 lens, natuque major cæli terræque conditore. Prehendi hunc  
 Dizaj Zuto, eumque igne frixi. Inter aquas & aquas sedens  
 ego Denanukt, scriba sapiens, scriba atramenti divini, præ-  
 stans, gloriosus & augustus, Oeconomi in hac fabrica munda-  
 na, Maximique natu in hoc ædificio, in templo sublimi, & in  
 domicilio infimo. Hæ meæ literæ in meas manus mihi missæ,  
 & literæ meæ memoriæ super duobus meis brachiis. Ego lite-  
 ris novis exercitatus, antiquis eruditus, sentiens, discernens &  
 dijudicans, quicquid fuit, est & erit. Venit Dizaj Zuto, & co-  
 ram me procubuit. Cui, quod meditabar, aperui. Inqui-

\*) Vi suæ appellationis Planta mea Parva.



rens ille Zuto; sua vero negotia superba, auaque verba tumida. Inquirens ille in res sublimes dixit: ubi vita æterna, justitia præexistens, splendor, lux, mors, vita, caligo, lux, error, veritas, destructio, ædificatio, plaga, sanatio, vir excellens natuque major cœli & terræ conditore? Respondit Denanukt ad rogatum a Dizaj Zuto factum: mihi est vita æterna, mihi justitia præexistens, mihi splendor, mihi lux, mihi error, mihi veritas, mihi destructio, mihi ædificatio, mihi plaga, mihi sanatio, mihi hic vir excellens, natuque major cœli terræque conditore. Prehendi Dizaj Zuto, eumque in aquam immersi. Inter aquas & aquas sedens ego Denanukt, scriba sapiens, scriba atramenti divini, præstans, gloriosus & augustus, Oeconomi fabricæ mundanæ in hac fabrica, Maximique natu in hoc ædificio, in templo sublimi, & in domicilio infimo. Hæ literæ meæ in meas manus mihi missæ, & literæ meæ memoriæ super duobus meis brachiis. Ego literis novis exercitatus, antiquis eruditus, sentiens, discernens & dijudicans, quicquid fuit, est & erit. Venit Dizaj Zuto, & coram me procubuit. Cui, quod meditabar, aperui. Inquirens ille Zuto; sua vero negotia superba, suaque verba tumida. Inquirens ille in res sublimes dixit: ubi vita æterna, justitia præexistens, splendor, lux, mors, vita, caligo, lux, error, veritas, destructio, ædificatio, plaga, sanatio, vir excellens, natuque major cœli & terræ conditore? Respondit Denanukt ad rogatum a Dizaj Zuto factum: mihi est vita æterna, mihi justitia præexistens, mihi splendor, mihi lux, mihi error, mihi veritas, mihi destructio, mihi ædificatio, mihi plaga, mihi sanatio, mihi hic vir excellens, natuque major cœli terræque conditore. Prehendi Dizaj Zuto,

كبريت ۱۵۰ صمغ حبش ۱۵۰ اذوقه صمغ ۱۵۰ روغن صندل ۱۵۰  
 روغن زنبق ۱۵۰ روغن زرد ۱۵۰ روغن كحل ۱۵۰ روغن نعناع ۱۵۰  
 روغن سداب ۱۵۰ روغن صندل ۱۵۰ روغن كحل ۱۵۰ روغن نعناع ۱۵۰  
 روغن سداب ۱۵۰ روغن صندل ۱۵۰ روغن كحل ۱۵۰ روغن نعناع ۱۵۰  
 روغن سداب ۱۵۰ روغن صندل ۱۵۰ روغن كحل ۱۵۰ روغن نعناع ۱۵۰  
 روغن سداب ۱۵۰ روغن صندل ۱۵۰ روغن كحل ۱۵۰ روغن نعناع ۱۵۰  
 روغن سداب ۱۵۰ روغن صندل ۱۵۰ روغن كحل ۱۵۰ روغن نعناع ۱۵۰  
 روغن سداب ۱۵۰ روغن صندل ۱۵۰ روغن كحل ۱۵۰ روغن نعناع ۱۵۰  
 روغن سداب ۱۵۰ روغن صندل ۱۵۰ روغن كحل ۱۵۰ روغن نعناع ۱۵۰  
 روغن سداب ۱۵۰ روغن صندل ۱۵۰ روغن كحل ۱۵۰ روغن نعناع ۱۵۰  
 روغن سداب ۱۵۰ روغن صندل ۱۵۰ روغن كحل ۱۵۰ روغن نعناع ۱۵۰  
 روغن سداب ۱۵۰ روغن صندل ۱۵۰ روغن كحل ۱۵۰ روغن نعناع ۱۵۰  
 روغن سداب ۱۵۰ روغن صندل ۱۵۰ روغن كحل ۱۵۰ روغن نعناع ۱۵۰  
 روغن سداب ۱۵۰ روغن صندل ۱۵۰ روغن كحل ۱۵۰ روغن نعناع ۱۵۰  
 روغن سداب ۱۵۰ روغن صندل ۱۵۰ روغن كحل ۱۵۰ روغن نعناع ۱۵۰  
 روغن سداب ۱۵۰ روغن صندل ۱۵۰ روغن كحل ۱۵۰ روغن نعناع ۱۵۰  
 روغن سداب ۱۵۰ روغن صندل ۱۵۰ روغن كحل ۱۵۰ روغن نعناع ۱۵۰

\*) Praetermissura Stantium

eumque ab umbraculis matutini temporis usque ad magna teg-  
 mina vesperæ transegi. Venit Avat Spiritus Venerens, meoque  
 in habitaculo stans mihi dixit: quare sedes, Denanukt? cur  
 tibi hæc insania? Ego sum vita æterna, justitia præexistens,  
 splendor, lux, mors, vita, caligo, lux, error, veritas, destru-  
 ctio, ædificatio, plaga, sanatio, vir excellens, natuque major  
 cœli & terræ conditore. Socium inter reges non habeo, nec  
 ulla alia in meo regno corona, nec ullus hominis filius, qui  
 mihi edictum in atra hac caligine dederit. Venit jam Din, rex  
 Genius choros ducentium, qui hunc Denanukt ex uno corpore  
 educum in aliud corpus misit: eum ventis, ventis sigillatim  
 tollentibus, certatim portantibus, gradatim evehentibus, & in  
 custodia ꝑ Nebaz Hajlo constituentibus. Dominus ille cali-  
 ginis: orbis amplius suæ terræ est thronus super placenta  
 continentis structus: sui pedes ad loca perditionis infima, ma-  
 ria omnia, orasque extremas, volventibus fluctibus per-  
 cussas, pertingentes: ipsique millia millia & myriades myriä-  
 des scortorum serviunt. Quo viso, mecum cogitavi: procum-  
 bens eum adorabo, & summisso mei habitu celebrabo. Id vero  
 mihi non permisit Din, rex Genius, meus comes, qui dixit:  
 quem adores, Denanukt? cui habitum tui summittas? quem  
 celebres? Vita summa, domusque Patris maximi, æterni, sit  
 tibi in oculis. Hunc Denanukt venti venti sigillatim sustu-  
 lerunt, certatim portarunt, gradatim evexerunt, & in custodia  
 ꝑ Zan Hazazban constituerunt. Armatus ille, accinctus rex  
 iræ, fortis & destruens: suus thronus ad partem cœli positus:  
 dicens ille furi, furare; dicens vero patrifamilias, furti secu-  
 rus surge; ita alloquens furem propter eandem, sed





patrem familias propter jacturam: ipsique millia millia stantium & myriades myriades scortorum serviunt. Quo viso, mecum cogitavi: procumbens eum adorabo, summissoque mei habitu celebrabo. Id vero mihi non permisit Dîn, rex Genius, meus comes, qui dixit: quem adores, Denanukt? cui habitum tui summittas? quem celebres? Vita summa, æternæ, domusque Patris maximi, æterni, sit tibi in oculis. Hunc Denanukt venti venti sigillatim sustulerunt, certatim portarunt, gradatim evexerunt, & in custodia Spiritus Avat constituerunt. Mater illa puellarum corruptricium, mater meretricum, domina interioris, quæ caliginis est, testudinis: consistens illa se heram, quamvis heram non sit, jactat: quomodo &, quæ virgines non sunt, virgines se ostentant: quantum pectora detecta, laciniaque accisæ, quarum capiti corona lasciviæ & scortationis imposita, quæ capientes cor Deorum, capientes admirationem hominum, viros conjectu oculorum, mulieres corde libidinoso capiunt: ipsique millia millia stantium & myriades myriades scortorum serviunt. Quo viso, mecum cogitavi: procumbens eum adorabo, & summisso mei habitu celebrabo. Id vero mihi non permisit Dîn, rex Genius, meus comes, qui dixit: quem adores, Denanukt? cui habitum tui summittas? quem celebres? Vita summa, domusque Patris maximi, æterni, sit tibi in oculis. Hunc Denanukt venti venti sigillatim sustulerunt, certatim portarunt, gradatim evexerunt, & in custodia 78 Himun potentis constituerunt. Cui millia millia stantium & myriades myriades scortorum serviebant. Quo viso, mecum cogitavi: procumbens eum adorabo, summissoque mei habitu celebrabo. Id vero mihi non permisit Dîn, rex Genius, meus comes, qui dixit: quem



adores, Denaukt? cui habitum tuum summittas? quem celebres? Vita summa, domusque Patris maximi, æterni, tibi sit in oculis. Hunc Denaukt venti venti sigillatim sustulerunt, certatim portarunt, gradatim evexerunt, & in custodia regis Festabilis constituerunt. Destitutus ille splendore, luce privatus, & a Vita remotus: suam caput album præ aquæ candore, sua barba præ lanæ defluvio. Qui dixit: fabricam mundi vi mea condidi, templum suum meis viribus adornavi, lunam in mundi computationem dedi, solem hominibus ministerio dedi. Quæ res magna, orique celebrata, non manu mea facta est? Hunc Denaukt venti venti sigillatim sustulerunt, certatim portarunt, gradatim evexerunt, eumque in custodia regis Abatur, natu grandis, excelsi, occulti & abditum, collocarunt. Contemplans videbam millia millia stantium, & myriades myriades sedentium: qui omnes splendore vestiti, luce operti, corona innocentiae posita in capite ornati, in thronis mansuetudinis sedentes, & conciones, orationes, precesque arcanas eloquentes. Contemplans videbam mille mille thronos, in quibus positæ, stratæ, & diffusæ stolæ splendoris, puræque tiaræ lucis fuerunt. Dixit Denaukt: in hac custodia animo afflictus, motus & agitatus fui. Quem vero Din, rex Genus, allocutus est. Si ad septem custodias mortis te, Denaukt, duxerim, neque super octava exitii animo afflictus & commotus fueris, quid videns animo afflictus, commotus & agitatus fuisti? Respondit Denaukt regi Genio Din: vidi millia millia stantium, & myriades myriades sedentium; qui omnes splendore vestiti, luce operti, corona innocentiae posita in capite ornari, in thronis mansuetudinis sedentes, & conciones, orationes precesque



que arcanas eloquentes. Vidi mille mille thronos, in quibus atratae & diffusae stolae splendoris, magnae tiarae lucis fuerunt. Vidi Vitam aeternam, vidi justitiam praesistentem, vidi mortem, vidi vitam, vidi caliginem, vidi destructionem, vidi lucem, vidi errorem, vidi veritatem, vidi aedificationem, vidi plagam, vidi sanationem, vidi virum excellentem, caeli terraeque conditore natu majorem. Dixit Din, rex Genius, huic Denanukt: hi throni sunt custodiae earum animarum, quae patre & matre caruerunt, post mille vero annos in familiam patris matrisque casurae, & tunc in mundum progressurae, operculo carnis indutae, at, confecto earum spatio, e mundo exiturae, quae deinde stolis splendoris vestitae, tiarisque magnis lucis opertae, in thronis mansuetudinis sedebunt, & conciones, orationes, precesque arcanas eloquentur. Respondit Denanukt regi Genio Din: quis meus thronus? Regessit rex Genius Din: tua vestis stola splendoris, tua tiara magistra lucis, tua corona hilaris vitis, cujus germen non flaccescet, cujusque folia non decident. Et addidit idem rex Genius Din: i in mundum malorum, regni que omnis locum, i, tuas literas igne combure, literasque tuas memoriae in aquam demerge, progredere in mundum, praerege vocem vitae, doce discipulos per 60 annos & 60 menses, atque, confecto tuo spatio, veniens stolam splendoris indues, tiara magna lucis te operies, coronam hilarem tuo capiti impones, in mansuetudinis throno sedebis, & conciones, orationes, precesque arcanas inter Genios tuos fratres, filios lucis, proferes. Denanukt respondit regi Genio Din: in limine domus Vitae pulverem potius ederim, quam disparans in mundum malorum, regni que omnis magnum

اَنْتِمْ كُنْتُمْ فِي سَبِيلِ اللَّهِ فَالْحَمْدُ لِلَّهِ الَّذِي  
 مَخْلَقَكُمْ فِي كُلِّ جَسَدٍ مِنْكُمْ وَهُوَ الْعَلِيمُ الْحَكِيمُ  
 الَّذِي يَخْتَارُ مَا يَشَاءُ لِمَنْ يَشَاءُ مِنْ رِجَالِهِ  
 بِمَا يَشَاءُ وَسَيُجْزِيهِمْ بِمَا كَانُوا يَكْسِبُونَ  
 وَتِلْكَ آيَاتُ اللَّهِ الَّتِي نَقُولُ بِهَا مَا نَشَاءُ  
 لِمَنْ نَشَاءُ مِنْ رِجَالِنَا وَلَقَدْ كَرَّمْنَا  
 بَنِي إِسْرَائِيلَ إِذْ وَكَّلْنَا لَهُمُ الْأَنْبِيَاءَ  
 وَآتَيْنَاهُمُ الْكِتَابَ وَالْحِكْمَ وَأَتَيْنَاهُمُ  
 الرِّيحَ الْمُرْسَلَةَ وَاللَّيْلَ وَالنَّجْمَ الْمُبِينَ  
 وَإِذْ قَالَ عِيسَى ابْنُ مَرْيَمَ يَا قَوْمِ  
 اللَّهِ إِنِّي رَسُولُ اللَّهِ إِلَيْكُمْ وَإِنِّي  
 كُنْتُ مِنَ الْمُرْسَلِينَ فَوَقَّعْنَا لَهُ الْأَقْصَى  
 وَتِلْكَ الْأَرْضُ الَّتِي بَارَكْنَا فِيهَا  
 لِمَنْ يَشَاءُ مِنْ عِبَادِنَا أَفَلَا يَتَذَكَّرُونَ  
 وَإِذْ جَاءَ الْكَلْبَاقُ فَاتَّخَذْنَا لِقَوْمِ  
 الْيَمِينِ أَسِنَّةً يَنْسِفُهَا الَّذِينَ فِيهَا  
 فِي الْأَرْضِ فَإِذْ هُمْ يُجْرُونَ وَأَنْذَرْنَا  
 قَوْمَهُمْ هَالِكِينَ وَإِذْ جَاءَ يُونُسَ فِي  
 بَيْتِهِ وَوَاعَدَهُ رَبُّهُ السَّمْعَ وَالْأَبْصَارَ  
 وَجَاءَهُ بِالْحَقِّ الْبَاطِنِ وَأَنْذَرْنَا  
 قَوْمَهُمْ هَالِكِينَ وَإِذْ جَاءَ الْفِرْعَوْنَ  
 فَسَوَّغْنَا لَهُ فِي الْحَقِّ الْكُفْرَ فَأَخْرَجْنَا  
 مَاءً مِلْحًا لَهُمْ وَسَخَّرْنَا لِقَوْمِهِ الْأَنْبِيَاءَ  
 فَضَلَّوْا مِنْهُمْ وَقَتَلُوا الْأَنْبِيَاءَ  
 حَرْبًا كَانُوا يَكْسِبُونَ وَإِذْ جَاءَ  
 الْيَهُودَ إِذْ وَكَّلْنَا لَهُمُ الْحَنَافِيَّةَ

locum abierim. Din rex Genius dixit: insipiens qui non fuit, sapiens, deficiens qui non fuit, præstans, hi in limine domus vitæ pulverem non edent, sed quod bonum edent, & quod quietum expetent. I te abditurus in mundum malorum, omnisque regni locum, tuas literas igne combure, literasque tuas memoriæ in aquam demerge, progredere in mundum, prælege vocem vitæ, doce discipulos per 60 annos & 60 menses, atque, confecto tuo spatio, veniens stolam splendoris indues, tiara magna lucis te operies, coronamque hilarem tuo capiti impones. Denanukt respondit: aperui meos oculos, sustuli mea supercilia, contemplans vidi mille mille heros, stantes in sole, mihiq̄ue illacrimantes, & myriades myriades herarum, stantium in aprico diei, mihi plangentium & illacrimantium. Quibus dixi: ite, heri, mihi plangentes & illacrimantes, ite, vobismetipsi illacrimamini, heræ, mihi plangentes & illacrimantes, ite, vobismetipsæ plangite & illacrimamini. Non vidistis, quæ meis oculis vidi, nec audiistis, quæ aures meæ audierunt. Surrexit posthæc Denanukt, & vocatæ uxori suæ Nurajto dixit: mihi has literas sumtas igne combure, literasque has meæ memoriæ in aquam demerge. Uxor Nurajto, seposita mea filiâ, sedens dixit: Denanukt errat, Denanukt errat. An filius regum sic nugatus est. Surgens tum Denanukt, ipse has literas igne combussit, memoriæque literas in aquam demersit, exiit in hunc mundum, pronuntiavit vocem vitæ, discipulosque per 60 annos, 60 menses, & 60 dies docuit. Quem vero, confecto suo spatio, corpore egressum ad portam domus vitæ evexerunt. Atque ipsi petenti, ut portam domus vitæ sibi aperirent, portam domus vitæ aperuerunt. Quo facto,





conspiciendum ei Bar Gudo, dominum veritatis, præbuerunt, & excusso suo indumento, eum stola splendoris vestierunt, & tiara magna lucis operuerunt: quomodo & allatam coronam ex læta vitæ factam suo capiti imposuerunt. Stabat jam Denanukt in loco vitæ, in loco omnis splendoris, in loco omnis lucis. Et consistens ille magna virtute, celebravit Vitam summam, & præstantem rectamque naturam, ipsi similem, dicens: gradu hoc, quo ego ascendi, ascendent & venient omnes Nasaræi justii, fideles & mitis, atque recte ii constituti, ore lucis summæ, primæ, confirmabuntur. Permanens Vita in luce, rectusque Nuntius vitæ in puritate. Vita pura omnibus operibus.

In nomine Vitæ summæ. Illucescat ingenium, intelligendi & sciendi facultas Adamo Zuhrun bar Scharat, uxori meæ Mudalal fat Scharat, alterique meæ uxori Samro fat Scharat Prudentia hæc, & quæstiones, quas explicuit, dicendoque declaravit Jahia filius Zachariæ Nasaræis justis & fidelibus. Hæc præcepit. Si opes habueris, præbeas te spectabilem beneficentia, spectabilem omnibus operibus, sicut rex, qui, coronato capite suo, bellum in mundo adversus improbos ac mendaces, caliginis hospites, gerit. Si opes non habueris, referas spectabilis tua beneficentiâ Nasaræum verum, & quidem agricolam, qui subigens terram colensque, cedros ex illa producit. Excipe hospitio pacificos, subveni pro facultate spectatis beneficentia, eorumque innocentiam invenies. Arma eorum, qui beneficentia spectati sunt, veracitas, fides, rectitudo, scientia, judicium, sapientia, prudentia, disciplina, veritas, precatio, laus, merces, benevolentia, mansuetudo, bonitas, summissio, æquitas,

T. 14.  
Præcepta

۱. ۲. ۳. ۴. ۵. ۶. ۷. ۸. ۹. ۱۰. ۱۱. ۱۲. ۱۳. ۱۴. ۱۵. ۱۶. ۱۷. ۱۸. ۱۹. ۲۰. ۲۱. ۲۲. ۲۳. ۲۴. ۲۵. ۲۶. ۲۷. ۲۸. ۲۹. ۳۰. ۳۱. ۳۲. ۳۳. ۳۴. ۳۵. ۳۶. ۳۷. ۳۸. ۳۹. ۴۰. ۴۱. ۴۲. ۴۳. ۴۴. ۴۵. ۴۶. ۴۷. ۴۸. ۴۹. ۵۰. ۵۱. ۵۲. ۵۳. ۵۴. ۵۵. ۵۶. ۵۷. ۵۸. ۵۹. ۶۰. ۶۱. ۶۲. ۶۳. ۶۴. ۶۵. ۶۶. ۶۷. ۶۸. ۶۹. ۷۰. ۷۱. ۷۲. ۷۳. ۷۴. ۷۵. ۷۶. ۷۷. ۷۸. ۷۹. ۸۰. ۸۱. ۸۲. ۸۳. ۸۴. ۸۵. ۸۶. ۸۷. ۸۸. ۸۹. ۹۰. ۹۱. ۹۲. ۹۳. ۹۴. ۹۵. ۹۶. ۹۷. ۹۸. ۹۹. ۱۰۰. ۱۰۱. ۱۰۲. ۱۰۳. ۱۰۴. ۱۰۵. ۱۰۶. ۱۰۷. ۱۰۸. ۱۰۹. ۱۱۰. ۱۱۱. ۱۱۲. ۱۱۳. ۱۱۴. ۱۱۵. ۱۱۶. ۱۱۷. ۱۱۸. ۱۱۹. ۱۲۰. ۱۲۱. ۱۲۲. ۱۲۳. ۱۲۴. ۱۲۵. ۱۲۶. ۱۲۷. ۱۲۸. ۱۲۹. ۱۳۰. ۱۳۱. ۱۳۲. ۱۳۳. ۱۳۴. ۱۳۵. ۱۳۶. ۱۳۷. ۱۳۸. ۱۳۹. ۱۴۰. ۱۴۱. ۱۴۲. ۱۴۳. ۱۴۴. ۱۴۵. ۱۴۶. ۱۴۷. ۱۴۸. ۱۴۹. ۱۵۰. ۱۵۱. ۱۵۲. ۱۵۳. ۱۵۴. ۱۵۵. ۱۵۶. ۱۵۷. ۱۵۸. ۱۵۹. ۱۶۰. ۱۶۱. ۱۶۲. ۱۶۳. ۱۶۴. ۱۶۵. ۱۶۶. ۱۶۷. ۱۶۸. ۱۶۹. ۱۷۰. ۱۷۱. ۱۷۲. ۱۷۳. ۱۷۴. ۱۷۵. ۱۷۶. ۱۷۷. ۱۷۸. ۱۷۹. ۱۸۰. ۱۸۱. ۱۸۲. ۱۸۳. ۱۸۴. ۱۸۵. ۱۸۶. ۱۸۷. ۱۸۸. ۱۸۹. ۱۹۰. ۱۹۱. ۱۹۲. ۱۹۳. ۱۹۴. ۱۹۵. ۱۹۶. ۱۹۷. ۱۹۸. ۱۹۹. ۲۰۰. ۲۰۱. ۲۰۲. ۲۰۳. ۲۰۴. ۲۰۵. ۲۰۶. ۲۰۷. ۲۰۸. ۲۰۹. ۲۱۰. ۲۱۱. ۲۱۲. ۲۱۳. ۲۱۴. ۲۱۵. ۲۱۶. ۲۱۷. ۲۱۸. ۲۱۹. ۲۲۰. ۲۲۱. ۲۲۲. ۲۲۳. ۲۲۴. ۲۲۵. ۲۲۶. ۲۲۷. ۲۲۸. ۲۲۹. ۲۳۰. ۲۳۱. ۲۳۲. ۲۳۳. ۲۳۴. ۲۳۵. ۲۳۶. ۲۳۷. ۲۳۸. ۲۳۹. ۲۴۰. ۲۴۱. ۲۴۲. ۲۴۳. ۲۴۴. ۲۴۵. ۲۴۶. ۲۴۷. ۲۴۸. ۲۴۹. ۲۵۰. ۲۵۱. ۲۵۲. ۲۵۳. ۲۵۴. ۲۵۵. ۲۵۶. ۲۵۷. ۲۵۸. ۲۵۹. ۲۶۰. ۲۶۱. ۲۶۲. ۲۶۳. ۲۶۴. ۲۶۵. ۲۶۶. ۲۶۷. ۲۶۸. ۲۶۹. ۲۷۰. ۲۷۱. ۲۷۲. ۲۷۳. ۲۷۴. ۲۷۵. ۲۷۶. ۲۷۷. ۲۷۸. ۲۷۹. ۲۸۰. ۲۸۱. ۲۸۲. ۲۸۳. ۲۸۴. ۲۸۵. ۲۸۶. ۲۸۷. ۲۸۸. ۲۸۹. ۲۹۰. ۲۹۱. ۲۹۲. ۲۹۳. ۲۹۴. ۲۹۵. ۲۹۶. ۲۹۷. ۲۹۸. ۲۹۹. ۳۰۰.

\*) Lege

exploratio, seraxitas, providentia, sollertia, puritas, innocentia,  
 concordia, clementia, gratia, ratio, lenitas vitæ, veracitatisque  
 amor. Hæc summa tuæ veracitatis: ne corrupas tuum dictum,  
 nec falsitatem ac mendacium ames. Summa tuæ fidei: adhi-  
 be fidem regi lucis, qui in quovis justo inest & manet. Sum-  
 ma tuæ rectitudinis: te ipsum judica. Summa tuæ scientiæ:  
 rebus alienis ne te misceas. Summa tui judicii: probro  
 ne te tradas. Summa tuæ sapientiæ: famæ alienæ ne detra-  
 has, neque pacificis irrideas. Summa tuæ prudentiæ: verbum  
 tui Domini discerne & dijudica. Summa tuæ disciplinæ: quod  
 jure meritoque bonis doctoribus datur, iis ne subtrahas.  
 Summa tuæ veritatis: ne mutes tuum dictum in id, quod  
 tuum non sit i. e. fidem ne fallas. Summa tuæ preca-  
 tionis & laudis: quod insanis sit, ne ames. Summa tuæ be-  
 neficentiæ & bonitatis: stipem aquamque esurientibus ac si-  
 tientibus eroga. Summa tuæ mansuetudinis: usuram ne acci-  
 pias, neque iracunde aut contumaciter agas. Summa tuæ hu-  
 militatis: nomen tui Domini a tuo ore non recedat. Summa  
 tuæ æquitatis: intende animum, præceptaque sapientum acci-  
 pe. Summa tuæ disquisitionis: ne dicas aliquid, quod nescias.  
 Summa tuæ jucunditatis: cara, ut cuilibet magni habearis.  
 Summa tuæ providentiæ: nosce tuum cogitatum, deinde lo-  
 quere. Summa rectæ tuæ indolis: ne concupiscas & capias,  
 quod tuum non sit. Summa tuæ puritatis: impuris ne te  
 tradas. Summa tuæ innocentie: innocentem te præsta, nec,  
 quod odiosum sit, ames. Summa tuæ æquitatis: usuram ne  
 ab eo, qui te major sit, sumas. Summa tuæ clementiæ: cle-  
 menter animas afflictorum & vexatorum tracta. Summa tuæ

١٤٧١١٠٢٠٣٠٤٠٥٠٦٠٧٠٨٠٩٠١٠١١٠١٢٠١٣٠١٤٠١٥٠١٦٠١٧٠١٨٠١٩٠٢٠٢١٠٢٢٠٢٣٠٢٤٠٢٥٠٢٦٠٢٧٠٢٨٠٢٩٠٣٠٣١٠٣٢٠٣٣٠٣٤٠٣٥٠٣٦٠٣٧٠٣٨٠٣٩٠٤٠٤١٠٤٢٠٤٣٠٤٤٠٤٥٠٤٦٠٤٧٠٤٨٠٤٩٠٥٠٥١٠٥٢٠٥٣٠٥٤٠٥٥٠٥٦٠٥٧٠٥٨٠٥٩٠٦٠٦١٠٦٢٠٦٣٠٦٤٠٦٥٠٦٦٠٦٧٠٦٨٠٦٩٠٧٠٧١٠٧٢٠٧٣٠٧٤٠٧٥٠٧٦٠٧٧٠٧٨٠٧٩٠٨٠٨١٠٨٢٠٨٣٠٨٤٠٨٥٠٨٦٠٨٧٠٨٨٠٨٩٠٩٠٩١٠٩٢٠٩٣٠٩٤٠٩٥٠٩٦٠٩٧٠٩٨٠٩٩٠١٠٠

laudis: celebra locum, unde venisti. Summa tuæ lenitatis: memento \*) diei, quo tuo corpore exhibis. Summa tui amoris: collige amorem justitiæ erga fratres bonos, quibus amor tui Domini magnopere suppetit. Justitia tua similis bilancibus juste appensis, quibus nulla motitatio inest. Rectus similis est judicii veritatis, cujus sermone mendacium non inest. Fidelis similis est agricolæ, qui seminans, fructus bonos & speciosos profert. Sciens similis est architecto perito, qui fabricam suam construens, omni eam ornatu distinguit. Perspicax similis est pictori, qui imagines omnis pulchritudinis effingit. Sapiens similis est artificio perito, qui rei omnis intelligens est. Perspicax, instruens & instructus literis, similis est lucernæ lucenti, quæ, quicquid a sinistra & dextra fuerit, illuminat. Verax est similis monti excelso, quem suo loco dimovere venti nequeunt. Spectatus precatione gratiarumque actione similis est mercatori, qui multiplicando millies lucrum auget. Bonus, stipem erogans, similis est mensæ satis superque instructæ, & coram esurientibus positæ. Mansuetus similis est fructui dulci & svavi. Humilis est similis aquæ decidua, & huc illuc pro volantate sui Domini diffusæ, translata, & ordinata. Instructus literis est similis comæ arboris insigni, cultæ, coronatæ & concinnæ. Jucundus est similis monti uvarum, arborum & aromatum svavium feraci. Providens est similis custodi integræ fidei, qui in toto suo officio non reprehenditur. Sollers est similis cibo, qui imbutus sapore omnis fructus fuit. Purus similis est fonti pure indolis,

\*) Hoc aut simile verbum deficit.

١٥ ٢٦ ٢٧ ٢٨ ٢٩ ٣٠ ٣١ ٣٢ ٣٣ ٣٤ ٣٥ ٣٦ ٣٧ ٣٨ ٣٩ ٤٠ ٤١ ٤٢ ٤٣ ٤٤ ٤٥ ٤٦ ٤٧ ٤٨ ٤٩ ٥٠ ٥١ ٥٢ ٥٣ ٥٤ ٥٥ ٥٦ ٥٧ ٥٨ ٥٩ ٦٠ ٦١ ٦٢ ٦٣ ٦٤ ٦٥ ٦٦ ٦٧ ٦٨ ٦٩ ٧٠ ٧١ ٧٢ ٧٣ ٧٤ ٧٥ ٧٦ ٧٧ ٧٨ ٧٩ ٨٠ ٨١ ٨٢ ٨٣ ٨٤ ٨٥ ٨٦ ٨٧ ٨٨ ٨٩ ٩٠ ٩١ ٩٢ ٩٣ ٩٤ ٩٥ ٩٦ ٩٧ ٩٨ ٩٩ ١٠٠

qui nihil sordidi accipit. Innocens est similis lucernæ pollutæ, qua quævis facies distinguitur. Propitius, propitium se præbens, similis est soli, qui bonis malisque lucet. Benignus similis est vento jucundo, qui omnibus portis & fenestris afflat. Ratiocinator, meditans, suumque statum ad calculos vocans, similis est equiti, armis victo, cogitanti autem & reputanti secum: quando meis vinculis solvar? Qui plenus amore justitiæ, similis est patri bono, qui suis filiis natisque sine mercede gratificatur. Cauti, mei electi & fideles, estote, & abstinete a fraude, iniquitate, falsitate, mendacio, dolo, perfidia, motitatione trutinæ, malitia, perversitate, errore, tumultu, arte obscura, infidelitate, asperitate, stultitia, cantu, opprobrio, scortatione, commistione improba, mala venere, magnitudine spiritus, oculorum fastu, ebrietata, saltu, deceptione, libidine & ardore, quo homines capiuntur, invidia, zelo, tribulatione, inimicitia, impudentia, ira, acerbitate, contumacia, fornicatione, direptione diripientium, oppressione opprimentium, diripientium & spoliantium pauperes, sordibus & contactu corporum immundorum, arrogantia & contemptu eorum, qui pauperes arroganter & contemptim tractant. Pacificis præcepta Domini vestri prædicare. Dolosus similis est majzo, per suam fraudem obumbranti. Iniquus similis est malo punico, extrinsecus aspectu hilari, intus cumini pleno. Falsificus similis est passeri, passeri fero, qui deducens suos socios in gluten, suosque in universum amicos in mortem traducit. Mendax similis est inimico, qui speciem amici referens, quod jus novit, illius vocem pervertit. Fallax similis est mari rapaci, quod naviculas suas rapit. Malus similis est





amara arbori, quæ faustus pharmaci mortiferi, non vero fructus bonos, profert. Peccans similis est puteo, aqua putida scatenti, felle & amaritudine scatenti. Turbator similis est lateri argillaceo, quo agitato in aqua, turbida hæc remanet. Durus similis est calculo, inter viriditates herbescentes non virescenti. Stultus similis est fluctui, qui subter te desidens, superque te cadens, te fallit. Fastuosus similis est populo illustri, quæ comâ eminens, domino fructus non profert & reddit. Contumax similis sarragini incensæ, indulgentiæ & benevolentia carens. Acerbus refert aloëm, quæ in dulcem panem placentamque cadit. Superbus similis est igni ardenti, quem ventus ventilat. Sapiens incompositus ut domus sine umbra. Sapiens sine ordine ut hera sine veste. Sapiens non summissus ut lucerna non polita. Sapiens sine moderatione ut equus sine ephippio. Sapiens non jucundus ut cibus sine sapore. Sapiens non quietus, ut turma sine rege. Sapiens imperfectus ut mensa non ornata. Sapiens non rectus ut domus non apparatus. Sapiens ineptus ut vas coctile sine ore. Sapiens, nihil memoriae prodens, ut terra nihil reddens. Sapiens non cautus ut navicula sine classiariis. Sapientis in quantum vox summissa, illius sermo perspicuus est, ut etiam, quam dicit, salus antevertit; stulti vero in quantum vox elata, illius sermo turbatus est, & ambulans ille arroganter ambulat, pacemque apice sui digiti reddit. Sapientis in quantum sermo compositus, quævis honesta facta sociat; stulti vero in quantum sermo mendax, quævis opera mala sociat. Sapiens in quantum suo colloquio integer, in omnibus epulis, quas instruit, rectus est, asperæque conditionis compertum quemvis ille sapiens

حده كسره فمكتوبا قهلا حب ثم حقه كسره نكح موهنا  
 بحلا حوايه فمكتوبه زينا ههنا نكح حب امكح ربنا  
 قديه ربنا نكح حب نكح محمكح حبسه مكنا فقهكح  
 قهلا حب امكح ربنا قديه مدهه زينا مكح موهنا  
 موهنا كسه فمكتوبا نكح بلانها انكها نكح مكه  
 نكح زينا قهلا ههنا حب موهنا او فمكتوبه حب نكح  
 مكنا انكح حبها مكنا او موهنا حب قهلا فمكتوبه  
 حب مككح قهلا نكح قهلا امر ككلا فمكتوبا لا زينا  
 قهلا نكح قهلا امر نهنا كسه قهلا نكح قهلا امر  
 قهنا دونه صهنا قهلا نكح قهلا امر مكنا نكح ككنا قهلا  
 نكح قهلا امر مكنا ككنا قهلا نكح قهلا امر  
 قهنا موهنا ككنا قهلا نكح قهلا امر قهنا ككنا  
 قهلا نكح قهلا امر قهنا ككنا قهلا نكح قهلا امر  
 امر موهنا ككنا قهلا نكح قهلا امر موهنا  
 حب مكنا قهلا نكح قهلا امر مككنا ككنا موهنا  
 انكح قهلا موكح حقه كسره فمكتوبه قهلا موهنا  
 موهنا قديه زينا بحلا نكح زينا حب موهنا قهلا لامكح  
 موهنا نكح موهنا قهلا موهنا لامكح قهلا موهنا  
 فمكتوبا فمكتوبه حب مككح لامكح حب موهنا  
 مككح لامكح موهنا لامكح حب موهنا انكح لامكح  
 انكح مككح ربنا لامكح موهنا لامكح موهنا

hospitio excipit, mensamque cuius pacifico præbet; stultus vero in quantum suo ore rationes iniquitatis subducit, sua manu cruciatus & extremas necessitates admovet. Sapiens, ubi lis tibi cum eo fuerit, jus libenter tibi reddit, tuamque rem in mansuetudine & pace auget; stulti, ubi lis tibi cum eo fuerit, colloquium est confodiens, vox dura, collumque ad jactantiam porrectum. Sapiens non lætatur; quia, quod suum est, id suum non putat; stultus cum torque in collo saktat. Si cum sapiente loqueris, bonus ille bona innocentiae opera tibi disseminat; si vero cum stulto disputas, rigide ab illius fluctu volvente tractaris. Sermo sapientis stulto est, ut unda, quæ oleo non madet. Sermo sapientis stulto est ut lucerna cæco. Sermo sapientis stulto est, ut pluvia terræ sterili. Sermo sapientis stulto est, ut vestis alba mundatori camini. Sermo sapientis stulto ut ocreæ fulloni. Sermo sapientis stulto, ut oleum balsami venatori. Sermo sapientis stulto, ut dos desponsatæ data. Sermo sapientis stulto ut margarita porcis. Sermo sapientis stulto ut virgo penetrati. Sermo sapientis stulto ut prunæ ignis in aqua. Sermo sapientis stulto ut prædicator muto & surdo. Si feceris, ut stultus esariat, ille in suis stultitiis tibi maledicet; stultum vero saturando, mussitationes iniquitatis ipsi tolles & diripies. Qui sapiens dixerit, a stultis non recedo, ille caput omnium stulterum est, & nihil sapit. Stultus, qui tacet, inter sapientes numeratur. Qui tuus non est amicus, eum in tuum opus ne admittas. Cujus cor non illuminatum neque summissum, eum liberum hominem ne putes. Qui homines non oppresserit, in iudicium non vocabitur. Qui prædicat, quæ ipse non facit, similis est stulto



aut urnæ, qua sociæ suæ aquam hauserit, non \*) propinat. Qui prædicat, quæ ipse non facit, similis est viro deformi, qui ipse pictor sui imaginem effingere nequit. Qui prædicat, quæ ipse non facit, similis est fulloni, qui dealbat vestem regis, ipsi tollendam. Qui prædicat, quæ ipse non facit, similis est surdastro, qui quemvis cantorem & vatem non audit. Qui prædicat, quæ ipse non facit, similis est conditori, qui ædem sibi non condit. Qui prædicat, quæ ipse non facit, similis est decumbenti, cui decumbenti est somnium, quod inimicum occidit, qui autem somno excitatus se nihil egisse comperit. Qui prædicat, quæ ipse non facit, similis est hortulano, qui corenam sibi ipsi non plectit. Qui prædicat, quæ ipse non facit, similis est judici, qui non iudicat se ipsam, alios iudicans. Væ iis, qui prædicant, quæ ipsi non faciunt, qui alia dicunt, alia faciunt, qui extrinsecus signa fidelitatis ostendunt, intus vero perdit, corrupti sunt; quia quod faciunt, nesciunt. Qui vero beneplacitum Domini non exsequitur, propior morti, quam vitæ est. Qui vicissim pacifici, ii, quæ prædicant & audiunt, item ipsi faciunt, & quidquid os eorum eloquitur, id non fallunt. Hic est sermo sapientium, quem habuit & patefecit Jahia filius Zachariæ in Jerusalem, urbe abortivorum. Purus Javar Zivo una cum suis Sociis. Vita rebus omnibus pura.

In nomine Vitæ summæ, novissimæ. Remissio peccatorum sit Adamo Zuhrun bar Scharat, uxori meæ Mudalal fat Scharat, patri meo Ishia Baktiar bar Anhar Jasmin, & matri meæ Scharat fat Anhar. In nomine Vitæ summæ, novissimæ,

\*) Particula hæc deficit.



Responde mihi, pater, responde mihi, meque extolle, Domine, qui filius es summi nostri patris Berheje. Arcana hæc doctrina, concio & commentatio, quam Nuntius vitæ viris beneficentia spectatis, & omni Adami familiæ proposuit. Ubi Adam cum sua uxore Hava exstiterat, Spiritus Venerus in Sufat terram infimam, locum exitiosum & infimum caliginis descendens, Spiritus hic pollutionis ac profluvii cantilena Diaboli lumbos Havæ accingens, dixit: erunt dies, menses, horæ, periodi, & tempora, quibus spectati beneficentia occidendi in vincula ducentur, ita ut illorum ne unus quidem in lucem ascensurus sit, præter Aebel Zivo, qui ascendet, sacram disciplinam gratiarumque actionem ex luce allaturus. Quod consilium secretum cum Spiritus significasset, accedens Aebel Zivo, & super aquam alba margarita sublata, percutiens hanc, secum ita locutus est: intercipientur tempus, quod Spiritus ad calculos vocavit, spatio decem dierum, quindecim dierum, viginti dierum, mensis, dimidique mensis; neque enim spectati beneficentia hoc occidendi in vincula ducentur. Jurbo tum Spiritui dixit: quod omne fecisti, id Nuntius vitæ intercipient. Respondit Spiritus: est aliquid quod faciam; quo ipso creaturæ omnes capientur, discipulique desciscent. Abiens deinde Spiritus, tympano cantilænæ, lasciviæ, & defectionis parato, etiam cornua & chrySTALLINA musices instrumenta, quibus creaturæ omnes caperentur, paravit, sicut & pergens ac consistens coram Nuntio vitæ dixit: ego septem portionibus vescor, tu autem non nisi una portione vesceris. Portio, qua tu vesceris, quomodo meæ portioni comparari poterit? Nuntius vitæ respondit: cæcutiens tu, cui cor cæcutit, tuque defectu laborans,





cujus oculi lucem non vident. Vesceris septem portionibus; ego non nisi una portione vescor. Portio autem, qua ego vescor, quomodo tuæ comparari poterit? Spiritus dixit: sunt tibi Nasaræi, qui fœmori opes & divitias vertunt, qui bibunt vinum, cantilenæ, citharæ canoræ, & tibiæ indulgentes; qui vero sedentes, & lascivia strepituque epulari captivi a me ducti, nomen tuum, Nuntie vitæ, non invocant, nec stipem erogant, aut aliquid boni in hoc mundo faciunt. Quos adeo prostratos per hujus mundi possessiones labefaciam. Nuntius vitæ respondit: ii, qui hoc faciunt, in tua sede habitabunt. Enimvero Genios ex Jordano candido, Domino vitæ, advocare volo. Quos Genios item Nuntius vitæ advocavit, eis dicens: vos appello, mei filii, quos educavi, vos appello, plantæ, quas sevi, & quidem inter gentes & nationes, sermone diversas. Attendite, mei filii, meo sermoni; ne vos in caligine mugiente obseremini; vos enim in hoc mundo accingam & confirmabo; quia ex meo animo scio, quam brevis ætas, quam vero grave malam vobis incumbat? Constantes itaque vos rectitudinis coram me, qui vos a persecutione Septem Stellarium libero, stipem erogate, vocem vitæ prædicate, aliosque vestibus induite & velamentis obtegite. Si quis Nasaræus fuerit, qui plenam stipem erogare nequeat, dimidium stipis erogat, manumque in justitia coram me protendat. Quod in terra lucis, in alto sit, ego ipsi referam. Ulterius exponam vobis, spectati beneficentia, de quolibet apud Jurbā versante, de Geniis apud eum degentibus, de Zehir, Zehrun, Behir, Behrun, Tar, Tarvan, Sar, Sarvan, Nesab, Anan Nesab, & Rabo Taljo, sedente coram eo in curru, & de duobus balaustiis lucis, suo capiti impositis, quortam uni Zihan, alteri Zehazihan

... من لا ...  
 ... من لا ...  
 ... من لا ...  
 ... من لا ...  
 ... من لا ...  
 ... من لا ...  
 ... من لا ...  
 ... من لا ...  
 ... من لا ...  
 ... من لا ...  
 ... من لا ...  
 ... من لا ...  
 ... من لا ...  
 ... من لا ...  
 ... من لا ...  
 ... من لا ...  
 ... من لا ...  
 ... من لا ...  
 ... من لا ...  
 ... من لا ...  
 ... من لا ...  
 ... من لا ...

nomen. Quibus Jurbo dixit: quis vocem Vitæ æternam vincere poterit? Sicut & Jurbo Spiritui dixit: quomodo vox Vitæ in orbe existit? Quomodo vox Vitæ in meas aures cecidit? Simulac vox Vitæ in orbe existiterat, musitantem Aebel Zivo audivi. Unde mecum reputavi, quamobrem Aebel Zivo a sua gente non adscendisset. Vobis, spectati beneficentia, expono: quocumque belli tempore fulgur lætis, aërisque vehementior motus in mundo coortus fuerit, animum advertite. Nam discrimen inter caliginem & lucem intercedit; neque, ubi signa hæc & indicia Jurbo in firmamento ostenderit, timeatis. Amplius vobis, spectati beneficentia, expono: curate vosmetipsos, filios vestros, uxores vestras, plantas vestras, carnem vestram, vestramque aquam, neque eum timeatis. Ideo enim Jordanus, Dominus vitæ, Schelmaj & Nedbaj heic sunt, ut hi custodiam heic agant. Vobis ne persuadentis, fore, ut terra continens propter Jurbo pereat, & ut firmamentum sicut aquæ colluvies coëat. Sed indes, & quidem tribus vicibus, vocem peccationis proferatis; una vice post solis ortum de misericordia vestri matutina, altera vice de misericordia vestri circa septimam horam \*), & tertia vice de misericordia vestri ad vesperam. Dijudicate, neque illum Jurbo timeatis. Scilicet surgentes vos e somno, petite precibus misericordiam, ubi visa fuerit pars splendoris i. e. aurora; precamini deinde ad septimam horam; & petite demum precibus misericordiam circa vesperam. Dum sibi constabunt radii solis, precemini Potentem, ut ille obtegens hos radios, misericordia vos excipiat, vobisque thesaurum Vitæ summæ servet. Vita nobis

\*) i. e. unam horam post meridiem.

بما كتبت مني كهدني مني كي-هذي كهدني مني  
بما جعلته مني أص ما \*

بما كتبت مني كهدني مني كي-هذي كهدني مني  
بما جعلته مني أص ما \*  
بما كتبت مني كهدني مني كي-هذي كهدني مني  
بما جعلته مني أص ما \*  
بما كتبت مني كهدني مني كي-هذي كهدني مني  
بما جعلته مني أص ما \*  
بما كتبت مني كهدني مني كي-هذي كهدني مني  
بما جعلته مني أص ما \*  
بما كتبت مني كهدني مني كي-هذي كهدني مني  
بما جعلته مني أص ما \*  
بما كتبت مني كهدني مني كي-هذي كهدني مني  
بما جعلته مني أص ما \*  
بما كتبت مني كهدني مني كي-هذي كهدني مني  
بما جعلته مني أص ما \*  
بما كتبت مني كهدني مني كي-هذي كهدني مني  
بما جعلته مني أص ما \*

auxilio, Vita nobis spei, Vita nobis fortibus fiducia est. Vita permanens in sua sede & pura est.

In nomine Vitæ summæ. Remissio peccatorum sūt Adamo Zuhrun bar Scharat, supæque uxori Mudalal fat Scharat. Doctrina hæc arcana: concio hæc de supplantatione Septem Stellarium; quam manifestavit & explicuit Nuntius Vitæ in orbe terrestri; & quam ille dedit Geniis Aebel, Schetel, & Anusch; quam vero hi, Aebel, Schetel & Anusch amantibus suorum nominum impertierunt. Aperuit hic artem obscuram & apostasiam Septem Stellarium. Cœtum primum Kivan in conspectu omnium Stellarum iræ ex filiis familiæ Domini vitæ coëgit, jactoque ejus fundamento, characterem illius familiæ pervertit. Quorum vero filiorum vates fuit vates mendaciæ crucifixus; qui, ipsis & quidem super eorum volam sinistram, caligine fusa, suis ex ædibus eos deduxit, eisque comparens ut apostolus, se Dominum Dominorum & Deum vocavit, & palam factis in cœlo terraque prodigiis, occupando jejunos jejunasque, cælibes viros, cælibes feminas constituit. Quibusque, & ubi immissi Fascinatores, Dæmones & Dæmonissæ eis concubere, nati fuerunt, ex feminis quidem Dæmomes masculini, ex viris vero Dæmonissæ feminini generis, occupantes corpora, iisque occisis, animas ex corporibus intempestive ducentes. Sic etiam callidi & mendaces isti doctores, specie lucis induta, & disciplinâ Viri Novissimi ostentata, falsis literis suos discipulos, imbuerunt, feceruntque, ut, condita æde arcanorum i. e. sacello, in hac Numen hi adorarent. Sicut & hi sibi invicem concumbentes, semine sumto, Jordanique aquæ

TOM. II.

L

*Tn 16.  
de falsis  
indignis*

١٨٤٥ ١٨٤٦ ١٨٤٧ ١٨٤٨ ١٨٤٩ ١٨٥٠ ١٨٥١ ١٨٥٢ ١٨٥٣ ١٨٥٤ ١٨٥٥ ١٨٥٦ ١٨٥٧ ١٨٥٨ ١٨٥٩ ١٨٦٠  
 ١٨٦١ ١٨٦٢ ١٨٦٣ ١٨٦٤ ١٨٦٥ ١٨٦٦ ١٨٦٧ ١٨٦٨ ١٨٦٩ ١٨٧٠ ١٨٧١ ١٨٧٢ ١٨٧٣ ١٨٧٤ ١٨٧٥ ١٨٧٦ ١٨٧٧ ١٨٧٨ ١٨٧٩ ١٨٨٠  
 ١٨٨١ ١٨٨٢ ١٨٨٣ ١٨٨٤ ١٨٨٥ ١٨٨٦ ١٨٨٧ ١٨٨٨ ١٨٨٩ ١٨٩٠ ١٨٩١ ١٨٩٢ ١٨٩٣ ١٨٩٤ ١٨٩٥ ١٨٩٦ ١٨٩٧ ١٨٩٨ ١٨٩٩ ١٩٠٠  
 ١٩٠١ ١٩٠٢ ١٩٠٣ ١٩٠٤ ١٩٠٥ ١٩٠٦ ١٩٠٧ ١٩٠٨ ١٩٠٩ ١٩١٠ ١٩١١ ١٩١٢ ١٩١٣ ١٩١٤ ١٩١٥ ١٩١٦ ١٩١٧ ١٩١٨ ١٩١٩ ١٩٢٠  
 ١٩٢١ ١٩٢٢ ١٩٢٣ ١٩٢٤ ١٩٢٥ ١٩٢٦ ١٩٢٧ ١٩٢٨ ١٩٢٩ ١٩٣٠ ١٩٣١ ١٩٣٢ ١٩٣٣ ١٩٣٤ ١٩٣٥ ١٩٣٦ ١٩٣٧ ١٩٣٨ ١٩٣٩ ١٩٤٠  
 ١٩٤١ ١٩٤٢ ١٩٤٣ ١٩٤٤ ١٩٤٥ ١٩٤٦ ١٩٤٧ ١٩٤٨ ١٩٤٩ ١٩٥٠ ١٩٥١ ١٩٥٢ ١٩٥٣ ١٩٥٤ ١٩٥٥ ١٩٥٦ ١٩٥٧ ١٩٥٨ ١٩٥٩ ١٩٦٠  
 ١٩٦١ ١٩٦٢ ١٩٦٣ ١٩٦٤ ١٩٦٥ ١٩٦٦ ١٩٦٧ ١٩٦٨ ١٩٦٩ ١٩٧٠ ١٩٧١ ١٩٧٢ ١٩٧٣ ١٩٧٤ ١٩٧٥ ١٩٧٦ ١٩٧٧ ١٩٧٨ ١٩٧٩ ١٩٨٠  
 ١٩٨١ ١٩٨٢ ١٩٨٣ ١٩٨٤ ١٩٨٥ ١٩٨٦ ١٩٨٧ ١٩٨٨ ١٩٨٩ ١٩٩٠ ١٩٩١ ١٩٩٢ ١٩٩٣ ١٩٩٤ ١٩٩٥ ١٩٩٦ ١٩٩٧ ١٩٩٨ ١٩٩٩ ٢٠٠٠  
 ٢٠٠١ ٢٠٠٢ ٢٠٠٣ ٢٠٠٤ ٢٠٠٥ ٢٠٠٦ ٢٠٠٧ ٢٠٠٨ ٢٠٠٩ ٢٠١٠ ٢٠١١ ٢٠١٢ ٢٠١٣ ٢٠١٤ ٢٠١٥ ٢٠١٦ ٢٠١٧ ٢٠١٨ ٢٠١٩ ٢٠٢٠

libamini rerum novarum, veterum, immista, quibusvis hominum filiis congregatis, in modum Viri Novissimi, doctrinam suam divulgant, quorum vero animas intercludendo, quot in suo sanguine, sua pollutione mortem obierunt, eorum ori margaritam aquæ nigræ oleumque ingerunt. Neque non iidem, more meorum discipulorum, conciones & orationes ipsis habent: ut & de re sua appellant prophetam mendacem, qui jejunium quatuor dierum, octo dierum, viginti dierum in vigiliam, & qui quinquaginta, & sexaginta, atque unius diei jejunium ipsis sanxit. Absit vero a spectatis beneficentia, ut manus Kivanis, Spiritus, Messiaë, & Septem Stellarium eis imperitet. Neque, mei discipuli, ejusmodi prophetis salutem dicatis, aut manum eis porrigatis, quia, dum in suis corporibus manebunt, foeda eorum anima est, eorumque progenies ex domo vitæ excindetur. Quisquis discipulus salutem eis dixerit, iram sibi ex Vita parabit. Ecce vobis dixi de Kivan, & de cœtu, quem congregavit ex filiis familiæ Domini vitæ; qui famem præ bestiis, & sitim præ sesamo tolerant, quibusque morientibus suis spiritus ut cinis exstinguitur, suaque anima ut prunæ ignis moritur. Dixi vobis de Kivan, & de cœtu, quem congregavit. Ipse autem cum cœtu, quem congregavit, die consummationis penitus consummahitur. Dicam vobis de Sole, & de cœtu, quem congregavit. Origo inde Jazukæis; qui, utcumque Viri Novissimi speciem præ se ferentes, ore tamen suo in modum eorum, qui cruci de manibus fixi spumantes nomen. Jesu invocant, suas, ut suam doctrinam Vir Novissimus evulgavit, conciones habent, &, ut ille concionatus est, sacellum parant. Quin & aquam ignemque in magno honore ii habent. Atque,





quod mortuum, edentes dicunt, Deum id occidisse. Quomodo etiam suæ matri suisque filiabus concumbentes, suscepta vigilia, & vestibus mulierum menstrualiumque assumptis, nudatis & obvolutis, contendunt, se inquinatos non esse, ipsi suæ insanie nescii. Atque, foetus abortivos ubi suæ uxores e suis uteris ediderunt, iis in sterquilinia missis, illiso stercore animali corpus lavant. Ex porta autem Jazukæorum origo portæ Abortivorum. Qui se invicem invadentes, se invicem incidentes, manumque ora scalpendo, scalpendo ora, sanguinem scalpendo incidendoque fusum & sumtum cum aqua in sua ora propellunt, quomodo & quicquid rei perditæ ederint, sanguinem hunc ei immiscent. Vocant hos Abortivos, qui peccarunt, & Stultos, qui stulte egerunt. Qui autem expirantes igne ardenti coquantur. Sic etiam ex his Abortivis incisis, vanis omnibus, prodeunt principes & dominatores caliginis, qui immundis & menstruatibus semetipsi fœdant & pudefaciunt. Qui autem opera eorum fecerit, domo Vitæ indignus erit: qui eorum cibum ederit, sui oculi lucem non videbunt: & qui amorem eis adhibuerit, mortem secundam obibit. Ceterum vobis, mei discipuli, hæc de animantibus domesticis, feris, quæ in alimonia adduxeritis, præcipio: lavata hæc aquæ adspergine edite; siquidem qui illota ea ederit, vasato frigore i. e. grandine verberabitur. Eposui vobis de Porta Abortivorum. De Porta Libat \*), stella omnibus stellis illustriori, jam dicam. Prodierunt ex hac adultorium, lascivia, & scortatio, ut etiam ex hac exierunt 360 cantilenæ & contumeliæ, item

---

\*) i. e. ut supra Libat.



Spiritus mali, qui parantes convivia & cantus, captiunculæ omni loco instrumenta, & tympana, citharas, libidinis captiunculas, parantes, cantionem electis Venerei Spiritus tribuunt. Atque hi electi, tympana suis volis suspensa tenentes, carmen tibiis suo ore magno cum strepitu modulantur. Quo autem ipso feminæ, viri, magnates, plebeji calefacti, incensi, dissoluti, & libidini cuivis obnoxii, in choro precipidunt. Sic etiam fascinatores Stellæ Nerig, illorum volis ut simiæ insidentes, tripudio quemvis inflammatum, foraminique ignito injectum, præstigiis & libidine induunt. Eoque inebriationis arcano hi capti nesciunt, quæ faciunt. Exiit vero hinc item alia gens, nempe eorum, qui Menunæi vocantur. Quorum feminæ effrenata libidine vestitæ ac oblectæ, coronis lasciviæ & scortationis in capite positæ ornatæ, pectoribus in stultitiam nudatis, laciniisque accisis in impudentiam, captivant filios hominis & prosternunt. Unde & hæ appellatæ cippus virorum validorum, & pulvis detinens, quo utroque occlusæ creaturæ pereunt. Quippe quæ, præstigiis cujusque animi naturæ structis, viros e suis ædibus suisque uxoribus abstrahunt, eosque per præstigias, opera turpia, cruciatumque magnum captivos ducunt. Vocati hi Electi Spiritus & Messiæ: qui captivos ducunt, agunt prædas, nomen mortui per risum injuria afficiunt, atque, venditis illius bonis, opes divitiasque amplissimas parant. Animam vero ii exspirantes, probra, pœnas & catenas non evadent, sed mortem secundam obibunt auctores isti libidinis, & cantilenæ fallentis, quibus sibi creaturas & generationes conciliarunt, ipsi vi roboris dejiciendi. Dixi vobis de porta Libat, & de operibus, quæ in mundo fecit. Jam vobis de



sanctitate Septem Sanctitatum veterum dicam. Abortivi, ubi aliquis occisus fuit, sanguinem ejus sumtum, & cum pane coctum, cibo præbent, ut & menstrua & polluta virginum, quæ miscent vino, potui propinant: haud submissis hominum oculis præ pudore, aut illis, qui hæc vident, ea deserentibus. Atque pervertentes iidem opera Viri novissimi, & mercaturam copiosam in terra facturi, aquam Jordano surripiunt, & hac aqua igne calefacta & in quæstum versa, viros feminasque, descensione illuc facta, ut Apostoli baptizant; ipsis autem aqua hac propinata, nomineque mortis invocato, in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti eos baptizant: nominis etiam Messiae mentione facta. Nec deest aliud mysterium, & id vocatum Sanctitas Asini quatuor pedum: quod quocumque loci missum oculis percipitur. Vocatur etiam hoc Sanctitas polluens: cujus ope tota animæ cujusvis natura irretitur. Scilicet ejus usu existunt juvenes cinædi, qui, semine super sua femora profuso, suos liberos in suis ventribus sic interimunt. Vocantur hi juvenes cinædi, obumbrantes se & in insidiis consistentes. Quibus originem debent corruptores & corruptrices. Qui & homines, utcumque in mare Erythræum se immergentes, beatos & beatas se vocant: quorum tamen anima in tenebris mugitu resonis graviter laborabit. Datur item alia Porta: cujus principes adulteri, iique Dei lignei, ipsis culti, opifices: domi etiam fictis ejus imaginibus, quas & ipsi cum filiis ac filiabus venerantur. Atque, pulsato ære campano, opera veneficii, calliditatis & abominationis suscipiunt. Ut & femine, menstrua patienti, ii concumbentes, hoc ipsum divinitatis Jesu Messiae, Domini nostri, nutrimentum appellant.



Quibus item Spiritus ita dixit: ne id reprehendatis; quia labe vos non afficiet; verum, inquit Spiritus, quem foetum pater & mater ediderint, eum ut filium primogenitum in honore habitum in vestra domo collocetis, nec foras a vobis ejiciatis. Ipsisque aliud, & quidem hoc mysterium inculcavit: omnem philosophum & catholicum, pellendum & execrandum, removete. Quemlibet vero duriter tractatum aut ministrum, ubi mortem is obierit, a vobis cum laudatione Dei & genuflexione seponite, neque unum alterumve, nisi precibus pro iis in sacello fuis, efferatis. Sic & quemcumque inspectorem, prudentem & vigilem, a vobis egressum, & doctrina Messiae institutum, ante aram collocare, nec ignominia eum afficiatis. Dicam de cetero vobis de alia Porta, de Sanctitate Sanctuarii, pretioso in cordibus, & dilecto in mentibus filiarum hominis, eaque Septem Felicium Alarum. Hæc eorum, qui, compressa muliere, eaque semine soluto gravida facta, septem post menses ictu inflicto foetum exprimunt, atque, hoc in defluvio, sanguine, fimo & menstruis excepto, ex illius cerebro oleum benedictionis parant: quomodo, & re ista arcana in aqua elixata, placentisquo sanctitatis ex ejus ossibus cum croco & glande paratis & coctis, prestigias & libidinem exercent. Quæ vero Sanctitas morbi ardentis, in cordibus animisque accensi, vocatur. Tamen qui inde ederit, faciem in domum vitæ cum creaturis & generationibus secretis ne tollat. Dicam etiam vobis de alia porta: quam iidem in fundo animarum sibi condunt. Exeunt inde corruptores & corruptrices, per montes, colles, & solitudines errantes, similes Diabolis, & ad nudum ii exuti: tali coma, qualis hircorum.





fœtidorum. eaque specie, quæ fœdior nocte, foveaque mugitu  
 resonante terribilior est. Vocati hi Vagi Pastores. Qui herbe-  
 scentes viriditates edunt; cibi vero genera, eaque optima &  
 speciosissima, quæ Fetahil, cœli terræque conditor, paravit,  
 edendi potestate carent: sublato illis hoc gaudio. Neque  
 enim Spiritus & Messias permittunt, ut hoc mundo lætentur.  
 Tamen hi, & quidem ope Diabolorum mussitantes, dicunt:  
 Deus per nos occulte loquitur, neque nos Deo latemus. Quin  
 & illi referunt, meos Discipulos verba effutire, urnasque aquæ  
 vendere. Meisque discipulis dicunt: in mundo vobis veritas  
 deest. Atque jejunium ori eorum injungunt, hoc pacto, ut  
 ne nomen Viri occisi viri Messias ab eis discedat: pulve-  
 remque sumtum mortui hujus omni sui operis ac cibarii  
 generi miscent. Verum ego, Nuntius Vitæ, declaro & affirmo:  
 quisquis vir Nazaræus cœna Messias, quo die jejunium cele-  
 bratur, usus fuerit, ad ignitabulum protrahetur. Et si quis  
 vir Nasaræus die primo Solis hydriam aquæ recentis e Jor-  
 dano sustulerit. eam hausurus, eaque suam faciem uncturus;  
 inde etiam Spiritui & Messias sua ob æstum portio cedit. Di-  
 cam etiam vobis, mei discipuli, de alia Porta. Hæc Messias,  
 & quidem hominum, qui Zandici & Mardemoni appellati, fœde  
 fuso semine, suisque sociis distributo, sibi invicem tam viri  
 quam feminæ concumbunt. Quod & semen sumtum, vinoque  
 mistum, aliis animam trahentibus bibendum præbent, dicentes:  
 hoc purum. Invocant hi Ventum, Ignem, Aquam, ut & So-  
 lem Lunamque celebrant. Ii vero, & expirantes, erunt simi-  
 les muscis, ollæ insidentibus, quæ, æstn ascendente & ad eas  
 pertingente, conflagrantibus concussisque alis, decident. Hæc

۱۵۰۰؟ بِخَيْرِيْنَ سَالِيْنَا مَالًا ۛ حَبِيْبًا نُوْرِيْنَا بِرَهْمًا مِمَّا اتَّخَذْنَا  
 نِبَالًا حَمِيْدًا زَعَامًا ۛ بَعْدَ اَنْتَظِرُنَا حَتَّٰلًا ۛ وَهِيَ سَعِيْدٌ سَاعِدًا مَخَالًا  
 مَعَهُمَا مَعَهُمَا ۛ هِيَ حَمِيْدًا ۛ حَمِيْدًا ۛ حَمِيْدًا ۛ حَمِيْدًا ۛ نَمُوْدًا ۛ اَنْتَظِرُنَا  
 خَالًا ۛ حَمِيْدًا ۛ مَعَهُمَا ۛ مَعَهُمَا ۛ مَعَهُمَا ۛ مَعَهُمَا ۛ مَعَهُمَا ۛ مَعَهُمَا ۛ  
 ۛ مَعَهُمَا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ  
 ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ  
 ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ  
 ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ  
 ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ  
 ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ  
 ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ  
 ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ  
 ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ نَعْمًا ۛ

caterva, quam Marmone sibi elegit. Quicumque vero Nasaræus cibo eorum, usus fuerit, in magnum mare Erythræum præcipitabit. Dixi vobis de Spiritu, Messia, & Septem Sanctitatibus, in mundo publicatis, ut iis natura animorum detineretur. Dicam nunc de Porta alia, & quidem ea, quam Bel concivit. Hæc eorum, qui, sumpta corona, imperium administrant. Atque inde literatura Spiritus prodit. Quæ autem evulgata, toti tolluri exitium impendet. Etenim de auro argentoque certamen inibitur: fusoque sanguine, item mei discipuli cædentur. Qui vero Nasaræi literaturam Spiritus didicerint, aquam abyssi loco lucris bibent. Atque ducentur captivi, qui fictas pictasque imagines amantes, & res cupitas telluris expetentes, dicunt: ex tellure, non peritura, nos non egressuri. Quisquis vero Virum electum & pacificæ objurgaverit, ei persecutio & perturbatio fiet. Ceterum vobis, mei discipuli, dico: quisquis Nasaræus mercedem stipemque a Javar præscriptam in pictas imagines verterit, pallia alba tinxerit, eaque, specie sua mutata, suæ uxori induerit, & hanc coram collocaverit, ille, inflicto ictu, ictu non terminando, luceque pretiosa adempta, in custodiam Septem Stellarium condetur, domo Abatori nunquam appropinquaturus. Et quisquis Nasaræus, ad pictas imagines se convertens, caput eis summiserit, iudicio sine iudicio i. e. ultimo tenebitur. Vos, discipuli, fictas pictasque imagines hujus mundi ne expetatis, quo arcana Genii Javar vobis non intercipiatur. Nam quisquis Jordani signis distinctus, & caractere Vitæ notatus, vestes tinctas induerit, ad vasa ignis protrahetur. Macrescet sua anima, capillus in capite defluet, & ipse in turbamento aquæ



nigræ sine spe remedii peribit. Dicam vobis de voce, quam Bel misit. Cujus ope omnes proceres ac magnates, inter se certantes, sua manu, quot ab iis se liberare student flentes & quaquaversum se proripientes,prehendunt, & indies bellum facientes, sanguineque effuso, & omni natura animæ Vitæque familia magna infestata, indesinenter animo anxii secum loquuntur: tollamus hanc ex mundo, carnem ferro consumentes. Decrescente autem generatione Vitæ, malitia omnibus generationibus, gentibus & nationibus, talesque adorantibus, augetur. Quomodo & plurimi, qui familiae Vitæ animam trahunt, euntes se eis addicunt, nomenque Vitæ denegantes, eos adorant, & a Nuntio Vitæ deficientes, de Abdolo Arboje \*), & Spiritu Venereæ, quibus arcanum mortis patefactum, testimoniū dicunt, progredientes vero nomini Vitæ dira imprecantur. His inquam, qui nomen Vitæ pudore afficiunt, quicquid polluti & pudendi fuerit, originem debet. Quisquis vero, ex magna familia Vitæ oriundus, hunc Abdolo adoraverit, relaxationem animi non iuveniet; siquidem, qui characterem Vitæ pervertens immutaverit, vasato frigore peribit. Ceterum ille Nerig omnes Deastras ab eo egressas, delatoque populis sui cultoribus sceptro ac imperio, ipsum laudibus precibusque etsi falsis prosecutas, usque ad firmamentum cœli extollit. Septem vero Stellares, utcumque regiminis sui collegas, contumelia ille Nerig afficit, dicens: non datur Deus, qui me gloriosior & potentior est. Atque omni hic tempore vastationem, gladium, bellum, cædem, famem, conflictum, certamen, & persecutionem

\*) i. e. Marte, vide infra.



inter fratres movens, in telluris quatuor angulis strepitum indies excitat. Omnes animam trahentes ille Abdolo cædi, igni, ac incendio devovet. Sed Spiritus, quotidie certamen cum Nerig iniens, ei dixit: ego tibi librum dedi, verbum arcanumque mortis aperui, sceptrum & potestatem, imperium & obsequium tibi obtuli. Sicut etiam tibi dixi: lux omnis tibi oriatur. Sed tu dixisti cultoribus tui, te eos in paradysum deliciarum, in locum, quem eorum oculi contemplantur, exaltaturum; quamquam eos in orcum infimum depressisti, sceptro, potestate, auro, argentoque perplexos reddidisti, & in orcum infimum detrusos manicis, nudatione, suspensione, alligatione, & flagellatione subegisti. Dixisti que: Deus sum potens, lucem vobis ostendens. Quemlibet tamen filiorum magnæ familiæ Vitæ, literis ejus eruditum, in locum summæ caliginis dejecisti. Enimvero, qui, occiduis animalibus obviis, cujusdam occidui mortuique carnem ederint, eorum animæ gladio & ense tollentur. Quomodo & mulieres, quæ vestes fluentes & auro argentoque variegatas traxerint, eæ captivæ in ahena ductæ mortem secundam obibunt, in domum Vitæ non ascensuræ. Exposui vobis de porta 78 Bel, iisque operibus, quæ in mundo fecit. De Sin (Luna) missaque sua voce jam vobis exponam. Orti exinde Abortivi, abortum facientes, foetumque excutientes, item leprosi & leprosæ. Faciens vero hæc Luna per totum orbem, quicquid mali in universum sit, amplificat & minuit, exaltat & humiliat, evehit & demittit, præcidit mensuram ætatis, destruit annos, infert malum diebus, mensibus & annis, omnemque animarum naturam in errorem inducit. Ita &, quæ inde ortæ Deastræ, eæ devotæ,





scædæ, feminas, viros invadentes, & Bajvazik, item Sojesme ap-  
 pellatæ, sacrificulum sibi ducem constituunt, ipsique concum-  
 bentes, & semine effuso, eoque una cum placenta sumto &  
 cocto, apprehendentes funem, se id arcanum non divulgaturos,  
 mutuo jurant. Abertivis vero foetum, quocumque modo id ef-  
 ficere possint, excutientibus, quot viri, feminæ re ista arcana  
 vescantur, tot laxamenti & remediî impatientes, lucem suis ocu-  
 lis non videbunt. Dixi vobis de gente hac, quam Sin coëgit,  
 de iis, quæ in mundo fecit, operibus, de stultorum dementia,  
 quæ naturam cujusvis animæ in errorem duxit, & in partes  
 distraxit. Hæc gens; quam vobis, mei discipuli, una cum  
 stultitiis, quas in mundo commisit, notam reddidi. Vobis dixi  
 de gente, quam Neryg, etiam Abdolo Arbojo appellatus, coëgit.  
 Cujus ira progressa septemplex animis perniciosa fuit: cujus  
 throno totus orbis obnoxius: ex quo orti, qui sceptrum & im-  
 perium administrantes, regnum gubernantes, aciem gladiumque  
 stringentes, sanguinem filiorum Adamî effundentes, spolia de-  
 strahentes, in captivitatem ducentes, quos non suo auro eme-  
 runt, aut suo argento mercati sunt, aut suis opibus acquisive-  
 runt, diripientes filium matri, virum mulieri, patrem natæ, au-  
 ferentes pecuniam & robur, his in questum effusis, se vero ab  
 iis liberandi vim & potestatem non habentibus, indies bellupa-  
 facientes, sanguinem effundentes, atque, naturæ omni animarum  
 magnæque familiæ Vitæ orta persecutione, indies eidem graves,  
 secum ita loquuntur: tollamus hanc ex mundo, carnem suam  
 gladio consumturi. Quæ autem generatione decrecente, mati-  
 tia omnibus populis & nationibus, sermone diversis, talesque  
 venerantibus, pari gradu augetur. Quomodo & iis, qui ex fa-



milia magna Vitæ orti animam trahunt, se eis addicunt, nomenque  
 Vitæ denegantes, eos adorant, & a Nuntio Vitæ deficientes, de  
 Abdolo Arbojo, & Spiritu Venereo, quibus arcanum mortis pa-  
 tefactum, testimonium dicunt, progredientes vero nomini Vitæ  
 dira imprecantur, his inquam, qui nomen Vitæ pudore af-  
 ficiunt, quicquid pudendi & polluti fuerit, originem debet.  
 Quisquis vero, ex magna familia Vitæ oriundus, hunc Arbojo  
 petens adoraverit, relaxationem animi non inueniet; siquidem,  
 qui characterem Vitæ perverterit, vasate frigore peribit. Cete-  
 rum ille Nerig omnes Deastras, ab eo egressas, delatoque po-  
 pulis sui cultoribus sceptro ac imperio, ipsum laudibus precibus-  
 que etsi falsis prosecutas, usque ad firmamentum cœli extollit;  
 Septem vero Stellares, utcumque regiminis sui collegas, con-  
 tamelia ille Nerig afficit, dicens: non datur Deus, qui me glo-  
 riosior & potentior est. Atque omni hic tempore vastationem,  
 gladium, bellum, cædem, famem, conflictum, certamen, & per-  
 secutionem inter fratres movens, in omni tellure strepitum in-  
 dies excitat. Omnes vero animam trahentes & ei accedentes ille  
 Abdolo Arbojo cædi, igni, ac incendio devovet. Sed Spiritus,  
 quotidie certamen cum Nerig iniens, ei dixit: ego tibi librum  
 dedi, verbum arcanumque mortis aperui, sceptrum & potesta-  
 tem, imperium & obsequium tibi obtuli. Sicut etiam tibi  
 dixi: lux omnis tibi orietur. Sed tu dixisti cultoribus tui, te  
 eos in paradisum deliciarum, in locum, quem eorum oculi  
 contemplantur, exaltaturum, quamquam eos in orcum in-  
 finum depressisti, sceptro, potestate, auro, argentoque perplexos  
 reddidisti, & in orcum infimum detrusos manicis, nudatione,  
 suspensione, alligatione, & flagellatione subegisti. Dixistisque:  
 Deus sum potens, lucem vobis ostendens, mel & oleum vobis

قَدْ كُنَّا لَكُمْ فِي هَذَا قَوْلًا مُتَبَعًا وَمَا أَصَابَكُمْ  
 مِنْهُ إِلَّا أَنْ كُنْتُمْ رُكُوعًا وَرَبُّكُمْ فَاعْلَمُ  
 وَإِنِّي أَخافُ أَنْ يُسَدِّدَ عَلَيْكُمْ فَتَنِي  
 رَبِّي فَيَعْبُدَ الْمُشْرِكِينَ وَلَئِنَّكُمْ لَفِي  
 ذَمٍّ عِنْدَ رَبِّكُم بِمَا كُنتُمْ تَعْبُدُونَ فَكُلُوا  
 مِنْ حَيْثُ شِئْتُمْ وَلَا تُبْطِلُوا صَدَقَاتِكُمْ  
 بِالْمَنَعَةِ لَئِن تَبْطِلُوا صَدَقَاتِكُمُ فَإِنَّ  
 لَكُمْ فِيهَا عَذَابًا مُؤَلِمًا لَئِن تَصَدَّقْتُمْ  
 لَأَبْزَأَنَّ اللَّهُ فِيكُمْ صَدَقَاتِكُمْ وَلَأَغْثِيَنَّ  
 فِيكُمْ فِيهَا عَذَابًا أَلِيمًا فَكُلُوا وَشربُوا  
 وَارْتَضُوا وَلَا تُبْطِلُوا صَدَقَاتِكُمْ بِالْمَنَعَةِ  
 لَئِن تَبْطِلُوا صَدَقَاتِكُمْ فَأُولَئِكَ هُمُ  
 الَّذِينَ يَصُدِّقُونَ أَفْسَاخًا وَالَّذِينَ هُمْ  
 عَنْ صَلَاتِهِمْ سَاهُونَ الْأُولَاءَ أَهْلُ  
 عَذَابٍ أَلِيمٍ

edendum exhibens, vestes quæsitissimas vobis induens, omnisque generis aroma vobis largiens, ut felicitatem assequamini. Neque datur potentior me Deus, qui munera exquisita vobis offero. Jam vero cur nos manicis, nudationi, suspensioni, alligationi, flagellationi, judicioque gravissimo subjecisti? Cultores Viri Novissimi, in quos gladium strinximus, ad creaturas eminentes lucis ascenderunt; nos autem huc loci damnati sumus, ubi nihil, nisi aqua nigra, nec aliquid laxamenti ac boni invenimus. Abdolo Arbojo vicissim suis servis, gentibusque omnibus, ei credentibus, respondit: ubi vos ingenti captiuncula perplexos reddideram, universum orbem in omnem speciem composueram, sceptrum potestatemque vobis dederam, ubi feceram, ut omnis Divinitas se vobis summitteret, & omnes gentes nationesque, sermone diversas, ad prædam vobis proposueram; vos mihi vindicavi, & una cum Spiritu, mea matre, vos invicem perplexos constitui. Dixi; eritis mihi cibe in diem extremum, Dominoque devoto, meo patri, ex quo exstiti, patri meo Leviatan. Videte Septem omnes Stellares, qualis vestra sit vis, eam hominibus deesse, & quæ vis sit illorum, qui vos, mei fratres, colunt, contra vestram nihil valere, & quanta sit vestra, potentiam suis non adesse. Jam vero & usque ad magnum diem judicii vobis responsum amplius non dabo. Plantam vero saluginosam, mel, aromata, & dapem, hæc vobis edenda præbui. Quomodo etiam, datis coronis gratis, rebusque odoriferis & aromaticis, educti fuistis. Egoque feci, ut vos, cum vestimentis pretiosis incedentes, & inter cælum terramque curru strepitante vecti, itinera pingvedinis conficeretis. Neque vos ex mea manu eripere & liberare, atque ad lucem evehere, in ullius



potestate erit. De omnibus Septem Stellarium Portis earumque omnibus stultitiis vos institui; quorum cibo ne utamini; ut & nec manus vestras sanguine maculetis, aut os impurum osculemini. Vita Vitæque Nuntius celebrentur. Pura Vita omnibus operibus; purus item Nasaræorum populus. Vita pura est. Finis.

In nomine Vitæ summæ. Opitulare mihi, meque extolle, Tr 17.  
 Domine, filie magnatum, pater noster, Berheje. Hoc arcanum, hæc concio splendoris, accensi per Mano, cui Scintillæ splendoris originem, sicut & his Jordani intimi suam debent. Quibus vero ex Jordani exstitit Jordanus, Dominus omnium Jordanorum, Dominus inquam omnium Jordanorum, quemodò ex hoc Jordano explicans se exiit Netubto \*), domina occulta, æviterna. Et ex hæc exstitit Dominus celsitudinis, Dominus omnium Geniorum. Qui vicissim est pater omnium evangelizantium. Et suus natus Lehdojo, dominus justus. Ex quo exstitere Filii peculiare Vitæ Primæ. Atque hi consistentes cum gratiarum actione adorant & celebrant hunc Mano, dominum potentem. Qui eis dixit: surgite, exite in patentem Jerdanum, fluentem aquam, consultate, provocate Filium Unigenitum, non interituræ imaginis, & qui cogitatione concipi nequit. Mansvetus ille, commodus, quietus, jucundus, Geniisque, qui versantur in luce, similis. Quo dicto, surrexerunt illi, & cum gratiarum actione hunc venerantes, celebrantes, magni facientes & extollentes, responderunt: quod nobis præcepe-

---

\*) Supra Netufto.





sepisti, id ratum. Surrexerunt, exierunt ad patentem Jerdanum, & fluentem aquam, consularunt, provocarunt Filium Unigenitum, non interiturae imaginis, & qui cogitatione concipi nequit, Lehdojo, dominum justum, & ortum ex Lehdojo, domino justo, quem Vita suo verbo provocaverat. Effectum jam, quod voce dictum fuit. Surrexit Vita Prima, Dominumque potentem Mano adoravit, dicens: consultavimus, provocavimus Unigenium, Dominum Lehdojo, Dominum justum, & ex Lehdojo Domino justo ortum. Cui ille respondit: abi, eum indue stola splendoris, obtege tiaris bonis, puris lucis, veni, indue illum stolis splendoris, obtege tiaris bonis, puris lucis. Hæc dixit: surge, ascende, vide, pater noster, quo loco is sedet. Ille respondit: ubi, qui te major, ejusque a dextra & sinistra tot creaturæ lucis? Hæc dixit: surge, majestatem in majestate vide. Ille respondit: hæccine majestas, de qua mihi dixisti? Exiens tum venit Farvankoy, cui Adakas Malolo nomen, potentique domino Mano Ledojo dixit: quod nomen tuum? Silentium is servabat. Altera vice interrogavit: quod nomen tuum? Silentium is servabat. Tertia vice interrogavit: quod nomen tuum? Respondit: sum Rabi Faljo Lehdojo, Dominus justus. Quo dicto, eum benigne amplectens Adakas Malolo & introducens, ipsi majestatem in majestate ostendit, & magna tecta que albina ostendit. Videbat tum hic Lehdojo candorem eximii splendoris, præstantis, claræ & magnificæ lucis. Qua autem ejus specie visa, tristitia affectus animoque vehementer commotus, in faciem venerabundus & celebrans procidit. Ipsi tunc ille Farvankoy, cui Adakas Zivo nomen, dixit: qui visam hanc



rem, ineffabilem & infinitam, filiis hominis detexerit, lucem non videbit; qui vero visam hanc rem oculuerit & tectam servaverit, ascendens indies locum lucis videbit, meusque candor eum inhabitabit. Cui Farvanko, Adakas Malolo etiam appellato, splendidissimo, illustrissimo, Rabi Taljo respondit: quis oculis meis festucas, meoque cordi callum eripiet? Quod vero ubi ego ipse Vitæ, tuo parenti, retulerim, tu id non referes. Ergo Vitæ, tuo parenti, ego hoc dicam; ut lætetur animo suo, illius, quod vidi, memor. Descendens tunc Rabi Taljo, venit & apprehendit Vitam Primam, in suo habitaculo sedentem, ei dicens: gaude tuo animo, & illius, quod vidi, memento. Interrogabat tum Vita Prima hunc Rabi Taljo: quid videristi? Respondebat: vidi splendorem splendidissimum, lucem lucidissimam, vidi candorem mirandæ & præstantis lucis, magnificamque speciem, cujus a dextra millia millia creaturarum lucis, cujusque a sinistra myriades myriades creaturarum lucis versabantur. Surrexit tum Vita Prima, suisque cum Majestatibus precessionem gratiarumque actionem obtulit: voce sua & laude ad Mano, Dominum potentem, ascendente. Qui Mano, Dominus potens, vocem hanc laudemque audiens, millia millia creaturarum lucis a dextra, & myriades myriades creaturarum lucis a sinistra advocavit; atque huic Farvanko, coram stanti, ille potens Mano dixit: ubi Rabi Taljo est? requisitus ille in mei conspectum ducatur. Respondit Farvanko: ut jussum, fiet. Et ille exiens deinde a conspectu Regis lucis ad Vitam Primam contendit, & quæsit: ubi Rabi Taljo est? Lehdojo, dominus justus, quo profectus est? Vita Prima respondit: ad creaturas lucis contendit. Alii vocati, non vero



stabiliti Legati eum sibi vindicarunt, ut se ipsos ille stabiliret. Jussit posthæc Farvanko Vitam, ut in illum celeriter inquireret. Quæ etiam, itinere suscepto, illum deprehensum adduxit. — Quo factò, ego Farvanko illum adorans ac celebrans, dixi: faustus locus, ex quo venisti, celebratus, honoratus & exaltatus vir, qui te mittens ablegavit. Prehendit eum deinde Farvanko extensa sua dextra, eumque extulit & perduxit ad Mano, dominum potentem, qui eum videns benigne excepit, & osculo dato, jussit, ut iret & diceret Nasaræis, in mundo tenebrarum & aquæ nigræ relictis: quisquis vir Nasaræus veritatem ex anima sua propagaverit, quomodo Mano, dominus potens, suam manum ab illius baptismo extendit, cujus vero anima talis, qualis ejus sermo, non fuerit, illi sors & torques domus Vitæ non eveniet. Et quisquis Nasaræus, ubi sedens ego jus reddidero, dignus exitio compertus fuerit, ictus & percussio e domo Vitæ eum manebit. Si vero sibi constiterit, & qui magis magisque excellens dignum se præstiterit, conquiescet. Celebretur Vita in luce, quæ infinita. Vita pura, purusque Javar Zivo, ejusque amici. Finis.

In nomine Vitæ summæ. Quod salutare, innoxium, & propitium sit, precor Adamo Zuhrun bar Scharat, uxori meæ Mudalal fat Scharat, plantis meis Adam, Behram, Semat Adam Zuhrun, Sam & Bajan filiis uxoris Mudalal, patri meo Jahia Baktiar bar Anhar Jasmin, matri meæ Scharat fat Anhar, fratribus meis Mehatam bar Scharat, Ram bar Anhar, & Adam Juhano bar Anhar Jasmin: quibus, ut & omnibus discipulis & Mandatis, qui his concionibus instituti fuerint, remissio

Tom. II.

P

Ta 18



peccatorum erit. In nomine Vitæ summæ, novissimæ creaturæ lucis, excellentissimæ, supremæ omnium operum. Doctrina hæc arcana & concio splendoris, accensi patefactione, qui inclaruit splendore egregio, & increvit luce illa, in qua Mano omni um primus versatus, spatiatus & moratus est. Habete fidem splendori ac lumini, in quo ille fuit, habete fidem huic Mano, qui in eo fuit, & cui nomen Seharhabil. Exiit splendor ex sua ipsius patefactione: quam patefactionem lux etiam tenuit: & hæc ab eo exiit. Vocavit seipsum splendoris ac lucis originem: cujus ex anima accensus splendor, accensa lux. Intepuit fornax, incaluit fornax, in qua ille erat. Qua autem fornace ipsi accensa, extiterunt scaturigines, exstitit commissura non rumpenda. Nexa Vitæ commissura fuit. Incoluit, occupavit Vita ipsa inhabitandas scaturigines aquæ, ex qua hæc effusa erat, cui pro se supplicaverat, cujus ope creverat, se explicuerat & firmaverat, & in cujus splendore hospitata fuerat. Quomodo etiam exinde nomen eloquii vivi, quo Vita vestita & firmata erat, nomenque splendoris ac luminis, quod in illa accensum fuerat, sumisit justitia, justitia inquam, quæ æterna, & qua non alia res prior provocata fuit. Adhibuit fidem Vita baptismo suo, adhibuit fidem suæ jústitiæ, & hujus manu prehensa, hujusque dextra manu osculo tacta, secum ita loquebatur: sum baptista primus omnium, qui justitiæ & huic baptismo fidem adhibuerunt. Quicumque mecum meæ justitiæ meæque baptismo fidem adhibuerit, meæ societati adjungetur, meæque in sede, quæ sedes Vitæ, summi Mano, & Ignis vivi fuit, habitabit. Dixit: sum Vita, quæ a se ipsa fuit, a suo splendore fuit, quæ, que loco fuit, eodem in occulto sibi manebit.



וְאַתָּה יְהוָה אֱלֹהֵינוּ אֲנִי וְעַמִּי יִשְׂרָאֵל וְאַתָּה יְהוָה  
 הַיֵּשׁוּעַ וְאַתָּה יְהוָה הַשְּׁלוֹמַי וְאַתָּה יְהוָה  
 הַיִּחוּד וְאַתָּה יְהוָה הַקְּדוּשָׁה וְאַתָּה יְהוָה  
 הַיְּחִיב וְאַתָּה יְהוָה הַיָּדוּר וְאַתָּה יְהוָה  
 הַיִּשְׁעֵי וְאַתָּה יְהוָה הַיְּחִיב וְאַתָּה יְהוָה  
 הַיָּדוּר וְאַתָּה יְהוָה הַיִּשְׁעֵי וְאַתָּה יְהוָה  
 הַיְּחִיב וְאַתָּה יְהוָה הַיָּדוּר וְאַתָּה יְהוָה  
 הַיִּשְׁעֵי וְאַתָּה יְהוָה הַיְּחִיב וְאַתָּה יְהוָה  
 הַיָּדוּר וְאַתָּה יְהוָה הַיִּשְׁעֵי וְאַתָּה יְהוָה  
 הַיְּחִיב וְאַתָּה יְהוָה הַיָּדוּר וְאַתָּה יְהוָה  
 הַיִּשְׁעֵי וְאַתָּה יְהוָה הַיְּחִיב וְאַתָּה יְהוָה  
 הַיָּדוּר וְאַתָּה יְהוָה הַיִּשְׁעֵי וְאַתָּה יְהוָה  
 הַיְּחִיב וְאַתָּה יְהוָה הַיָּדוּר וְאַתָּה יְהוָה  
 הַיִּשְׁעֵי וְאַתָּה יְהוָה הַיְּחִיב וְאַתָּה יְהוָה  
 הַיָּדוּר וְאַתָּה יְהוָה הַיִּשְׁעֵי וְאַתָּה יְהוָה

cujus splendor ex ipsa emicuit, cujus lux copiosa, cujus excelsus splendor, quæ sua luce præstans, cujusque lux ipsa per se stabilita est. Vita secum secreto cogitans, statuit in occulto provocare Filium, qui sibi consortium pararet. Novit etiam Vita, Filium, quem provocare in animo habebat, Filios item procreaturum, Filiosque, quos hic provocaret, ipsi consilium alias quoque creaturas procreandi daturum fore, quas Vita fulcrum sui animi appellaret. Procreavit tum Vita hunc Filium sui similem, eumque in habitaculo collocavit, quod teneret, donec ipse alias creaturas adiens, etiam Filium procrearet sibi que consortio pararet. Quem & procraatum hic in Jordano aquæ vivæ ex Vita ortæ constituit, justitia donavit, splendore induit, luce textit, & secum in suo habitaculo, supra ignem vivum sito, collocavit. Qui vero, quem hic provocaverat, Filius item Filios sibi provocare cogitavit. Sicut &, quos Filios procreaverat, eos forma sua induit, velamine suo textit, in suo habitaculo a dextra sinistraque collocavit, & justitia donavit. Verum hi Filii, quos ille provocaverat, alias item creaturas provocare cogitarunt, dicentes: Filios nobismetipsis, ut domus hæc Vitæ, provocemus. Qui itaque coram patre suo excelso Vita Secunda consistere, rogantes: da hoc nobis, ut euntes procreemus alias creaturas, stirpem nobis, ut domus hæc Vitæ, plantemus, stirpem eorum, qui hymnum dicant, plantemus, & creaturas similes iis, quæ Filii pacis vocantur, paremus. Atque ad ultimum pater eorum Vita Secunda rem arcanam, quam sui fratres ei dederant, primigeno Filiorum pacis dictorum, eorumque fratri, ceteris autem Filiorum pacis qua formam naturæ majori, scilicet aquam & ignem vivum dedit, dicens: i, procrea



creaturas, quales, quos in domo Vitæ vidisti, Filii pacis sunt. Vita Prima tum meditata secum, Nuntio Vitæ, Juzatak appellato, dixit: tribue decoris speciem quantitibus, quæ in mundo caliginis, cui in opprobrium aderis, projectæ jacent. Respondit Nuntius Vitæ: quod decretum pronuntiasti, ego accurate efficiam, mundum hunc celeriter conditurus, antequam, quod consilii illi Filii ceperunt, id exsequantur adversus hanc, cujus seminatum est semen, posteritatem Filiorum, qui Filii familiæ Vitæ vocantur; quomodo item ex mea familia, quam Vita mihi dedit, quosdam præmittam. Me tum vocatum, & adversus illos Filios armatum, festinare in hunc mundum Vita jussit, atque me Antistitem primarium illorum, qui Vitæ vocem, mundo mirabilem, prædicantes, animum cujusque sui in colæ a mundo caliginis abstraherent, appellavit. Et addidit: eo loci, Nuntie Vitæ, prævertas, quo sedes domus Vitæ mundus hic fiat. Quo dicto, Vita Nuntie Vitæ, dato ei osculo, justitiam dedit, dicens: veritas tui bona curatrix futura est; modo curam agas sermonis, quem in illo mundo habebis, neque, quam illuc induces, familiæ meæ quantitatem minuas, ubi hæc in mundo isto caliginis pro more suæ stultitiæ non stulte egerit. Vita, quæ vocaverat Juzatak, Nuntium Vitæ, ex forma decoris in secreto ortum, & quæ hunc Nuntium Vitæ item Javar, Nemun Nemat Heje, Bahar, Schetel & Evehentem in domicilium pulchrum cognominaverat, talia præcepta Nuntio huic Vitæ exhibuit. Ille etiam abiit, & mundum Filiis pacis provocavit. Scilicet quantitatem, quam ad ultimum Vita Secunda uni Filiorum pacis dederat, sumtam filio Fetahil obtulit. Et Fetahil, hac in mundum caliginis projecta, voceque creationis



missa, domui Vitæ familias ineffabiles cito procreavit. Etiam procreabantur Ziv Hesir & Nehur Fesik: qui familias Vitæ in mundo caliginis interceperunt, ut & ipsi intercepti fuerunt. Et Fetahil, condito hoc mundo, ipsi familias paravit, Angelosque hujus fabrices, qui Adamo corporeo suæque uxori Havæ in mundo caliginis servirent, apte conformavit. Sicut etiam in eo composuit montes virides, volucres alas, bestias voraces, pisces aquatiles, frugiferasque herbas & arbores, ut his vescens Adam cum sua uxore Hava lætaretur, neque ipsi aliquid incommodi ex bestiis aut frugiferis herbis arboribusve eveniret, sed ut ille cum sua uxore Hava eo, quod corporum pulcherrimum & optimum esset, conquiesceret. Atque, mundo hoc ita instructo, Adamo filium sui similem Fetahil condidit: ut & in Adami similitudinem condita ejus uxor Hava fuit, cui & talem, qualis Adami erat, spiritum Fetahil immisit. Quod ipsam etiam Septem Stellares, pro sua quisque arte obscura, efficere studuerunt. Sed Adamum ejusque uxorem erigere neque in illorum neque in Fetahilis potestate fuit. Abiit tum Fetahil ad Abatur, suum patrem, atque assumpsit Aeonem occultum, quem ille ex domo Vitæ ipsi dederat. Venit etiam celer hic Genius, quem Vita ad eum miserat, & Adamo suæque uxori Havæ vim progerminandi injecit. Quo facto, Adam, oculis apertis & in Aebel Zivo conjectis, vivere cœpit. Quem vero Fetahil & Septem Stellares interrogarunt, unde vivus extitisset? Adam respondit: ex voluntate Genii celeris, qui ad me ex domo Vitæ venit. Et ille addidit: ex Vita, quæ fuit, extiti; Adakas Aeon, splendor, ex loco secreto veniens,

1212 **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212**  
 1212 **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212**  
 1212 **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212**  
 1212 **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212**  
 1212 **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212**  
 1212 **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212**  
 1212 **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212**  
 1212 **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212**  
 1212 **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212**  
 1212 **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212**  
 1212 **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212**  
 1212 **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212**  
 1212 **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212**  
 1212 **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212**  
 1212 **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212** **1212**

super me cecidit; & ad me veniens in meum conspectum venit Vigil bonus, ut me illuc loci, unde veneram, educeret. Conspiciendum se tum Aebel præbuit Fetahili. Qui Fetahil, operibus suis omnibus perditis, animo commotus, ei dixit: væ, væ operibus meis, quorum potentem te reddidisti. Et qui, relicto quem procreaverat mundo, ad Abatur suum patrem contendit. Quem vero Abatur ipsi irascens in cippum usque ad consummationem creaturarum conjecit. Atque inde origo discordiæ inter Abatur & Fetahil ortæ. Surgens tum Adam adoravit & celebravit Virum, qui, oculis ipsi apertis, suis eum pedibus constituerat. Sed contemplans ille & intuens, quicquid visui occurrit, suam quoque uxorem Havam vidit, tamen ipse nudus, & præ ea erubescens. Quapropter, & Adamo præ uxore sua erubescente, Aebel transiens, secum locutus est: Adamum & Havam suam uxorem vestiam. Iisque advocatis, eorum pudenda obtexit. Sed Hava, concepto infante, quoniam ea Adam ut castus juvenis usus fuerat, dixit: unde existit infans, qui neque semine viri sparso, neque ventre mulieris augescente & crassescente accrevit, cujusque sermo jucundus & vox elegans est? Filius autem ille Adami, ex Hava natus, Aebel Ber Adam appellatus fuit. Qui Aebel etiam filium, cujus nomen Schetel, suscepit. Quomodo & Schetel filium, cujus nomen Anusch, suscepit. Reputans vero secum Adam, quod suo filio Fetahil pater ejus Abatur præceperat, & quod Aebel illius suæque uxoris Havæ animo injecerat, cum hac uxore surrexit, & exiit vestes, quas ipsi suæque uxori Havæ Aebel induerat, & quæ thesaurum vitæ sua specie referebant. Quo facto, atque Havæ, ut partu liberaretur, confecto novem

Asganda =  
Pinter, Statthalter  
Brandt MS. 169





mensuratum spatio, creaturæ ad eam pervenere, interrogantes: unde existit Aebel, unde existit Havæ filius, qui ex semine Adami non existit? imperscrutabilis hæc res, quæ in omnes creaturas exiit: hoc germen, quod diffusum in tellurem apparuit, & in mundum filiorum hominis, in dignam felicitatem, in legem filiorum hominis venit. Quibus vero hominibus in locum, ex quo venerant, regressis, Adam cum Hava uxore stantem habuit. Atque geminum partum, masculini & feminini generis, hæc concepit. Quem etiam, & quidem, exactis graviditatis novem mensibus, prout Fetabil computaverat & Abatur ejus pater præceperat, geminum masculini & feminini generis, Hava peperit. Quo facto, & ubi Adakas Aeon, ex loco secreto veniens, & Adamum Havamque suam uxorem adjens, Adamum cum sua uxore suis pedibus crexerat, atque eorum oculis ad videndum illuminatis, pedibus ad stabulandum constitutis, oreque ad edendum aperto, in magnum Adami animalia, frugiferas herbas & arbores, volucres alas, pisces aquatiles, res a Fetabil patre in cibum paratas & Adamo adjudicatas, tradiderat; dixit Aebel Adamo: surge, lanam horum animalium sume, atque da Havæ uxori tuæ, ut conficiat tibi vestem in decus tui corporis tuæque uxoris Havæ, quam Fetabil tuus pater tibi paravit. Sumsit tum Adam, & totondit lanam ex dorsis pecudum, suæque uxori Havæ dedit. Ut & hæc vestem, & quicquid suo Adamique animo Aebel injecerat, ipsi paravit. Qua autem in corporum suorum decus confecta, stratoque non minus ad cubandum facto, quam mensa ad edendum instructa, Septem Stellares circumsteterunt. Qui, suo arcano & symbolo tentes, odioque adversus Adamum, similitate, dissensione



suscepta, obscuram sui animi artem, quæ Adamo suæque uxori Havæ perniciem moliebantur, exercentes, eos hortati sunt, ne sermoni Viri Novissimi, qui se illuc contulerat, obedirent, aut illius doctrinam arriperent; sed ut ex contrario in eo, quod illi dignum Adamo censuerint, manentes, non solum ipsis, sed & Fetahili suo patri obediens se exhiberent, sicut etiam posterum Adami, constantes sui, tam ipsis quam Fetahili suo patri servirent. Misericordia vero commotus fuit Vir Novissimus; cujus sermo novissimus eorum, quæ novissima sunt mundi. Et hospitatus est Nuntius Vitæ non modo in intimo corde Adami, sed & in Adakas Aeone, qui eum adierat, jam vero Septem Stellaribus creaturisque omnibus dixit: venite meo more, vertite in Adamum & Havam, ejus uxorem, vestrum arcanum, erigite Adamum, & Havam, ejus uxorem. Qui vero non effecerant, ut spiritum, quem Adamo Fetahil immiserat, & quem Abatur suus pater ei mandaverat, Adam oculos tolleret, aut pedibus staret, aut os aperiret, aut manum extenderet, aut potestatem acciperet capiendi res, quas pater suus Fetahil in cibum ei paraverat. Ita nec Havæ suæ uxori Adam concubuit, aut genus humanum in mundo excitatum fuit, donec ego Adakas Aeon loco ex secreto venirem. Celeriter meaque optum propagatæ in orbe familiæ fuerunt. Et, disseminato per me semine, formatus in utero suæ matris embryo. A me formati oculi, ex oculis formatum cerebrum, ex cerebro formatum caput, quomodo ex capite lineamenta faciei exstiterunt. Ex me etiam os, at ex ore lingua, & ex lingua voces articulatae exstiterunt; ut item ex me cordia, & ex cordibus sensus, & in cordibus, in aliis bona, in aliis mala exstiterunt. Quæ



infanti sunt, omnes formæ in ventre suæ matris exstiterunt, per me, non per mysterium, quo usi sunt Septem Stellares, aut per spiritum, quem Fetabil immisit, illæ in ventre matris exstiterunt. Ego cujusvis mysterii caput, structuramque corporum humani generis fingens, in mundo hoc familias humani generis præpagavi. Atque omni isti arcano si ego non præfuissem, aut infanti non interfuissem, infans e ventre matris non exiisset. Nam, quo usi sunt Septem Stellares, procreandi spiritus arcanum in irritum cecidisset, nisi infantem ego condidissem, vivificassem, & ex ventre matris eduxissem. Concubuit Adam secunda vice uxori suæ Havæ: quæ masculum & feminam peperit. Et triplici partu, quem ex Adamo edidit, tres masculi & tres feminæ exstiterunt: quorum ope mundus excitatus fuit. Scriptum & expositum cujusque nomen in libro Concionum. En primordium, quod duxi, generis humani: cui nomen Electi beneficentia dictum. Stabant jam Septem Stellares silentio ac meditatione defixi, & mysterium adversus Filium lucis, illuc ubi nihil lucis erat progressum, anhelabant. Deerat lux illi mundo, in quem Septem Stellares, nomine meo repudiato, rem aliam & occultam machinaturi se contulerant. Nomen meum princeps Adakas Mano, occultus, ex suo loco egressus. Mundus tamen me Nelto nominat, me Nemuso vocat, me Neschemto appellat, me Mano nuncupat, me Farjo Ferjoto, me Nehuro dicit, me Nemat Heje nominat, me Tano cognominat, me Eschoto Hajto vocat. Meum vero nomen, quod ex domo Vitæ, occultam. Ego Adakas Zivo, ex loco occulto progressus. Adierunt me fratres mei Genii, Filii lucis, mei amici boni: qui ex illo loco ad me



missi, & me ad eundo ad euntes, me morte multarunt, & pro domicilio corporis, in quo adoleveram, splendore me vestierunt, luce ex domo Vitæ missa me texerunt, cornua mihi in meo capite plexerunt, quamvis meam innocentiam in meis volis signarunt, meque ductum ad domum Vitæ extulerunt. Imbutus tunc fuit spiritus animusque eorum, qui Spectati beneficentia vocati, facultate instituendi erudiendique hospitantes in hoc mundo, toto falsitatis præstigiæ pleno. Adam vero, quem Aebel instituerat & accinxerat, tum dixit: beati, qui in accinctu *trium* Aebel, Schetel & Anusch permanserint. Virique hi accincti, ex quo loco puro venerunt, in eum locum purum redibunt. Neque contaminatus peccatis erroribusque telluris ille comæatus, qui comæatus ad eos sua ex sede pervenit, & quem illis suus pater dedit. Recte egerunt. Et affluentes maxime copia minimeque inopia laborantes, ab edendis rebus mundi esculentis abstinere. Neque enim his se miscentes aut opera Fetalis in mundo facientes, comæatu humani generis usi sunt; verum ad comæatum suum, sui domicili, & quem pater eis dederat, accedentes, recte egerunt. Atque illi, quo remotiores a fraude & malitia telluris, eo minus aliquid humani aut contagionis terrestris passi sunt. Sic etiam, & ubi consurgentes Septem Stellares ac persecutores occidione, igne & aqua eos inlestabant, victoriam illi vi sui comæatus, indumenti & luminis a suo patre dati, reportarunt. Septem Stellares vicissim condemnati. Hæc me a præcepta servetis, rataque habeatis, stipem erogetis, cor vestrum ad fidem instituat, ad domum Vitæ cum accinctu trium illorum Virorum ascendatis, neque ab eorum doctrina desciscatis. Adamo autem corporeo Aebel





respondit: Adam corporee, nisi tui filii tuique posterum hujus mundi, quos tu stans accingis, beneplacitum Vitae, ipsis praedicatum, amplectendo, tuam verbum firmiter tenuerint; fiet, ut, quemadmodum illis a Vita mundus hic conditus non fuit, sic Septem Stellares stulte insurgentes, eorum animos occupent, filiosque hominis decipiant. Enimvero, & ubi nos ex mundo hoc, plexis cornibus nostris, nostrisque victoriis nos praecedentibus, exituri sumus, etiam nobiscum exhibunt, qui viri justis, fideles, ac spectati beneficentia, utcumque carne & sanguine conformati, audita voce nostra, nostro nomine constantem servato, stipemque erogando, in fide nostrique fiducia recte egerunt. Certo etiam hi ascendent, & quidem Via, quam nos calcantes signo item limitari distinximus, atque semita, quam timoris & tristitiae expertem eis stravimus, hi ascendent, locum summum lucis, sedemque, quam nostris oculis contemplamur, pulchram visuri. Cum vero audirent Septem Stellares & Spiritus Venerus haec praecpta, quae Aebel Adamo ejusque posteris enuntiaverat; Spiritus Venerus, iis auditis, monile sui colli dirupit, fasciam capiti ademit, & dixit: date mihi hoc, ut mundum hunc tollam. Responderunt ceteri Septem Stellares: in illum mundum Filii Septem Stellarium, in illum mundum Filii hominis animose se efferent. At, ubi Filii hominis superbierint, quod tibi in mentem venerit, faciemus, quippe qui beneplaciti tui efficiendi debitores sumus. Quo autem dicto, labia eorum in dissensionem Aebel simul cum suis fratribus distraxit. Itaque Spiritus cum Septem Stellaribus statuit advocare Messiam Mendacem, hunc id pervasurum omnibus creaturis, divisis mundi incolis, filiis hominis gentibusque, lingua diversis, ut generis humani doctrinam



oralem perverterent. Septem vero Stellaribus, ita consubstantibus, Vitæ Nuntius, sed in occulto, Septem his Stellaribus interfuerat. Qui jam, & quidem conjectu oculorum, ad filios suos perveniens, cor eorum recte constituit, atque, ut in suo fulcro id conquiesceret, effecit. Sed eodem actu Nuntius Vitæ, operto aut sublato Septem Stellarium splendore, ademit eorum cordi ignem vivum, quo vestiti erant, eosque igni peredenti, ut in hoc colloquente, sibi que invicem obediens de felicitate sua ibi consultarent, tradidit. Tali modo Septem Stellaribus sublato, tum suum, quam Messia, Filii Spiritus, qui advocatus fuerat, consilium. Hæc vero præcepta legis cum Adamo cecidissent, Spectatos beneficentia accersivi & accinxi. Quibus & ea dedi, dicens: vos, Spectati beneficentia, omnes fructus & res, quas Fetahil Adamo filio paravit, fructus herbarum arborumque, volucres alatas, animantia fera, & pisces aquatiles edite, stipemque date. Nam ante, quam lex Adamo cecidisset, Adam cibo non usus est. Cum vero lex Adamo cecidisset, surgens Adam simul cum sua familia cibo, cujusque generis aromatibus & fructibus, quæ terra profert, & odoriferis aromatibus, quorum afflatus jucundus, secundum legem, quæ ipsi ceciderat, usus est. Jussit etiam Fetahil, ut Adam lata sibi lege acquiescens se delectaret; cum nihil incommodi in mundo accideret, sive ipsi sive ejus omnium stirpi, a frugiferis herbis & arboribus, volucris alatis & piscibus aquatilibus, animantibus feris masculini & feminini generis, quæ omnia Fetahil paraverat. Unde sumsit Adam fructus herbacei & arborei generis, sumsit, quod masculini & feminini generis, fructum ferentis erat, volucres alatas, pisces aquatiles, animantia fera masculini & feminini generis, fecundi fortunæque



parentis. Felix autem Fetahili Genio mundus, in quo suum thronum constituit. Qui thronus gubernator evasit mundi, quem condiderat feceratque, & quem in manum Spiritui Septemque Stellaribus projectum non tradiderat. Quem scilicet mundum, a Spiritu Septemque Stellaribus non infestatum, & ab omni re tristi remotum, Fetahil Genius terram lucis formavit. Accepere ex contrario Spiritus & Septem Stellares suam portionem in mundo caliginis; suisque oculis neque ipsi, nec quot ab iis procreati sunt, lucem vident. Constans in suo habitaculo Vita. Vita omnibus rebus pura, in puris per puritatem sui patris pura: ut & puri Aebel, Schetel & Anusch. Vita celebranda. Finis. Finis.

In nomine Vitæ summæ, novissimæ creaturarum lucis, excellentissimæ, supremæ omnium operum. Quod salutare, innoxium, & propitium sit, precor Adamo Zuhrun bar Scharat, patri meo Jahia Baktiar bar Anhar Jasmin, matri meæ Scharat fat Anhar, uxori meæ Mudalal fat Scharat, fratribus meis Mehatam bar Scharat, Ram bar Anhar, Adam Juhano bar Anhar Jasmin, plantis meis, Adam Behram, Semat, Adam Zuhrun, Sam, & Bajan, filiis conjugis Mudalal. Remissio peccatorum his erit. Præest Vita, majestas: ortusque splendor in æthere præstanti. Doctrina hæc arcana, & concio ꝛꝛ Anusch D., bar Schetel D., bar Adam D., bar Geniorum, Magnatum gloriæ. Filii sum loci lucis: filius sum habitaculi egregii, urbisque omnis felicitatis. Pro consilio, pro opinione, quam duo Genii Aebel et Schetel animo versaverant, appellarunt me Lehdojo, Genium D. principem, sui que juris;

Tom. II.

S

Tract 19.

Evos

כחמיהא דא ארעהא דהא נעשה חסד קטור סמיא דלוא נעשה  
 דנעשה דעשה לאשה ארעהא דהא נעשה חסד מלכותיה לא  
 חסדיה דעשה דנעשה חסדיה דנעשה חסדיה דנעשה חסדיה  
 חסדיה דלוא נעשה חסדיה דנעשה חסדיה דנעשה חסדיה  
 חסדיה דלוא נעשה חסדיה דנעשה חסדיה דנעשה חסדיה  
 חסדיה דלוא נעשה חסדיה דנעשה חסדיה דנעשה חסדיה  
 חסדיה דלוא נעשה חסדיה דנעשה חסדיה דנעשה חסדיה  
 חסדיה דלוא נעשה חסדיה דנעשה חסדיה דנעשה חסדיה  
 חסדיה דלוא נעשה חסדיה דנעשה חסדיה דנעשה חסדיה  
 חסדיה דלוא נעשה חסדיה דנעשה חסדיה דנעשה חסדיה  
 חסדיה דלוא נעשה חסדיה דנעשה חסדיה דנעשה חסדיה  
 חסדיה דלוא נעשה חסדיה דנעשה חסדיה דנעשה חסדיה  
 חסדיה דלוא נעשה חסדיה דנעשה חסדיה דנעשה חסדיה  
 חסדיה דלוא נעשה חסדיה דנעשה חסדיה דנעשה חסדיה

qui etiam & sui juris, se ipsum Lehdojo justum, sui que juris, vocavit; & qui sui constans, item se ipsum Genium dilectum, suoque patri justo discernentem, illique suæ perinde potestatis omnes res futuras discernendique suam vim probantem, nominavit. Pari modo Genium Hadonu, Genium dilectum, singularem Dominum justum, me unus Genius nuncupavit. Sicut duo alii quoque Genii, alter Filium me Exploratore vocavit, alter vero Geniis, fratribus meis duobus, iisdemque meis parentibus, me præfecit. Eorumque unus, Scharhabil Zivo dictus, bonam lucem mihi induit, bonaque mei respectu consilia injunxit fratribus meis, natu tam majoribus quam minoribus, atque uno actu eademque specie procreatis; quorum vero trium ego Anusch aliis me visuris animabus veris, nomine boni, mitis, & jucundi auguris, innotescerem.<sup>11</sup> Alius vicissim, Kahziel nominatus, utcumque etiam accinctus, tamen minimus natu duobus fratrum adversus malos commendatus fuit, ut eum ab infortuniis & calamitatibus, quæ ipsi accidere possent, custodirent & tuerentur. Ideoque hi Patres appellati. At Pater, dato mandato, accingens filium Anusch, dixit: ito, splendor primarie, qui te ipsum appellasti, Ego sum, prospere & feliciter age, collige & firmiter tene zelum, cui ortum debes. Advocavit etiam filium Shir u Semir Zivo, qui ex Sam ortus Aeon Semiro evaserat, ipsi dicens: surge, & instrue viatico Genium tuum, fratrem tuum, instrue hos tuos filios viatico, quod viaticum tibi dedi, eosque splendore vesti, luceque obtege. Et colloca in indumento ignis vivi Genios tres, extrinsecus illuc abituros, ut vocem Vitæ prædicantes, stabiliant invicem eam speciem, qua



معدودا موقدك كعند حمر مرقا تقصير ترحا مرقا  
موقد كلك انونا الايمك كالمسح صملا ناس انونا قنا  
كعنا انكوسه قلا كعنا اناس اناس تقصير  
موقداس موقداس موقداس قلا كعنا ناس انونا تقصير  
انونا تقصير قنوسه لافطك تقصير قنوسه ملالااسه  
تكدوسه موقداس قنا قنا موقداس انونا موقداس  
كلم الاك انكس ويقصير موقداس موقداس موقداس  
موقداس موقداس انونا موقداس موقداس موقداس  
لا ايمك ملا ايمك قلا كلك موقداس ملا لانا انونا  
تقصير قلا كلك كعنا موقداس موقداس موقداس موقداس  
انا كعنا كعنا ملا لانا انونا موقداس موقداس  
موقداس موقداس موقداس موقداس موقداس موقداس  
موقداس موقداس موقداس موقداس موقداس موقداس  
موقداس موقداس موقداس موقداس موقداس موقداس  
موقداس موقداس موقداس موقداس موقداس موقداس  
موقداس موقداس موقداس موقداس موقداس موقداس  
موقداس موقداس موقداس موقداس موقداس موقداس  
موقداس موقداس موقداس موقداس موقداس موقداس  
موقداس موقداس موقداس موقداس موقداس موقداس

invicem resplendent, ut eorum conversatio, narratio, sermo in  
 mutuam confabulationem constituatur; quo occidio, ignis, aqua  
 hujus mundi iis non appropinquet. Rem enim malam, arcanam  
 & mysticam domini oppressionis tam iis, quam indumento vi-  
 vi ignis, in quo constitutus ego & tutus sum, machinantur.  
 Atque illi sine horrore huic indumento artem suam obscuram  
 struentes sibi persvadent, fore, ut id adimant. Quod vero adi-  
 mere non poterunt, neque eo se obvelare valebunt. Dominus  
 Primarius, sui que juris, dixit: qui decreti sunt, altissimi tres  
 Genii ibunt, & stirpem nomenque Vitæ propagando, Vitæ ser-  
 monem huic tenebrarum mundo, quem mors inhabitat, tra-  
 dent. Quæ insciæ ibi sunt creaturæ, ignorant omnes, quid  
 mite duo Genij mundo annuntiare cogitent, me excepto Vitæ  
 Nuntio. Compertum vero hoc mihi, ut & Geniis, meis fratri-  
 bus iisdemque meis filiis, Geniis tribus, illuc expeditis, illuc  
 accessitis, qui ibi lucem in tenebris prædicarunt, ut, vitâ in  
 medio mortis disposita, animas electorum, prædestinatorum, &  
 humilium, in Vitæ domum educerent, & ut per hos Genios tres  
 altissimos, qui hinc illuc abierunt, mundo huic stabilita in do-  
 mum Vitæ institutione, illæ etiam animæ in sede Vitæ  
 stabilirentur. Sic etiam Nuntius Vitæ hæc suo cuique amico  
 prædicans, ceterisque in universum quot ibi essent creaturis  
 humanique generis animis exponens, dixit: mors vobiscum in  
 eo mundo, in quo vos dispersi fuistis. Vita autem altissimique  
 tres Genii illuc extrinsecus venerunt, vocem Vitæ prædicaturi,  
 ut lucem, eamque animis requiei futuram, ipsis pararent. Et,  
 qui in voce Vitæ sibi constiterint, ipsamque obtestantes



hyanos dixerint, pro voce caliginis requiem ex indumento hospitiæque caliginis egressi inuenient. Qui & idem Nuntius Vitæ addidit: exposui vobis de vita, quam Vita ad vos misit, de morte, de caligine, quæ apud vos in illo mundo habitavit sedemque habuit. Ii vicissim, qui apud vos ibi commorantur, in morte & caligine carentes luce degunt. Et illorum animi, e columna caliginis, in qua versantur, egressi requiem non habebunt, nec lucem videbunt, verum ex caligine mundi hi egressi in caligine infera sedem obtinebunt. Atque Nuntius Vitæ hæc demum omnibus, quot existerent, creaturis proposuit: vos animæ omnes, quibus in caliginem projectis hæc mors imminet, die extremo, ubi videbitis requiem, qua animæ Spectatorum beneficentia fruuntur, quæ vocem Vitæ prædicatam audientes ipsi fidem habuere, quæ Nuntio Vitæ addictæ, nec diffisæ sunt sermoni trium Virorum, quibus splendorem Nuntius Vitæ prætulit, quæ felicitatis magnæ compotes, inventa requie intime lætantur, vos inquam consistentes, ubi Spectati beneficentia splendore vestiti luceque tecti vos præteribunt, in locum summum lucis ascensuri, vestram tunc sedem in caligine hujus mundi videbitis, & miserantes vosmetipsos dicetis: quare obediens non fuimus sermoni, quem nobis prædicarunt, nec viam pulchram, quam Justis hi inierunt, ingressi sumus? Dicetis: tulimus, quod nobis prædicarunt, nostris auribus, verum non obediuimus. Dicetis: quis ibit, filios nostros admoniturus, ne viæ nostræ insistant. Dicat hic nostris verbis: cur suscipiatis opera, quæ nos fecimus? Cur hæc faciatis? Quia nosmetipsos huc in caliginem



maximam nos coniecimus. Audite, vos, sermonem altissimorum  
 trium Virorum, verorum & fidelium, Vitam profitemini, atque  
 Nuntio Vitæ, vocique Vitæ, quam viri tres altissimi, Filii tres fami-  
 liæ summæ Vitæ, prædicantes professi sunt, testimonium perhibe-  
 te. Via, quam Viri justî & fideles ingressi sunt, item vos pergatis.  
 Neque enim nobis hoc permittent, ut eamus ad nostros filios,  
 eisque dicamus, in malas tenebras nos coniectos esse, nec lu-  
 cem nostros oculos videre, verum portas caliginis nobis clausas  
 esse. Nobis hoc non permissum. Indies in nos flagellator &  
 carnifex quærent. Sua cuique homini merces pro suis operi-  
 bus erit. Quæstio in nos de iis, quæ in mundo fecimus, habe-  
 tur. Qui aliis hominum spirantibus animis non prædicarunt,  
 ii heic sicut lucernæ morientur: atque ut res, quæ nulli sunt  
 curæ, ita nec hi, propterea quod opera mala & turpia in mun-  
 do fecerunt, curæ erunt, sed non curati aut visitati morien-  
 tur. Opera vestra sint immortalia: nec vos tum morituri &  
 perituri. Ulterius Vitæ Nuntius ita de morituris & perituris  
 fatus, & de vincis professus est: quæretur Indies in vincos,  
 quæretur in viros negotiatores, mutuo socios, non vero con-  
 junctos i. e. familiares: qui fratres, sed mutuo raptores, salu-  
 temque sibi mutuo non reddentes fuere. Sic etiam Nasaræi,  
 quisquis eorum Vitæ sermonem deseruerit, verba vero alie-  
 norum errorum retulerit, atque, relicta Vitæ viâ, viam caligi-  
 nis perrexerit, in tenebris versabuntur. Atque, sua ingemi-  
 scente anima, se invicem interrogabunt: quamdiu hoc nobis  
 erit? Respondebit Vitæ Nuntius: in quemcumque secundum  
 opera sua quæretur. De Nasaræis secundum sua opera, ut de  
 impiis secundum sua opera, iudicium fiet. Dicent consistentes

כִּסְיָא קָבִיב מִלְּפָנָיו בְּשֵׁי מִבְּחִינַת מִלְּפָנָיו בְּשֵׁי אֲחֵרֵי  
 מִלְּפָנָיו מֵהִתְחַלְתִּי חֲסִידוֹתָי וְהִלָּכְתִּי בְּחֻמְתָּא אֲתָא בְּתוֹךְ חֲזוֹן  
 מִלְּפָנָיו נִדְרָה לְעֵסֶךָ אִם לֵפָנָיו בְּשֵׁי לְעֵינַי מִן מִעוּבָא  
 בְּחֻמְתָּא אֲתָא בְּתוֹכָא מִן מִלְּפָנָיו בְּשֵׁי אֲחֵרֵי לְחֻמְתָּא  
 תַּעֲלֵה לְרֵיבָא לְעֵינַי וְלִי מִלְּפָנָיו חֲסִידוֹתָי וְלִי מִלְּפָנָיו  
 מִלְּפָנָיו בְּשֵׁי אֲחֵרֵי מִלְּפָנָיו מִן אֲחֵרֵי בְּשֵׁי מִלְּפָנָיו מִן  
 מִלְּפָנָיו לְרֵיבָא לְעֵינַי מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו אֲחֵרֵי תַּעֲלֵה  
 מִלְּפָנָיו לְרֵיבָא לְעֵינַי מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו לְרֵיבָא לְעֵינַי  
 מִלְּפָנָיו חֲסִידוֹתָי אֲתָא מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו חֲסִידוֹתָי  
 בְּחֻמְתָּא מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו  
 חֲסִידוֹתָי מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו  
 חֲסִידוֹתָי מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו  
 חֲסִידוֹתָי מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו  
 חֲסִידוֹתָי מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו  
 חֲסִידוֹתָי מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו  
 חֲסִידוֹתָי מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו  
 חֲסִידוֹתָי מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו  
 חֲסִידוֹתָי מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו מִן מִלְּפָנָיו

- hi Nasaræi ulterius, Nuntium Vitæ venerantes & laudantes: peccavimus, & per malitiam Angelorum hujus mundi, nobis factam, deliquimus, peccata nostra nobis remittas. Tu, Nuntie Vitæ, nos ab hujus mundi tenebris, in quas nos coniecti, libera. Ille omnibus Nasaræorum animis, in has tenebras coniectis, respondebit: qui a me suum nomen adeptus, signoque Vitæ distinctus, a via Vitæ recedit, & qui nomine Spiritus & Messie in Jordanum descendit, hujus peccata quis remittet? Animæ vicissim, quæ vitam agentes, erroribus Spiritus & Messie non signatæ fuerunt, eæ, propterea quod stipem & benevolentiam in mundo præstiterunt, neque signo Spiritus & Messie notatæ fuerunt, suorum operum, quæ in mundo fecerunt, pretium ferent. His impiorum Nasaræorum Portarumque omnium, signo Spiritus & Messie notatis, Deosque hujus mundi professis, Spiritus & Messias dicent: vos omnes cujusvis portæ in hortum deliciarum educemus, quo loci e corporibus vestris exeuntes, felicitatemque inventuræ pervenietis. Quibus vero Nuntius vitæ respondebit: ista caligo, in quam coniectæ estis, & a qua nomen habetis, is hortus deliciarum, quem expectetis, ista inquam caligo, in quam coniectæ estis, ea domus vestra, ex qua nemo vos educet, futura erit. De die in diem, de anno in annum, de mense in mensem animæ vestræ summo opere marcescent, clausæque in hac in qua versamini caligine, usque ad diem, diem judicii, & usque ad horam, horam redemptionis, tenebuntur. Quo autem die consummabuntur cælum & terra, terra & cælum, sedes vestra, in qua Septem Stellares, apostatæ omnes, Spiritus, Messias, Sol, Luna, hospitati sunt, peribit, quomodo etiam omnes Septem Stellares, item



1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

Filii hominis, qui Spiritum, Messiam, Deum, Matremque Spiritus professi sunt, usque ad diem magnum consummationis penitus peribunt. Mater inquam Spiritus, quæ vobis mysterium mortis detexit, ipsa peribit. Atque post mortem ibitis, in tenebras casuræ. Vocavi vos ad vitam, cui nomen mortis non inest: vocavi vos ad lucem, cui caligo non inest. Prædicavi vobis: induite splendorem, tegite vos luce, exite in viam vitæ, educamque vos in semitam, cui nomen mortis non inest, & cui nomen caliginis non inest. Vos autem mihi non obediistis, nec sermo Genitorum vobis placuit. Sic etiam homines, ex stirpe Adami & Havæ corpora sua adepti, qui, cui auditæ vocis Vitæ ipsi crediderunt, eam exposuerunt, qui, quem sermonem altissimorum trium Virorum ipsi audire, eum propagarunt, qui habentes odio mortem vitam amarunt, qui habentes odio caliginem lucem amarunt, qui induerunt splendorem luceque se texerunt, & qui in viâ clementiæ Vitæ ambularunt, ipsi vitam invenerunt, hi inquam vitæ vocem auribus vestris prædicarunt, vos vero non dicto obedientes fuistis. Vos etiam filii Adami & Havæ estis. Cur verbum eorum non audiistis, nec in viâ, quam pergunt justis, ambulatis? Jam viâ, quam amatis, ad vestrum Deum venistis: & ut divagando expetatis rem, cui fiduciam adhibuistis, faciam. Animæ hæ abalienatæ morientur, consumentur, peribunt, & exstingventur, ut lucerna. Qui tales in mundo caliginis commorati fuerint, nulla eorum cura futura. Spectatis beneficentia deinceps Nuntius Vitæ dixit: animæ eorum, qui eadem committunt, sanguinem filiorum hominis super terrâ effundunt, in captivitatem ducunt, vendunt, quod suo auro non emerunt, nec suo acquirendi



studio acquisierunt, aut negotiando sibi pararunt, qui euntes domos violent, qui ipsi liberi alios servos reddunt, etiam animæ earum, quæ ipsæ liberæ alias servas reddunt, ut & animæ virorum, qui adulteri, feminarumque, quæ adulteræ, atque eorum, qui impotentem dominationem obtinent, nec, quod bonum, faciunt, patrem percutiunt, impunem vero filium reum dimittunt; quicquid roboris & virtutis tales sumserint, in eorum manus non perveniet, sed eorum animæ affigentur. Qui foeda Angelorum opera fecere, eorum animæ omnes consumentur, ut & omnes Dii, horumque generationes consumentur. Adhortans posthæc Antistes primarius, suique juris, Genios tres, iis benedicens, adhortans illos, adhortansque Filium dilectum, & Explorantem primarium, suique juris, altissimos tres Genios ita allocutus est: benedixi vobis, qua ratione patres suis filiis benedixerunt. Ite in mundum, iudicate, justas pronuntiate, quæ ibi sunt animæ, quæ hinc illuc illatæ, & quæ in mundum caliginis, in que mors est, introductæ fuerunt. Pronuntiate justas & recreate animas: quarum eæ, quæ vocatæ & summissæ sermonem Vitæ audierint, Nuntio Vitæ constanter addictæ fuerint, vestrumque sermonem audierint, in splendore ac luce Nuntii Vitæ exhibunt, & in domo Vitæ permanebunt. Ad vos vero, Genii tres, quod attinet, Aebel, frater vester natu maximus, vestram in mundo causam dicet iudicabitque, & siquidem frater natu maximus est, pater ille princeps, & iudex iudicum mundi supremus erit. Qui & vocabitur Oppressor cujusque, qui venerit adversus nos heic consistentes, eumque in mundo perturbaturos. Quomodo etiam nostra mens princeps nostri zeli in hoc mundo, & cujusque, qui



illius doctrinam & sermonem audierit, futura erit. Dixit præterea Antistes ille Geniis tribus: eatis, divertatis in domicilium, ex quo existiis, quod Vita vobis templum splendoris cameramque lucis paravit, exeatis in innocentia, & ubi vestra opera fuerint perfecta, facies vestræ in gaudio lucebunt, & sedebitis in tabernaculo summi splendoris ac lucis, toto mundo clarioris, Geniisque & Regibus, qui mundo imperantes, ei ipsi pulchritudinem conciliarunt, præstantioris. Ite jam, vos, &, ut splendore vestiti luceque tecti estis, ita & cornua in capite vestro textentur, caputque familiæ Vitæ, ex cujus tabernaculo exitis, vocabimini. Animæ vero per vocem Vitæ in cameram, quam vobis condidi, ascendent, & quidem, quot animæ in eam crediderunt. Consistent quoque apud vos Spectati beneficentia in hoc summo Vitæ domicilio, hac camera, quam vobis Vita summa paravit. Atque in hac sede Nuntius Vitæ, qui in domum Vitæ vos ducet, vos collocabit. Omnes enim animas, quæ in carnis & sanguinis integumento vocem Vitæ audientes fidem ei adhibent, in domum Vitæ instituentur. Consistentes vero Septem Stellares, maleque adversus eas in mundo consultant, nobis visis, timebunt, & meditabundi hoc in animum inducent, ut indumentum, quod nobis competit, sibi vindicent, ipsisque, qualis nostra, vox eveniat. Ne vero paveatis & commoveamini, aut pavor, metus vos invadat. Ceterum iidem dicent: reddamus eos astutia, blanditiis, calliditate perplexos, qui nobiscum non sunt, & qui a nobis perplexi non redditi sunt. Dicent: mansuetudine & humanitate concinna eos adamus, ut forsitan venientes illi ad nos nobiscum sint. Dixit tum Aebel justus suis fratribus, suis filiis: in medium eorum



procedam. Me dominum suum cœstitutum maxime adora-  
 bunt, mihique se sacrificium facturos dicent. Quam vero ve-  
 nerationem, quod sacrificium ab eis non accipiam, verum eos  
 supplantatos deseram. Atque iis omnibus desolatio & vastatio,  
 ubi ab eis discessero, injicietur. Qua autem desolatione ipsi  
 incalescent, omnesque creaturæ incalescent. Ita meos fratres  
 compellavi : & proposui, quod meis filiis eveniret. Abii, eos,  
 que adii. Exeuntēs vero illi in meum conspectum, dixerunt:  
 veni, Domine, qui Deorum totiusque mundi Dominus es. Gau-  
 dentibus tum Septem Stellaribus, etiam Spiritus gaudens mihi  
 dixit: veni, totius mundi princeps nobis eris. Quo dicto, Spi-  
 ritus ceterique Septem Stellares, magna coronā, quæ in  
 eorum capite erat, sublata, mihi maguopere coram venerabun-  
 di dixerunt: adorationem nostram accipe, sacrificium nostrum  
 accipe. Spiritui Septemque omnibus Stellaribus respondi: non  
 sum is, qui donum sumam, nec qui sermonem, quam Patres  
 commendarunt, aut verbum, quo patres patrem instruxerunt,  
 fallam. Quo audito, Spiritus Septem Stellaribus dixit: vir ille  
 a nobis non erat, nec illius sermo a vestro sermone erat. Nulla  
 nobiscum ei communicio: neque sermoni vestro ejus sermo con-  
 sonans: qui, si Vita excipiatur, cuique alii peregrinus.  
 Perturbavi hunc; tamen perturbatus non fuit. Agite dum, artem  
 obscuram ipsi moliamur. Fieri potest, ut arte obscura circum-  
 ventum eum diris devoveamus. Confabulantur jam mecum cal-  
 lide; sed ego illis callidior. Confabulantur vero illi pro sua  
 astutia; sed ego iis omnibus astutior. Contenderunt omnes, se  
 pro sua sapientia efficaces esse; sed ego illis efficacior. Roga-  
 runt: narra nobis tuam historiam puram, nobisque tuum carmen





eximium canta. Habui tum meum sermonem voce pura, me-  
 umque carmen eximium cecini, quod mundo præstantius, id  
 cantans: narratione mea jucunda. Narrans vero, quod toto  
 mundo jucundius, & quod nihil falsi admistum habebat, id  
 cantans, hos Septem Stellares supplantavi. Probroque  
 in eos jacto, & facta mea narratione, pudore eos affeci. Neque  
 enim mea cantilena similis eorum cantilenæ, aut similis meus  
 sermo eorum sermoni fuit. Stans ego in medio, vituperans,  
 eos omnes, dum circumferentes ii oculos, valde attriti &  
 anxii hærebant, ludibrio habui, & pudore eos affeci. Atque, iis  
 omnibus irrisui traditis, surrexi, iisque relictis, discessi. Exu-  
 ens vero formam corruptibilem, in qua est, & ex qua venit  
 odor foetoris, indui formam puram, formam, quam mihi mei  
 patres dederant, formam puram, in qua nos habitamus, & cui  
 corruptio odorque foetidus non inest, verum cujus odor præ-  
 stans est. Fratrumque meorum consuetudo mihi jucunda. At  
 isti stantes, rem arcanam meæ formæ machinantes, arteque  
 fictili adversus me utentes, dixerunt: quomodo familiam hanc  
 tollamus? Occidione mundo eam auferamus. Sic sibi invicem  
 dixerunt; occidio autem in eorum potestate non fuit. Dixe-  
 runt; hanc familiam igne tollamus & auferamus. Neque  
 ignis in eorum potestate fuit. Dixerunt: hanc familiam  
 aqua tollamus & auferamus. Dixit Spiritus: agite, voces tene-  
 amus. Interpellarunt Angeli Septem Stellarium consiliatores:  
 utcumque occidione, igne & aqua mundum sustulerimus, Prin-  
 cipi hujus familiæ mundus, qualis est, superstes erit. Responde-  
 runt Septem Stellares: capiamus ex fermento, quod in  
 nostro ærario custodimus. Neque hoc in eorum potestate fuit.



Cum vero sumerent illud mundi fermentum in ærario suo custoditum, ut inde desolationis initium fieret, idque sibi vindicarent, Vita, quid illi adversus nos molirentur, rescivit. Et Nuntius Vitæ momento temporis adveniens, allato splendore, allato igne vivo & primo una cum luce e domo Vitæ, Genium Aebel splendore induit, & luce textit: coacto adversus desolationem coetu. Neque enim deerant animæ, quæ, testimonio nobis dicto, propter vocem trium Virorum Nuntio Vitæ fidem haberent. Adversus istam desolationem Aebel jam exierat. Quem vero hinc exiisse, Septem Stellares nesciebant. Atque cum iis, quos, strata via, signoque limitari posito, heic indumento Vitæ affectos reliquerat, fratribus suis vivens, spiritibus ac animis virorum jucundorum in mundo recreationi, & ad domum vitæ institutioni fuit. Ut etiam, parata eis felicitate, & servato firmatoque Virorum trium altissimorum nomine ac sermone, incidente autem mundi occidione, Nuntius Vitæ Genio Schetel hoc præcepit: mitte tuos oculos in Anusch, tuum filium, tuum fratrem natu minorem, & in formam vivi ignis, quam circumfertis, abi, & tov Aebel in novam cameram mitte. Ego ad vos cito veniam. Occidionem Septem Stellarium ne timeatis, vobis pavor & timor ne sint. Posthæc ad vos veniam. Qualis ego? Occidionem Septem Stellarium ne timeatis, vobis paror & timor ne sint. Posthæc ad vos veniam. Qualis ego? Quem vobis Vita præfecit: & qui indumentum vitæ vobis tradidit. Ego vos obtexi. Quotiescumque me quaesieritis, me invenietis, quotiescumque me invocaveritis, vobis respondebo, nec procul a vobis ero. Hæc præcepta Nuntius Vitæ huc Schetel misit. Quibus etiam Schetel justitiam propagavit.

قَنَسِمِسِ هَانْفِكِسِ حَبَلًا كَحِيلًا كَحِيلًا اَدَفَا بَدَفِ اَلَا هَانَسِفِ  
 اَدَفَا تُرِ اَيَا سَهَسِمِسِ تَعَفَدَا بَحَسِمَا تَرْبَا اِيَا بَسِمَا سَوَسِمِسِ  
 مَهْوَبُرِ مَدَمَسِ هِيَا اَدَفَا تُرِ مَدَمَسِ بَا سِمَا بَسَمِ بَحَسَمَسِ هَوَسِمَا  
 بَسَمَا اَلْوَزِكِ هَالَمْرَجِ هَسَا هَوَسَمِكِيَا بَعَفِ بَحَسِ تَبْرَا حَكَمَا  
 هَكِي سَدَا حَكَمِ تَبْرَا اَلْوَدِيَا كِمِ اَلْوَدِيَا هَلَا قَبْرَا بَسَمَا هَسَا  
 كَلَمِسِ اَدَكِ بَسَمَا اَتَوُ حَكَمَا اَتَا بِلَايَا هَوَسَمِكِيَا كَالَا  
 هَسَا اَتَا هَوَسَدَا حَكَمِ بَسَمِ حَا سَمَسِمِسِ هَوَسَمِكِيَا حَكَمَا  
 قَتَا حَكَمَا اَلَا اَنفِكِسِ اَلَا لَمَا لَمَا نَبَا مَالَا هَسَا كَالَا هَسَا  
 هَوَسَدَا حَكَمِ بَسَمَا هَمِكِيَا حَا سَمَسِمِسِ بَحَسِمِسِ تَبْرَا اَلْوَدِيَا  
 هَسَمِسِ مُرِ قَسَمِكِيَا بَعَفِ مِ سَمَدَا بَحَكَمَا هَسَا حَمِ سَمَسِمِسِ  
 هَوَسِمِسِ كَلَمِسِمِسِ مِ حَمِ تَبْرَا هَوَسِمِسِ هَوَسِمِسِ هَوَسِمِسِ  
 حَمِ اَنبَا هَوَسَدَا اَكِ بَسَمَا هَمِكِيَا حَا سَمَسِمِسِ حَكَمَا هَالْوَدِيَا  
 حَا سَمَسِمِسِ هَوَسَمَسِمِسِ مِ اَلْوَدِيَا مِ اَلْوَدِيَا بَدَلَمَا  
 هَوَسَدَا هَوَسَا دَالَا نَبَا هَوَسَمِكِيَا كَمَلَا قَا بَحَسَمَا كَالَا هَوَسَمَا  
 هَوَسَمِكِسِ كَرَبَالَا مَلَا قَا بَحَسَمِكِيَا كَالَا هَوَسَا هَوَسَا نَعَمِيَا  
 حَكَمَا سَهَسِمِسِ اَهْمِرِ حَمَدَا تَمَسَمِ هَوَسَا هَوَسَا حَكَمَا هَوَسَا  
 قَبْرَا بَسَمَا هَمَرِ كَلَمِسِمِسِ هَوَسَدَا حَكَمِ هَوَسَا اَلْوَدِيَا  
 مَدَمَسِ مَدَمَسَا اَتَا حَكَمَا اَتَا هَوَسَدَا حَكَمِ اَلْوَدِيَا بَسَمَا  
 قَمَمِكِ حَكَمَا اَتَا هَالْوَدِيَا حَا سَمَسِمِسِ كَلَمِسِمِسِ هَالَا مَلَا قَا  
 حَكَمِ هَوَسَمِكِيَا دَالَا هَوَسَمِكِيَا هَوَسَمِكِيَا اَلْوَدِيَا هَوَسَدَا  
 حَكَمِ بَسَمَمَا حَا سَمَسِمِسِ هَمِكِيَا حَكَمَا اَتَا هَوَسَمِكِيَا

Huic autem Aebel iterum dixit: statim me sequeris, & Anusch te sequetur. Quomodo & omnes Spectatorum beneficentiã animæ, Vitam professæ, te antecedent, neque minus te sequentur, & quidem hac via, qua nos egressi sumus, & quam Nuntius Vitæ nobis rectificavit. Rudes vero una cum Spiritu Septem Stellares egressi, occidionem mundo Virisque altissimis machinabantur; occidio vero in eorum potestate non fuit. Nuntius enim Vitæ his affuit. Tranquillitate autem mundo nata, Angeli iræ imperantes, cum Viri altissimi suum splendorem mundo conspiciendum ibi permansuri præbuissent, abeuntes cum El El domino & Spiritu colloquium de eo habuere, quod, quædam Viri illi altissimi & mitissimi in suo splendore permanerent, ista occidio in eorum potestate non foret. Sumserunt deinde Septem Stellares de mundi fermento, quod in suo ærario custoditum erat apud filios *רמ* Râm & Rud, posteros Adami, a quibus filii hominis, viri mites, & splendoris sui in mundo constantes, nobis excitarentur. Verum hoc in eorum potestate non fuit. Quocirca varias mundi Portas collegerunt. Sed Spiritus Domino El El irascens, iræ præpositis Angelis dixit: jubete Danielelem, igni præfectum, ut incendiã in omnem mundum immittat. Fortasse in igne stabit mundus i. e. conflagrabit. Ignem in mundum ille immisit. Adveniens Nuntius Vitæ Viris altissimis adstitit: neque ignis ad eos pervenit. Tranquillitas posthæc in mundo existit: neque adversus Viros altissimos & mitissimos, in mundo hoc verantes, in potestate horum Angelorum aliquid fuit. Abierunt tum Angeli hi altissimi, iræ imperantes, suoque Deo dixerunt: Viri altissimi & mitissimi suone in splendore in mundo



hoc persistent? Sed nihil in eorum potestate fuit. Sumserunt illi fermentum mundi, in suo ærario custoditum apud eos, quorum nomina Schurbaj & Scharhabil, qui ex Adami familia orti erant, & a quibus mundus excitatus fuit. Adveniens vero Nuntius Vitæ, & jucundum bonorumque consiliorum potentem Schetel amplectens, eum velamine grato splendoris vestivit, stolaque lucis ac nitoris texit. Quem & idem per totum mundum visus in thesaurum, quem Aebel petierat, deduxit, & in camera, in qua Aebel habitaverat, constituit. Quomodo etiam animis doctrinâ, quæ domum Vitæ nunquam terminandam spectat, recte proposita, Genio Anusch vestem, qua sui fratres induti degere, reliquit. Atque ipsi, ubi eum, dato mandato, sui fratres, sui patres accinxerant, Nuntius Vitæ dixit: ne timeas, paveas, trepidusve dicas, te solum in mundo hoc malo relictum fuisse. Cito ad te veniam. Inde Anusch ita secum loquebatur: ego stans, & acutus in meo indumento, ego non cordis abjecti animive reprobî, ego mente reprensans, atque solus hic versans, quæram, quis malum hujus mundi totius tollat? Mihi mei fratres heic affuere: ego apud eos adolevi: apud eos vero, ut parentes filium educant, fratresque natu majores eum suscipiunt, adolevi. Dicunt illi, se audire, in mundo hoc pessimas corruptiones esse. Solus jam ego quid in hoc mundo malorum faciam? Parabolice autem ego loquens, sic parabolam in me ipsum vertens, dico: mei pedes, quis huc vos adduxit? in habitaculum malorum quis me evexit? Consistens ego in meo indumento, quod mihi mei fratres vivum dederunt, dico: hic mundus cui rei grandescit? cui rei dominatur? Coram si mei fratres heic essent, de mundo



את ויהי לאיבן זכר זכר ויהי זכר זכר ויהי זכר זכר  
לא מען ולא מען זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר  
זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר  
זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר  
זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר  
זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר  
זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר  
זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר  
זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר  
זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר  
זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר  
זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר  
זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר זכר

Hoc meos fratres accersites interrogarem. Sustuli oculos, contemplan-  
 tem totum mundum, coslum suasque stellas illustres, so-  
 lem & lunam, Angelos coelo imperantes, terræ imperantes, Du-  
 odecim Incantatores, i. e. signa Zodiacalia, quæ sol permeat,  
 & quæ luna permeat. Imperant hi Angeli aquæ, vento, igni,  
 terræ, omnique rei ipsi innixæ, montibus, maribus, frugiferis-  
 que herbis & arboribus. Quis mihi dicet, ex quo hæc exstite-  
 rint, quo nitantur, & quomodo consistant? de vicissitudine,  
 orta sub auroram, quam quatuor Angeli ducunt, de vicissitudi-  
 ne alia, orta sub noctem, quam Angeli invicem sui dissimiles  
 ducunt, de vicissitudine viva, orta sub diem, qui ipse lucens  
 filios hominis collustrat, lucemque domui Vitæ sempiter-  
 nam in operis cujusque susceptionem & perfectionem pro-  
 ducit. Sunt homines, qui hac lætentur, sunt, qui hac turbati  
 quærant, cur dies ortus sit, cur mane exstiterit? Sunt etiam,  
 qui altera vicissitudine, sub noctem orta, lætentur, ut & sunt,  
 qui dolentes & lacrimantes quærant, cur nox exstiterit, cur  
 luna exorta fuerit? Iste vero stellæ, quæ in coelo collocatæ,  
 nocti dieique absolute dominantes, circumeuntes seque in coelo  
 versantes, uno loco non permanent, hominibus felicitatem non  
 afferunt, sed unum pauperem efficiunt, alterum divitem red-  
 dunt, parantesque suam cuique homini detrimentum, servum  
 reddunt, qui liber, liberum reddunt, qui servus est, & dolose  
 erga animas filiorum hominis agentes, in errorem eas inducunt,  
 suaque fraude strueta ad diem usque supremum illas animas  
 secum detinent. Cum vero mundum sic agentem viderem,  
 commotus ego & perturbatus, meaque staturâ primum humili  
 prostrata, deinde erecta, meoque animo obstupescente, meis

فَعَصَبٌ حَلَا لَيْسَ مَخَالًا اِهْمُؤُومٌ لِاحْيَا اَتَمِيهِ قَدَاةً اُذْمَعِيهِ اِهْمُؤُومٌ  
 اَنْتَ فَعَمِيْنَا فَعَمِيْنَا حَكَمًا اَتَمِيهِ بِدَعْمَا هَلَا لَيْسَ هَلَا لَيْسَ حَكَمًا  
 قَدَمًا قَدَمًا بِسَاءِ اَفْعَالِكُمْ اِنَا - اَلَيْسَا كَقَدَمٍ حَيَّوْبٍ قَدَاةً اُذْمَعِيْنَا  
 دَلَا اَنْتَ قَدَاةً اُذْمَعِيْنَا هَلَا لَيْسَ هَلَا لَيْسَ حَكَمًا مَحْ جَا بِعَمِيْنَا اِنَا  
 قَدَمِيَّبٍ قَدَمِيَّبٍ اَنْتَ مَدْفَعٌ ذَكْبٌ حَكَمًا اَتَمِيهِ مَعِي  
 حَمِيْنَا حَمِيْنَا قَدَاةً اُذْمَعِيْنَا ذَكْبٌ مَفْعَلًا بِفَعْلِكُمْ حَمَلَاتًا اِهْمُؤُومٌ  
 مَفْعَلِيْنَا مَعِي حَمِيَّبٍ اَلْحَمْدُ مَحْمَلًا اِنَا حَمِيَّبٍ اَتَمِيهِ مَعِي  
 حَمِيَّبًا بِسَاءِ مَعِي يَا بِفَعْلِكُمْ مَعْمَلًا بِمَعْمَلًا بِحَكْمٍ لَيْسَ  
 قَدَمِيَّبٍ مَخَالًا مَعِي قَدَاةً اُذْمَعِيْنَا بِحَلَا لَيْسَ حَكَمًا لَيْسَ قَدَمِيَّبٍ  
 مَخَلٌ لَيْسَ قَدَمِيَّبٍ مَخَالًا مَعِي قَدَاةً اُذْمَعِيْنَا مَعْمَلًا حَكْمٍ  
 لَيْسَ قَدَمِيَّبٍ مَخَلٌ بِحَكْمٍ مَفْعَلًا مَفْعَلِيْنَا حَكَمًا اَتَمِيهِ  
 بِفَعْلِكُمْ حَمِيَّبًا قَدَمِيَّبًا حَكْمٍ مَدْفَعًا اِنَا حَمِيَّبٍ اِهْمُؤُومٌ بِاَفْعَالِكُمْ  
 ذَكْبٌ اِنَا حَبٍ اِنَا قَدَمًا ذَكْبٌ مَخَالًا حَمِيَّبٍ بِفَعْمَلِيْنَا  
 اِنَا حَمِيَّبٍ حَمِيَّبٍ مَفْعَلًا مَفْعَلِيْنَا حَمِيَّبٍ مَدْفَعِيْنَا  
 حَمِيَّبًا بِسَاءِ اِهْمُؤُومٌ مَدْفَعِيْنَا حَمِيَّبًا اَتَمِيهِ بِدَعْمَا  
 نَحْمِيَّبٍ اَتَمِيْنَا بِاَنْتَ فَعَمِيْنَا \* نَحْمِيْنَا مَحْ مَعِي بِدَعْمَا بِحَكَمًا  
 اِنَا اَتَمِيْنَا اِنَا اَتَمِيْنَا اِنَا مَعِي حَمِيْنَا حَمِيْنَا حَمِيْنَا اِنَا اَتَمِيْنَا  
 اِنَا اَتَمِيْنَا اِنَا اَتَمِيْنَا اِنَا حَمِيْنَا حَمِيْنَا حَمِيْنَا مَخَالًا حَمِيَّبٍ  
 بِفَعْمَلِيْنَا مَدْفَعِيْنَا مَدْفَعِيْنَا اَتَمِيْنَا حَمِيْنَا مَدْفَعِيْنَا مَدْفَعِيْنَا

\* Omissum حَمِيْنَا

pedibus lapsantibus, atque poplitibus minime firmis, ita mecum cogitans loquebar: mei fratres natu majores me in mundo hoc malorum reliquerunt, nec venientes illi me hinc liberarunt. Nuntius quidem Vitæ dixit, se ad me venturum. Quod non factum. Et cogitans mecum de meis fratribus, deplorabam, quod nec illi me adiissent, meque hinc liberassent. Sto solus in hoc indumento, quod mihi mei fratres in hoc mundo reliquerunt, & quod mali male mihi consulentes mihi immiserunt. Quos item advocare Angelos, iræ imperantes, audio. Unde etiam Vita sua sponte excitata est, ut & homines sua sponte exsisterent, qui vocem Vitæ novissimæ prædicantes, vocemque Virorum trium altissimorum prædicantes, a Vita fœnus acceperunt, atque qui Viris tribus altissimis mentem advertentes, de nobis tribus colloquentes, a Vita fœnus acceperunt. Enimvero, & cum Viris altissimis mentem illi advertunt, nec desunt, qui nobis insurgentes in hoc mundo nos spernant, mutuoque adversus nos consultant. Tamen ad ultimum voti adversus me suscepti non compotes ii futuri. Occultum quid mihi meæque quam circumfero formæ moliantur. Quem oculis mei spectabunt? In quo mea fiducia collocabitur? Exspecto Nuntium Vitæ, ut veniat, mihi que fulcro in hoc malorum mundo sit, meque, quomodo liberavit fratres meos, ab occisione & igne malorum hujus mundi liberet. Pervulus ego Anusch maturior annis sum meis fratribus, iisque, quibus ego in hoc mundo posterior sum, excellens; tamen non tanti, quanti mei fratres, in hoc mundo factus fui. Consultant hi mali adversus me meamque formam, quam circumferens ego secure ago, hi mali, qui vocem

١٥٨  
 ١٥٩  
 ١٦٠  
 ١٦١  
 ١٦٢  
 ١٦٣  
 ١٦٤  
 ١٦٥  
 ١٦٦  
 ١٦٧  
 ١٦٨  
 ١٦٩  
 ١٧٠  
 ١٧١  
 ١٧٢  
 ١٧٣  
 ١٧٤  
 ١٧٥  
 ١٧٦  
 ١٧٧  
 ١٧٨  
 ١٧٩  
 ١٨٠  
 ١٨١  
 ١٨٢  
 ١٨٣  
 ١٨٤  
 ١٨٥  
 ١٨٦  
 ١٨٧  
 ١٨٨  
 ١٨٩  
 ١٩٠  
 ١٩١  
 ١٩٢  
 ١٩٣  
 ١٩٤  
 ١٩٥  
 ١٩٦  
 ١٩٧  
 ١٩٨  
 ١٩٩  
 ٢٠٠  
 ٢٠١  
 ٢٠٢  
 ٢٠٣  
 ٢٠٤  
 ٢٠٥  
 ٢٠٦  
 ٢٠٧  
 ٢٠٨  
 ٢٠٩  
 ٢١٠  
 ٢١١  
 ٢١٢  
 ٢١٣  
 ٢١٤  
 ٢١٥  
 ٢١٦  
 ٢١٧  
 ٢١٨  
 ٢١٩  
 ٢٢٠  
 ٢٢١  
 ٢٢٢  
 ٢٢٣  
 ٢٢٤  
 ٢٢٥  
 ٢٢٦  
 ٢٢٧  
 ٢٢٨  
 ٢٢٩  
 ٢٣٠  
 ٢٣١  
 ٢٣٢  
 ٢٣٣  
 ٢٣٤  
 ٢٣٥  
 ٢٣٦  
 ٢٣٧  
 ٢٣٨  
 ٢٣٩  
 ٢٤٠  
 ٢٤١  
 ٢٤٢  
 ٢٤٣  
 ٢٤٤  
 ٢٤٥  
 ٢٤٦  
 ٢٤٧  
 ٢٤٨  
 ٢٤٩  
 ٢٥٠  
 ٢٥١  
 ٢٥٢  
 ٢٥٣  
 ٢٥٤  
 ٢٥٥  
 ٢٥٦  
 ٢٥٧  
 ٢٥٨  
 ٢٥٩  
 ٢٦٠  
 ٢٦١  
 ٢٦٢  
 ٢٦٣  
 ٢٦٤  
 ٢٦٥  
 ٢٦٦  
 ٢٦٧  
 ٢٦٨  
 ٢٦٩  
 ٢٧٠  
 ٢٧١  
 ٢٧٢  
 ٢٧٣  
 ٢٧٤  
 ٢٧٥  
 ٢٧٦  
 ٢٧٧  
 ٢٧٨  
 ٢٧٩  
 ٢٨٠  
 ٢٨١  
 ٢٨٢  
 ٢٨٣  
 ٢٨٤  
 ٢٨٥  
 ٢٨٦  
 ٢٨٧  
 ٢٨٨  
 ٢٨٩  
 ٢٩٠  
 ٢٩١  
 ٢٩٢  
 ٢٩٣  
 ٢٩٤  
 ٢٩٥  
 ٢٩٦  
 ٢٩٧  
 ٢٩٨  
 ٢٩٩  
 ٣٠٠  
 ٣٠١  
 ٣٠٢  
 ٣٠٣  
 ٣٠٤  
 ٣٠٥  
 ٣٠٦  
 ٣٠٧  
 ٣٠٨  
 ٣٠٩  
 ٣١٠  
 ٣١١  
 ٣١٢  
 ٣١٣  
 ٣١٤  
 ٣١٥  
 ٣١٦  
 ٣١٧  
 ٣١٨  
 ٣١٩  
 ٣٢٠  
 ٣٢١  
 ٣٢٢  
 ٣٢٣  
 ٣٢٤  
 ٣٢٥  
 ٣٢٦  
 ٣٢٧  
 ٣٢٨  
 ٣٢٩  
 ٣٣٠  
 ٣٣١  
 ٣٣٢  
 ٣٣٣  
 ٣٣٤  
 ٣٣٥  
 ٣٣٦  
 ٣٣٧  
 ٣٣٨  
 ٣٣٩  
 ٣٤٠  
 ٣٤١  
 ٣٤٢  
 ٣٤٣  
 ٣٤٤  
 ٣٤٥  
 ٣٤٦  
 ٣٤٧  
 ٣٤٨  
 ٣٤٩  
 ٣٥٠  
 ٣٥١  
 ٣٥٢  
 ٣٥٣  
 ٣٥٤  
 ٣٥٥  
 ٣٥٦  
 ٣٥٧  
 ٣٥٨  
 ٣٥٩  
 ٣٦٠  
 ٣٦١  
 ٣٦٢  
 ٣٦٣  
 ٣٦٤  
 ٣٦٥  
 ٣٦٦  
 ٣٦٧  
 ٣٦٨  
 ٣٦٩  
 ٣٧٠  
 ٣٧١  
 ٣٧٢  
 ٣٧٣  
 ٣٧٤  
 ٣٧٥  
 ٣٧٦  
 ٣٧٧  
 ٣٧٨  
 ٣٧٩  
 ٣٨٠  
 ٣٨١  
 ٣٨٢  
 ٣٨٣  
 ٣٨٤  
 ٣٨٥  
 ٣٨٦  
 ٣٨٧  
 ٣٨٨  
 ٣٨٩  
 ٣٩٠  
 ٣٩١  
 ٣٩٢  
 ٣٩٣  
 ٣٩٤  
 ٣٩٥  
 ٣٩٦  
 ٣٩٧  
 ٣٩٨  
 ٣٩٩  
 ٤٠٠  
 ٤٠١  
 ٤٠٢  
 ٤٠٣  
 ٤٠٤  
 ٤٠٥  
 ٤٠٦  
 ٤٠٧  
 ٤٠٨  
 ٤٠٩  
 ٤١٠  
 ٤١١  
 ٤١٢  
 ٤١٣  
 ٤١٤  
 ٤١٥  
 ٤١٦  
 ٤١٧  
 ٤١٨  
 ٤١٩  
 ٤٢٠  
 ٤٢١  
 ٤٢٢  
 ٤٢٣  
 ٤٢٤  
 ٤٢٥  
 ٤٢٦  
 ٤٢٧  
 ٤٢٨  
 ٤٢٩  
 ٤٣٠  
 ٤٣١  
 ٤٣٢  
 ٤٣٣  
 ٤٣٤  
 ٤٣٥  
 ٤٣٦  
 ٤٣٧  
 ٤٣٨  
 ٤٣٩  
 ٤٤٠  
 ٤٤١  
 ٤٤٢  
 ٤٤٣  
 ٤٤٤  
 ٤٤٥  
 ٤٤٦  
 ٤٤٧  
 ٤٤٨  
 ٤٤٩  
 ٤٥٠  
 ٤٥١  
 ٤٥٢  
 ٤٥٣  
 ٤٥٤  
 ٤٥٥  
 ٤٥٦  
 ٤٥٧  
 ٤٥٨  
 ٤٥٩  
 ٤٦٠  
 ٤٦١  
 ٤٦٢  
 ٤٦٣  
 ٤٦٤  
 ٤٦٥  
 ٤٦٦  
 ٤٦٧  
 ٤٦٨  
 ٤٦٩  
 ٤٧٠  
 ٤٧١  
 ٤٧٢  
 ٤٧٣  
 ٤٧٤  
 ٤٧٥  
 ٤٧٦  
 ٤٧٧  
 ٤٧٨  
 ٤٧٩  
 ٤٨٠  
 ٤٨١  
 ٤٨٢  
 ٤٨٣  
 ٤٨٤  
 ٤٨٥  
 ٤٨٦  
 ٤٨٧  
 ٤٨٨  
 ٤٨٩  
 ٤٩٠  
 ٤٩١  
 ٤٩٢  
 ٤٩٣  
 ٤٩٤  
 ٤٩٥  
 ٤٩٦  
 ٤٩٧  
 ٤٩٨  
 ٤٩٩  
 ٥٠٠  
 ٥٠١  
 ٥٠٢  
 ٥٠٣  
 ٥٠٤  
 ٥٠٥  
 ٥٠٦  
 ٥٠٧  
 ٥٠٨  
 ٥٠٩  
 ٥١٠  
 ٥١١  
 ٥١٢  
 ٥١٣  
 ٥١٤  
 ٥١٥  
 ٥١٦  
 ٥١٧  
 ٥١٨  
 ٥١٩  
 ٥٢٠  
 ٥٢١  
 ٥٢٢  
 ٥٢٣  
 ٥٢٤  
 ٥٢٥  
 ٥٢٦  
 ٥٢٧  
 ٥٢٨  
 ٥٢٩  
 ٥٣٠  
 ٥٣١  
 ٥٣٢  
 ٥٣٣  
 ٥٣٤  
 ٥٣٥  
 ٥٣٦  
 ٥٣٧  
 ٥٣٨  
 ٥٣٩  
 ٥٤٠  
 ٥٤١  
 ٥٤٢  
 ٥٤٣  
 ٥٤٤  
 ٥٤٥  
 ٥٤٦  
 ٥٤٧  
 ٥٤٨  
 ٥٤٩  
 ٥٥٠  
 ٥٥١  
 ٥٥٢  
 ٥٥٣  
 ٥٥٤  
 ٥٥٥  
 ٥٥٦  
 ٥٥٧  
 ٥٥٨  
 ٥٥٩  
 ٥٦٠  
 ٥٦١  
 ٥٦٢  
 ٥٦٣  
 ٥٦٤  
 ٥٦٥  
 ٥٦٦  
 ٥٦٧  
 ٥٦٨  
 ٥٦٩  
 ٥٧٠  
 ٥٧١  
 ٥٧٢  
 ٥٧٣  
 ٥٧٤  
 ٥٧٥  
 ٥٧٦  
 ٥٧٧  
 ٥٧٨  
 ٥٧٩  
 ٥٨٠  
 ٥٨١  
 ٥٨٢  
 ٥٨٣  
 ٥٨٤  
 ٥٨٥  
 ٥٨٦  
 ٥٨٧  
 ٥٨٨  
 ٥٨٩  
 ٥٩٠  
 ٥٩١  
 ٥٩٢  
 ٥٩٣  
 ٥٩٤  
 ٥٩٥  
 ٥٩٦  
 ٥٩٧  
 ٥٩٨  
 ٥٩٩  
 ٦٠٠  
 ٦٠١  
 ٦٠٢  
 ٦٠٣  
 ٦٠٤  
 ٦٠٥  
 ٦٠٦  
 ٦٠٧  
 ٦٠٨  
 ٦٠٩  
 ٦١٠  
 ٦١١  
 ٦١٢  
 ٦١٣  
 ٦١٤  
 ٦١٥  
 ٦١٦  
 ٦١٧  
 ٦١٨  
 ٦١٩  
 ٦٢٠  
 ٦٢١  
 ٦٢٢  
 ٦٢٣  
 ٦٢٤  
 ٦٢٥  
 ٦٢٦  
 ٦٢٧  
 ٦٢٨  
 ٦٢٩  
 ٦٣٠  
 ٦٣١  
 ٦٣٢  
 ٦٣٣  
 ٦٣٤  
 ٦٣٥  
 ٦٣٦  
 ٦٣٧  
 ٦٣٨  
 ٦٣٩  
 ٦٤٠  
 ٦٤١  
 ٦٤٢  
 ٦٤٣  
 ٦٤٤  
 ٦٤٥  
 ٦٤٦  
 ٦٤٧  
 ٦٤٨  
 ٦٤٩  
 ٦٥٠  
 ٦٥١  
 ٦٥٢  
 ٦٥٣  
 ٦٥٤  
 ٦٥٥  
 ٦٥٦  
 ٦٥٧  
 ٦٥٨  
 ٦٥٩  
 ٦٦٠  
 ٦٦١  
 ٦٦٢  
 ٦٦٣  
 ٦٦٤  
 ٦٦٥  
 ٦٦٦  
 ٦٦٧  
 ٦٦٨  
 ٦٦٩  
 ٦٧٠  
 ٦٧١  
 ٦٧٢  
 ٦٧٣  
 ٦٧٤  
 ٦٧٥  
 ٦٧٦  
 ٦٧٧  
 ٦٧٨  
 ٦٧٩  
 ٦٨٠  
 ٦٨١  
 ٦٨٢  
 ٦٨٣  
 ٦٨٤  
 ٦٨٥  
 ٦٨٦  
 ٦٨٧  
 ٦٨٨  
 ٦٨٩  
 ٦٩٠  
 ٦٩١  
 ٦٩٢  
 ٦٩٣  
 ٦٩٤  
 ٦٩٥  
 ٦٩٦  
 ٦٩٧  
 ٦٩٨  
 ٦٩٩  
 ٧٠٠  
 ٧٠١  
 ٧٠٢  
 ٧٠٣  
 ٧٠٤  
 ٧٠٥  
 ٧٠٦  
 ٧٠٧  
 ٧٠٨  
 ٧٠٩  
 ٧١٠  
 ٧١١  
 ٧١٢  
 ٧١٣  
 ٧١٤  
 ٧١٥  
 ٧١٦  
 ٧١٧  
 ٧١٨  
 ٧١٩  
 ٧٢٠  
 ٧٢١  
 ٧٢٢  
 ٧٢٣  
 ٧٢٤  
 ٧٢٥  
 ٧٢٦  
 ٧٢٧  
 ٧٢٨  
 ٧٢٩  
 ٧٣٠  
 ٧٣١  
 ٧٣٢  
 ٧٣٣  
 ٧٣٤  
 ٧٣٥  
 ٧٣٦  
 ٧٣٧  
 ٧٣٨  
 ٧٣٩  
 ٧٤٠  
 ٧٤١  
 ٧٤٢  
 ٧٤٣  
 ٧٤٤  
 ٧٤٥  
 ٧٤٦  
 ٧٤٧  
 ٧٤٨  
 ٧٤٩  
 ٧٥٠  
 ٧٥١  
 ٧٥٢  
 ٧٥٣  
 ٧٥٤  
 ٧٥٥  
 ٧٥٦  
 ٧٥٧  
 ٧٥٨  
 ٧٥٩  
 ٧٦٠  
 ٧٦١  
 ٧٦٢  
 ٧٦٣  
 ٧٦٤  
 ٧٦٥  
 ٧٦٦  
 ٧٦٧  
 ٧٦٨  
 ٧٦٩  
 ٧٧٠  
 ٧٧١  
 ٧٧٢  
 ٧٧٣  
 ٧٧٤  
 ٧٧٥  
 ٧٧٦  
 ٧٧٧  
 ٧٧٨  
 ٧٧٩  
 ٧٨٠  
 ٧٨١  
 ٧٨٢  
 ٧٨٣  
 ٧٨٤  
 ٧٨٥  
 ٧٨٦  
 ٧٨٧  
 ٧٨٨  
 ٧٨٩  
 ٧٩٠  
 ٧٩١  
 ٧٩٢  
 ٧٩٣  
 ٧٩٤  
 ٧٩٥  
 ٧٩٦  
 ٧٩٧  
 ٧٩٨  
 ٧٩٩  
 ٨٠٠  
 ٨٠١  
 ٨٠٢  
 ٨٠٣  
 ٨٠٤  
 ٨٠٥  
 ٨٠٦  
 ٨٠٧  
 ٨٠٨  
 ٨٠٩  
 ٨١٠  
 ٨١١  
 ٨١٢  
 ٨١٣  
 ٨١٤  
 ٨١٥  
 ٨١٦  
 ٨١٧  
 ٨١٨  
 ٨١٩  
 ٨٢٠  
 ٨٢١  
 ٨٢٢  
 ٨٢٣  
 ٨٢٤  
 ٨٢٥  
 ٨٢٦  
 ٨٢٧  
 ٨٢٨  
 ٨٢٩  
 ٨٣٠  
 ٨٣١  
 ٨٣٢  
 ٨٣٣  
 ٨٣٤  
 ٨٣٥  
 ٨٣٦  
 ٨٣٧  
 ٨٣٨  
 ٨٣٩  
 ٨٤٠  
 ٨٤١  
 ٨٤٢  
 ٨٤٣  
 ٨٤٤  
 ٨٤٥  
 ٨٤٦  
 ٨٤٧  
 ٨٤٨  
 ٨٤٩  
 ٨٥٠  
 ٨٥١  
 ٨٥٢  
 ٨٥٣  
 ٨٥٤  
 ٨٥٥  
 ٨٥٦  
 ٨٥٧  
 ٨٥٨  
 ٨٥٩  
 ٨٦٠  
 ٨٦١  
 ٨٦٢  
 ٨٦٣  
 ٨٦٤  
 ٨٦٥  
 ٨٦٦  
 ٨٦٧  
 ٨٦٨  
 ٨٦٩  
 ٨٧٠  
 ٨٧١  
 ٨٧٢  
 ٨٧٣  
 ٨٧٤  
 ٨٧٥  
 ٨٧٦  
 ٨٧٧  
 ٨٧٨  
 ٨٧٩  
 ٨٨٠  
 ٨٨١  
 ٨٨٢  
 ٨٨٣  
 ٨٨٤  
 ٨٨٥  
 ٨٨٦  
 ٨٨٧  
 ٨٨٨  
 ٨٨٩  
 ٨٩٠  
 ٨٩١  
 ٨٩٢  
 ٨٩٣  
 ٨٩٤  
 ٨٩٥  
 ٨٩٦  
 ٨٩٧  
 ٨٩٨  
 ٨٩٩  
 ٩٠٠  
 ٩٠١  
 ٩٠٢  
 ٩٠٣  
 ٩٠٤  
 ٩٠٥  
 ٩٠٦  
 ٩٠٧  
 ٩٠٨  
 ٩٠٩  
 ٩١٠  
 ٩١١  
 ٩١٢  
 ٩١٣  
 ٩١٤  
 ٩١٥  
 ٩١٦  
 ٩١٧  
 ٩١٨  
 ٩١٩  
 ٩٢٠  
 ٩٢١  
 ٩٢٢  
 ٩٢٣  
 ٩٢٤  
 ٩٢٥  
 ٩٢٦  
 ٩٢٧  
 ٩٢٨  
 ٩٢٩  
 ٩٣٠  
 ٩٣١  
 ٩٣٢  
 ٩٣٣  
 ٩٣٤  
 ٩٣٥  
 ٩٣٦  
 ٩٣٧  
 ٩٣٨  
 ٩٣٩  
 ٩٤٠  
 ٩٤١  
 ٩٤٢  
 ٩٤٣  
 ٩٤٤  
 ٩٤٥  
 ٩٤٦  
 ٩٤٧  
 ٩٤٨  
 ٩٤٩  
 ٩٥٠  
 ٩٥١  
 ٩٥٢  
 ٩٥٣  
 ٩٥٤  
 ٩٥٥  
 ٩٥٦  
 ٩٥٧  
 ٩٥٨  
 ٩٥٩  
 ٩٦٠  
 ٩٦١  
 ٩٦٢  
 ٩٦٣  
 ٩٦٤  
 ٩٦٥  
 ٩٦٦  
 ٩٦٧  
 ٩٦٨  
 ٩٦٩  
 ٩٧٠  
 ٩٧١  
 ٩٧٢  
 ٩٧٣  
 ٩٧٤  
 ٩٧٥  
 ٩٧٦  
 ٩٧٧  
 ٩٧٨  
 ٩٧٩  
 ٩٨٠  
 ٩٨١  
 ٩٨٢  
 ٩٨٣  
 ٩٨٤  
 ٩٨٥  
 ٩٨٦  
 ٩٨٧  
 ٩٨٨  
 ٩٨٩  
 ٩٩٠  
 ٩٩١  
 ٩٩٢  
 ٩٩٣  
 ٩٩٤  
 ٩٩٥  
 ٩٩٦  
 ٩٩٧  
 ٩٩٨  
 ٩٩٩  
 ١٠٠٠

Vitæ, eumque, qui hanc in mundo prædicavit, odio habuerunt. Dicunt sibi invicem: in mundo, qui noster erit, vocem Vitæ non prædicabunt. Quin & Angelos iræ vocarunt, dato hoc mandato: in orbem telluris descendite. Ut etiam Noachæ dixerunt: construe arcam, advoca & constitue ejus architectum, i, cæde e terra Libani cedros, & sume bitumen ex monte Jatur, atque, constituto ejus architecto, & arca constructa, collige ex re omni parva masculini & feminini generis, quæ in arcam a te paratam mittas, siquidem mundum tollemus, & caput trium virorum, formamque, quam in mundo habent, tollemus. Putabant vero Septem Stellares, se eo facilius hos mundi incolas sublaturus, ita ut nullus illorum sive nomen & sermonem in ore ferret, sive sermonem audiret, quod hi mali fabricæ mundanæ domini sciebant, me solum ibi versari. Moliebantur itaque mihi arcanum malæ artis, a quo die mei fratres me reliquerant, & mecum arma conferentes, bellum gesserunt. Quos autem indies ego fugiens. Et, quia solus in hoc mundo versabar, mei oculi Nuntium Vitæ spectabant. Mihi hic tum dixit: statim ad te veniam, deliberaturus de eo, quod tui fratres ratione & mente assequi nequeant. Omni posthæc die contemplanus ego oculis viam, qua mei fratres incederent, atque semitam, qua Nuntius Vitæ adveniret, intuens, portam cœli apertam video: visa splendoris lucisque nube, quam creatura quævis ipsam videns timuerit. Et, visa hac, in qua Nuntius Vitæ advenit, lucis nube, parvulus ego mea labia Domino fabricæ mundanæ distendi: mea statura, quæ contracta fuerat, erecta; meo corde, quod percussio invaserat, super suo loco suffulto, meisque pedibus, qui tremuerant,



firmatis super poplitibus. Venit Nuntius Vitæ, mihi que dixit: Anusch parvule, cur animo afflictus, cur mente commotus & perturbatus es? cur tua statura contracta fuit? cur tuum cor percussio invasit? cur pedes tui suis poplitibus tremuerunt? Atque mihi coram Nuntio Vitæ unum dicenti, alterumque dicere verenti, Nuntius hic Vitæ ulterius dixit: Anusch parvule, ne me timeas. Quoniam, ne quid tibi in hoc mundo eveniret, expavisti, ideo ad te venio: ut te de eo instituerem, veni. Hujus mundi malos, aut hæc diluvia in tuum caput sublata ne timeas. Ut, quam occidionem, quem ignem tuis fratribus illi injecerunt, ista occidio, iste ignis in sua potestate non fuit, ita nec aquæ diluvia ad te pervenient. Attuli tibi splendorem, lucem, quæ tui hospes futura, & penes te mansura, tibi robori adversus hæc diluvia erit. Futura est tua species, qualis ea, quæ duorum altissimorum a te digressorum est, & in qua forma in domum Vitæ hi abierunt. Cum vero Anusch tali splendore & specie, qualis suorum fratrum Aebel & Schatel erat, illucesceret, mali hujus mundi dixerunt: tres hi Viri, utcumque in mundo versantes Viri non sunt, rerum illi splendor, illi lux: quam etiam speciem hæc in mundo Anusch parvulus, in hoc mundo solus degens, habebit. Nuntius Vitæ dixit: veni, detegam tibi arcana hujus mundi foeda, quæ visa timuisti, coelum expansum, stellasque illustres, quæ in eo coelo splendent. Tremulas micantes has stellas in aqua, igne vivo, & igne peredente, in igne inquam peredente has splendentes, in virtute ignis vivi coelestis tremulas has micantes, Duodecim Incantatrices Zodiacales, Septemque Stellares, quas Sol perneat, has stellas nisi Fetabil parasset, iterque per eas Soli ac Lunæ





patuisset, tenebræ essent. Jam vero, Sole occidente, Luna oritur. Cogitavit enim Fetahil de igne, qui tenebrarum foret, ut esset nox, esset dies, hominibus in compotum & numerum, in compotum annorum, mensium & dierum. Ecce tibi hoc detexi. De tempestate & aqua, his duobus, unde constituta fuerint, tibi dicam. Constituit Fetahil ex aquæ ignisque peredentis virtute duos Angelos, mundi hujus rectores, aquæ & pluvie imperantes, frigori & calori, fami & satietati imperantes: qui igni a Deo suo præpositi servi fuerunt. Dicam tibi de natra, cujus illa fuerit, & quis ille Vir, qui eam finxerit. Erat Fetahil, qui eam fingeret. Quicquid frugiferarum herbarum arborumque fuerit, e frugiferarum herbarum arborumque radice exstitit, atque inde creatum nutrimini est. Dicam tibi de aqua, unde effusa sit, unde exortiverit Vita, unde ignis vivus exstiterit. Hæc ex domo Vitæ constituta. A quo autem tempore ea huc allata fuerunt, ignis vivus mutatus est, & aqua stupuit: neque hæc lucentia per manum Fetahilis, quem suus pater miserat, ut cælum & terram conderet. Fecit ille, quod ejus pater præceperat. Et opera factaque, quæ sua manu produxit, confirmata. Detexi tibi arcanum cæli: arcanum terræ tibi detegam. Exstitit terra ex aqua nigra. Ceterum, quod arcanum vivum exstitit, id jam tibi detegam. Abiit Fetahil unum cum Angelis, qui eum eo erant. Ubi vero ad Aquam Nigram pervenerat, dixit suus pater: condensa terram, ut terra fiat. Fetahil animo defixus secum volutabat, quod pater ei præceperat. Quem tum Spiritus, & Angeli, qui cum eo erant, his verbis allocuti sunt: firmamento extenso, huic aquæ dicas, ut terra fiat. Respondit: pater mihi præcepit, ut hoc



facerem. Pulchrum est, quod mihi dixistis. Et aliquid ille sumens de igne vivo, sumens de specie sua induta, in Aquam Nigram id projecit. Quo autem facto, terra continentis condensata fuit. Et in ea tam montes abscidit, quam maria fudit: paratis in maribus omnis generis piscibus, paratis in montibus frugiferis herbis arboribusque. Atque, ut in arboribus fructum ferentibus semina omnis generis exstiterunt, sic in terra, quæ in terra hac exstiterant, omnia semina germinarunt. Quæ in orbe terrestri mansura & vigentia fructum in cibum potumque ferrent. Paravit etiam animal bestiamque omnis generis, masculini & feminini: quomodo & aves alatas, mansuras, & quæ mansuræ se ipsæ pascerent, paravit. Spiritus vero & Angeli, cum illo Fetahil versantes, ignorabant, cui hæc parata essent, & quis ea ederet. Quocirca Fetahil Spiritui & Angelis, qui cum eo erant, dixit: ficta est forma unius masculina, forma alterius feminina, quæ vero masculina Adam, feminina Hava vocabitur, ut & ego, quam faciam, utriusque formam erigam. At ignorabat Spiritus, quod mandatum Fetahil a suo patre Abatur de Adamo ejusque uxore Hava accepisset. Enimvero, & ubi terra supra aquam, Aqua vicissim Nigra infra terram exstiterat, inter res omnes, quas Fetahil fecerat, aqua savis non reperiebatur. Quapropter Nuntius Vitæ parvulo Anuschidixit: ego, quem Vita huc misit, probe novi, aquam hinc evavem non esse. Ideoque Vitam summam sic compellavi: in hunc mundum ad prædicandam Vitæ vocem me mittas, ut, eâ audita, vivant: atque in demum Vitæ ascendat, qui homines aquam illam non svavem bibent, vivant vero hi, qui sermonem hunc Vitæ audient. Cui Vita summa respondit: surge,



ad aquæ originem contēde, alveumque aquæ vivæ & subtilis deriva, ut eat & in aquam profundam cadat, quo hæc aqua dulcescat, eamque bibendo homines Vitæ summæ similes evadant. Tavriil Genius tum, dato mandato, alveum illum aquæ subtilis derivandæ finxit. Atque, in orbem terrestrem, in aquam non svavem hac cadente, orbis terrestris aqua dulcescibat, ita ut homines eam bibentes lætarentur. Nuntius Vitæ deinceps parvulo Anusch dixit: arcanum ignis vivi, cui non constat nec mentio nec obsequium apud Spiritum Angelosque hujus mundi, penes vero quos igni tantum peredenti hæc mentio, hoc obsequium constat, postquam Nuntius Vitæ vobis explicavit, vos deinceps ex mundo caliginis huc evehet. Is vicissim, inter quos versaris, ego Nuntius Vitæ ignem vivum, quo ii vestiti, cui autem nec mentio nec obsequium apud eos constat, sustuli. Et, ascensu in locum pulchræ sedis facto, in igne peredente, ex quo procreati fuerant, eos reliqui. Scilicet reliqui eorum uni speciem, eamque hoc velamen, quod Fetahil obtinuit, ut illius ope constantes mundo præluerent. Qui mundus ne interiret, hoc reliqui. Etenim, si istum splendorem Fetahili non reliquisset, sed eum ipsi ut omnibus suis fratribus sustulisset, fortasse hic mundus periisset, totusque caliginosus evasisset, & hic mundus, quantum suarum sit creaturarum, illuvies, qua provocata orbem Fetahil circumdedit, puteus aquæ exundantis orbemque omnem obruentis exstitisset. Si ille terram non quibi parasset, is totus abjectus, nec bene & prospere factus fuisset. Ecce, Anusch parvule, arcanum malorum hujus mundi, quos videns & tremens, agitates & commotus fuisti, tibi patefecit. Arcanum



cœli & terræ tibi patefecit. Arcanum cujusque facti & faciendi  
 in mundo patefecit. Hæc tibi explicui. Dedi tibi splendorem  
 & lucem, quæ tibi cederent in speciem primariam, eamque  
 vobis e domo Vitæ datam, tibi que servatam: quam vero mali  
 ut tollerent, ii se sancte obstrinxerunt, tollere vero non potu-  
 erunt. Velavi te splendore super splendorem, velavi te luce  
 super lucem, ut foret tibi imago virorum duorum altissimo-  
 rum, tuorum fratrum, qui a te digressi, in domum Vitæ pro-  
 fecti sunt. Mutuo tibi virtutem super virtutem dedi, te pru-  
 dentia super prudentiam velavi, teque cognitione & intelligen-  
 tia, cui ipsius memores vos obedientes præbuistis, donavi. Jam  
 me in demum Vitæ conferam: veniens ego deinde a malo pec-  
 catoque hujus mundi te liberabo: oculis Vitæ tibi, virisque  
 justis, fidelibus & jucundis, qui tibi dicto obedientes fuerint,  
 intentis futuris. Te autem ab occidione, igne & diluviis aquæ  
 liberaturus, qua via Aebel justus, Schetel, & ipse Nuntius Vitæ  
 ex malorum hoc mundo ascendit, eâ te educam. Quibus  
 præceptis filio parvulo Anusch datis, atque veritate ipsi tribu-  
 ta, Nuntius Vitæ ab eo discedens, in domum Vitæ abiit, & in  
 habitaculo sui patris consedit: oculis Vitæ in eum dire-  
 ctis. Surrexit posthæc Anusch cum gaudio, gaudens splen-  
 dore & luce, quam Vita ei dederat, atque virtute, quam suus  
 pater commendaverat, hic, qui splendore luceque hujus mundi  
 eluxit. Intuentes jam Dominum fabricæ mundanæ, qui ad-  
 versus Viros tres altissimos, speciemque, quam illustrem ego  
 in mundo circumfero, male cogitabant, Septem illi Stellares  
 invicem sic collocuti sunt: Viri altissimi, nobis nunquam visi,  
 magnopere nos timendo effuseque fugiendo, altius se nobis



180  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...

...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...

abscondere. Nobis ii non visi. Jam vero splendore suo multo suaque luce grandi illustres illi, & surgentes in splendore ac nitore multo & grandi nobis apparuerunt. Fratres sunt: quibus occidit, ignis intentatus fuit. Quarum vero rerum nulla ad eos pertigit. Illi etiam nunc illustres dispositi, sibi que constantes. Sic itaque Septem Stellares dixerunt: Viris illis altissimis propter eorum virtutem non praevaluimus; quia nobis excellunt. Jam eis diluvia aquae immiserunt. Diluvia vero aquae ad eos non pertigerunt. Dixerunt deinde Septem Stellares: occisione & incendio eos tollamus. Quos vero tollere in sua potestate non fuit. Vita in suo habitaculo permanet. Vita omnibus rebus pura. Puri Aebel, Schetel & Anusch: purus populus Nasaræorum discipulorum, & Mandaitarum, qui nomen signaque illius Vitae confirmarunt, & qui nomine Vitae Primae signati, item verbum Genii Javar Zivo confirmarunt. Vita purificans. Finis.

In nomine Vitae summae. Beatae memoriae est nomen Adami Zuhrun bar Scharat, patris mei Jahia Baktiar bar Anhar, matris meae Scharat fat Anhar, uxoris meae Mudalal fat Scharat, uxoris meae alterius Samro fat Scharat, fratrum meorum Meharan bar Scharat, Ram bar Anhar, & Adam Juhan bar Anhar Jasmin, atque filiorum meorum, Adam, Behram, Semat, Adam Zuhrun, Sam & Bajan, filiorum Mudalal: quibus remissio peccatorum apud Genios Magnates, filios lucis, erit. Sum Anusch D. bar Schetel D. bar Adam D., ex stirpe regia & magnificentissima, incola loci splendidi, omnique cognitione praecellens. Pes meus quorsum me duxit, tulit? In loco multi

Tr. 20.

١٥٥ <sup>١</sup> <sup>٢</sup> <sup>٣</sup> <sup>٤</sup> <sup>٥</sup> <sup>٦</sup> <sup>٧</sup> <sup>٨</sup> <sup>٩</sup> <sup>١٠</sup> <sup>١١</sup> <sup>١٢</sup> <sup>١٣</sup> <sup>١٤</sup> <sup>١٥</sup> <sup>١٦</sup> <sup>١٧</sup> <sup>١٨</sup> <sup>١٩</sup> <sup>٢٠</sup> <sup>٢١</sup> <sup>٢٢</sup> <sup>٢٣</sup> <sup>٢٤</sup> <sup>٢٥</sup> <sup>٢٦</sup> <sup>٢٧</sup> <sup>٢٨</sup> <sup>٢٩</sup> <sup>٣٠</sup> <sup>٣١</sup> <sup>٣٢</sup> <sup>٣٣</sup> <sup>٣٤</sup> <sup>٣٥</sup> <sup>٣٦</sup> <sup>٣٧</sup> <sup>٣٨</sup> <sup>٣٩</sup> <sup>٤٠</sup> <sup>٤١</sup> <sup>٤٢</sup> <sup>٤٣</sup> <sup>٤٤</sup> <sup>٤٥</sup> <sup>٤٦</sup> <sup>٤٧</sup> <sup>٤٨</sup> <sup>٤٩</sup> <sup>٥٠</sup> <sup>٥١</sup> <sup>٥٢</sup> <sup>٥٣</sup> <sup>٥٤</sup> <sup>٥٥</sup> <sup>٥٦</sup> <sup>٥٧</sup> <sup>٥٨</sup> <sup>٥٩</sup> <sup>٦٠</sup> <sup>٦١</sup> <sup>٦٢</sup> <sup>٦٣</sup> <sup>٦٤</sup> <sup>٦٥</sup> <sup>٦٦</sup> <sup>٦٧</sup> <sup>٦٨</sup> <sup>٦٩</sup> <sup>٧٠</sup> <sup>٧١</sup> <sup>٧٢</sup> <sup>٧٣</sup> <sup>٧٤</sup> <sup>٧٥</sup> <sup>٧٦</sup> <sup>٧٧</sup> <sup>٧٨</sup> <sup>٧٩</sup> <sup>٨٠</sup> <sup>٨١</sup> <sup>٨٢</sup> <sup>٨٣</sup> <sup>٨٤</sup> <sup>٨٥</sup> <sup>٨٦</sup> <sup>٨٧</sup> <sup>٨٨</sup> <sup>٨٩</sup> <sup>٩٠</sup> <sup>٩١</sup> <sup>٩٢</sup> <sup>٩٣</sup> <sup>٩٤</sup> <sup>٩٥</sup> <sup>٩٦</sup> <sup>٩٧</sup> <sup>٩٨</sup> <sup>٩٩</sup> <sup>١٠٠</sup>

splendoris sedeo, cogitans, dicens, intuens & videns mundum  
 hunc, cœlum, terram, solem, lunam, stellas se elevantes &  
 inclinantes, & perennes, lucem, in qua manent, virtutem, in  
 qua manent, æque ac cujus virtute manent, cujusque luce lu-  
 cent. Demittens meos oculos, sublatis vero superciliis, con-  
 templor duos, unum Kanuno, dominum splendoris, directum  
 & edoctum ope Angelorum, & quidem duodecim Angelorum,  
 qui in monte tenebroso eum ducunt, alterum hoc inferiorem  
 Taturu, dominum splendoris, quem illi evectum in portam Ja-  
 sono, locum conditeri cœli & terræ constitutum, introducunt.  
 Demittens oculos, sublatis vero superciliis, contemplor & video  
 portam magnam r̄ Bun Etio, stantesque splendores mille mil-  
 le ad ejus dextram, eorumque myriades myriades ad ejus sini-  
 stram, unamque splendorem e domo Vitæ egressum; cui qua-  
 draginta & duo ex illis splendoribus se comites præbuerunt.  
 Quo autem splendore viso, statura mea tremuit: & meis pedi-  
 bus titubantibus, poplitibusque non firmis, coram eo prostratus  
 secidi. Surgens tam unus Angelus splendoris, meque dextra  
 extensaprehendens, erigens, & coram se constituens, mihi  
 dixit: veni, Anusch D. bar Schetel D. bar Adam D., ex stirpe  
 regia & magnificentissima, incola loci splendidi, omnique cogni-  
 tione præcellens. Veni, patefaciam tibi heic Vitam summam,  
 item Mendaces, in monte magno vastæ solitudinis duces Veni,  
 patefaciam tibi hoc cœlum, quod cœlum filii hominis vocant,  
 cœlum vero non existit, verum caligo est, quam Abatur virtu-  
 te & nomine illius, qui cœlum & terram condidit, sedem sibi  
 elegit. Veni, patefaciam tibi stellas, in eo lucentes, duodecim  
 Angelos, cœli orienti terræque imperantes, orco ac tenebris



imperantes, & quales heic tales ibi affectos. Veni. patefaciam tibi terram hanc, quam filii hominis ita vocarunt, terra vero non exstitit, sed aqua hæc caliginis est, quæ largitur mare magnum, de anno in annum, de mense in mensem exundando stillans, exsudando fluens, atque filiis hominis iter parans. Veni, patefaciam tibi vicissitudinem, quæ auroram colorat, quæ alii læti, alii tristes, quæ principium est lucis, vir purus, juvenis negotiator, accinctus, munitus & armatus, tempori præpositus, dominus strigarum lucis, dominus, cui spendor aptatus, radiique lucis commissi sunt, quem duodecim Angeli per montem caliginis infra Taturō trahentes, ad dominum splendoris educunt, & ad portam domini Jasono, thronum cœli terræque conditori constitutum, introducunt. Veni, patefaciam tibi vicissitudinem, quæ noctem colorat, quæ principium est aquæ puræ, vir juvenis negotiator, accinctus, munitus & armatus, tempori præfectus, dominus strigarum lucis, dominus, cui splendor aptatus, & cui radii lucis commissi sunt, quem duodecim Angeli tractum per montem caliginis in portam domini Jasono, conditoris cœli terræque, introducunt. Veni, patefaciam tibi fratres meos, beneficentia electos, qui heic in terra sunt, qui vero, finita ætatis suæ mensurâ, ex hoc mundo illuc ibunt, sapientes futuri, & ex precatione, thesauro Vitæ ac supplicatione robur suæ gloriæ paraturi. Atque splendorem hi induturi, luce se velaturi, & loco vestis luce super lucem se vestituri, per festivos risus, lusus, clamores, voluptati indulgebunt. Nos vero dicemus: constans & recta Vita in sua sede. Vita rebus omnibus pura. Finis.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

\*) Lege [unclear]

In nomine Vitæ summæ. Honoranda lux præclara. (N) Quæ venit in optima veritate lux, ad ipsam astantis domicilium ea procedit. (D) Electus es, juste, qui justitia omnem tuam familiam firmas. (L) Perfectus es, integer, electus, cui mors non inest. (7) Via es pacificorum, semita, quæ in locum lucis ducit. (n) Vita es æterna, quæ iter ingressa in corde justo hospitaris. (1) Væ cuicumque, qui tibi, mi Domine, non dicto audiens fuerit, & cui in sua semita quæstui sunt hospitia, cantilenis lascivis personantia. (r) Armatura es pacificorum, veritas, cui error non inest. (n) Prudens & savis es, sapientia, docens gratiarum actionem omnes, qui tuum nomen amant. (u) Beatus, quisquis tibi auscultaverit, mi Domine, & in viis te secutus fuerit. (r) Dies es gaudii, cui luctus & planctus non insunt. (D) Corona es innocentia, quam capiti illuminatorum imposuisti. (7) Lingua es celebrationis, indes Vitam celebrans. (u) Aeon es primarius, quem Vita condidit, & intelligentem reddidit. (D) Lux es excellentium, qui abiisti, venisti in mundum. (D) Medicamen es, quod omnium tuum nomen amantiū dolores sanat. (v) Oculus es spectatorum beneficentia, qui indes Vitam spectat. (D) Fructus es grati saporis, cui mors non inest. (y) Claritudo es primaria, planta e domo Vitæ nata. (p) Vox es primaria, quam Vita ex sua natura provocavit. (7) Dominus es thesaurariorum, quem Vita rei suæ præposuit. (v) Audierunt te mortui, & revixerunt, audierunt te infirmi, & convalescerunt.





(Π) Propitium te præbes electis & pacificis, in quorum corde veritas habitat. Vita pura: & purus vir, qui illuc se contulit.

(N) Aër est, qui hospitium mundi ejusque familiam re-  
 creat: & cor meum ab electis probatum. (Δ) Electus sum: ambu-  
 labo in Vitæ odore, qui undique me proteget. (λ) Vir es Novis-  
 simus, qui mihi amorem Nasaræorum bonorum excitans, mei-  
 que coram Vita mentionem faciens, propitius mihi subsidio  
 fuisti. (γ) Nostra causa parens est bonus, coram Vita justus  
 repertus. (Π) Sigillum terræ aperui: in ea rem omnem in-  
 visi: Genios in hospitium honestum propenses invisī. (ι)  
 Rosa sum, filius electorum: Vitam vidī: Vita me vidit. (ι)  
 Viaticum meum ex Viro novissimo est: quod Vitæ placuit &  
 placebit. (Π) Prædestinavit filios bonos, qui Vir novissimus,  
 dilectus est. (υ) Felicitas bonis, lætitia justo viro destinata.  
 (ι) Juro dī Haje, quomodo anima, ex domo Vitæ exstitit. (γ)  
 Auctus mihi splendor Vitæ fuit: lux Vitæ mihi non defuit. (γ)  
 Cor meum Vitæ benedixit: me Vita in numerum suorum  
 referet. (υ) Habui curæ bona, quæ Vita mihi præcepit. (γ)  
 Luxi illius Vitæ luce: suæque lucis participem me reddidit.  
 (υ) Medicamini mihi splendor: lux magna me sustinebit. (γ)  
 Vitæ summæ benignitas omnibus, qui ejus nomen amant, non  
 defuit. (υ) Os meum Vitæ benedixit, quæ me in numerum  
 suorum referet. (γ) Auscultavi Geniorum fratrum meorum  
 vocī: meos oculos in eos direxi. (ρ) In multo robore steti,

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

incessi, ad eos perveni. (7) Signarunt me sigillo Vitæ Schel-  
maj, Nedbaj, & Farvanko. (8) Quæ veritas Vitæ est, hæc  
contextum in meo capite cornu evasit. (9) Propitia erit Vi-  
ta summa cuicumque, qui signo Vitæ notatus fuerit. Beat-  
sunt electi & pacifici, in quorum corde veritas habitat. Vita  
pura: & purus vir, qui illuc se contulit.

In nomine Vitæ Summæ. Honoranda lux præclara.

(N) Veni ego margarita: cordia obtenebrata illuminavi.  
(2) Facto splendore, excitata lux fuit. (3) Derisi Septem  
Stellares, ob id quod cogitarunt & fecerunt. (4) Habitavi in  
æde Septem Stellarium: ipsis me ignorantibus. (5) Continget  
felicitas electis, qui Vitam amaverint. (6) Væ Septem Stel-  
laribus, qui electis male consulunt. (7) Splendor lux prima,  
nec unquam terminanda. (8) Vita est Prima Vita, eaque  
æterna. (9) Beatus, quicumque tibi auscultaverit, tuaque  
vestigia presserit. (10) Juro dominus, æque ac anima, e do-  
mo Vitæ summæ exstitit. (11) Corona illa pura, quæ Genio  
Aebel in suo habitaculo imposita. (12) Cor meum Vitam re-  
quirit: Vita in sua sede me requiret. (13) A quo die Aebel  
me plantavit, mea anima locum lucis celebravit. (14) Quæ tua  
recreatio, ea primaria fuit, quia tui gratia Genii recreati fueré.  
(15) Qui portas Duodecim Stellarum invisunt, vias justitiæ  
non ingrediuntur. (16) Profundis Nasaræismi intimi termi-  
nus deest. (17) Fructus ille svavis, cui gustus mortis non

٣. فلما رأيت ما في قلبه من كبره فقلت له ما فعلك يا ابن آدم؟  
 فقال لي يا ابن آدم فقلت له فقلت له ما فعلك يا ابن آدم؟  
 فقال لي يا ابن آدم فقلت له ما فعلك يا ابن آدم؟  
 فقال لي يا ابن آدم فقلت له ما فعلك يا ابن آدم؟  
 فقال لي يا ابن آدم فقلت له ما فعلك يا ابن آدم؟  
 فقال لي يا ابن آدم فقلت له ما فعلك يا ابن آدم؟  
 فقال لي يا ابن آدم فقلت له ما فعلك يا ابن آدم؟  
 فقال لي يا ابن آدم فقلت له ما فعلك يا ابن آدم؟  
 فقال لي يا ابن آدم فقلت له ما فعلك يا ابن آدم؟  
 فقال لي يا ابن آدم فقلت له ما فعلك يا ابن آدم؟  
 فقال لي يا ابن آدم فقلت له ما فعلك يا ابن آدم؟  
 فقال لي يا ابن آدم فقلت له ما فعلك يا ابن آدم؟  
 فقال لي يا ابن آدم فقلت له ما فعلك يا ابن آدم؟

finest. (Y) Vocem Vitæ in loco amplissimo inter consecratos  
 audiui. (P) Vox splendoris est dominus, sua in sede loquens  
 & concionans. (Q) Sigillum ea maximum, quo Vita in sua  
 sede signata est. (R) Sermonem Vitæ qui audit, in sede Vi-  
 tæ habitat. (S) Porta jucunda lux est: eaque non termi-  
 manda. Vita pura.

In nomine Vitæ summæ. (N) Exiit Artel princeps: il-  
 lius ope consummatio mundi futura. (D) Domui ruina instat:  
 opesque raptui obnoxie. (I) Contumelia, a creaturis illata,  
 creaturis omnibus proposita est. (G) Similis es malis vitibus,  
 quæ fructu carent. (H) Muti & surdi aliquid mali ab hominibus  
 suspicantur. (J) Væ diei iufelici: qui abortivis in mundo serva-  
 tus. (K) Qui iniquitatem seminaverint, messem falsam metent,  
 (L) Quorum cor plenum tenebris est, eorum oculi cæci, nec col-  
 lustrati sunt. (O) Quos errorprehenderit, locum lucis ñ  
 non videbunt. (P) Indies lamentantur, quorum animus æger-  
 rime affectus est. (Q) Quæ duodecim Stellarum portæ, eæ  
 omnes fovea, quæ illos in æternum custoditos tenebit. (R)  
 Qui animo contentiosi, in lucem ñ non ascendent. (S) Qui pec-  
 cantes se dissimulant, animas rapiunt. (T) Quorum anima in-  
 fatuata, ñ mulieres suas non curant. (U) Medicina letifera ho-  
 micidæ. (V) Aqua profunda sũnt bona auxilia. (D) Quorum  
 os plenum mendacio, eorum oculi quod malum spectant. (Y)  
 Arescunt eorum fructus, qui in medio mundi i. e. publico



seminant. (D) Qui stant extra justitiam, alienum bonum ï  
 usurpant. (E) Qui pulchritudinem corporum amant, sciant,  
 hæc esse roscida, quæ obscurabuntur. (F) Requiescendi sur-  
 gendique vices agunt, quot homines in mundo degunt. (G) Porta  
 mortis qui homicidæ. Vita pura.

In nomine Vitæ summæ. Pronuntians ego, exponens, & di- T 25  
 cens vobis, viri justii, fideles, perspicaces, sagaces, quotquot  
 vestrum a perditio mundo, toto tumultus & erroris pleno, se  
 separaverint, exposui vobis primum de Rege lucis, in secula  
 sæculorum collaudando, dixi vobis de creaturis celebratis lucis,  
 non intefituris, de Geniis, Jordanis, & Majestatibus, eximiis &  
 illustribus. Dicam vobis ulterius de creaturis caliginis, & de  
 eo, quod eis in voto est. Fœdæ illæ & terribiles: sua formâ  
 infausta. Quæ extra creaturas terræ lucis, eæ in quantum infra  
 & quidem stupendo modo orbem terrestrem versantur. Et quæ  
 terræ caliginosæ forma est, ab ea, quæ est terræ lucis, abest  
 & distat; specie utriusque omni ex parte admodum dissimili.  
 Caligo vi malæ naturæ suæ mala est: cujus anima mugiens,  
 venefica, & vasta, tamen ea, quid primum & postremum sit,  
 nescia. Neque enim nisi Rex lucis, quid primum & po-  
 stremum sit, quid fuerit & futurum sit, noverit & discreverit.  
 Qui animadvertens discernit, quisquis in malum inciderit, nec  
 tamen vult, ut tali casu is delinquat. Quomodo etiam dixit:  
 ne declines in malum Satanam, & inimicum mundi; qui  
 suo ex animo peccat, quippe quæ sua natura, eæ ab æterno &  
 in secula seculorum mala est. Creaturæ caliginis plurimæ &





infinitæ. Dico: amplum & profundum domicilium malorum  
 est. Nec suis gentibus fax in suis locis infinitis & habitaculis  
 dissitis præfertur. Quarum cibus terra: quarum vita aqua in-  
 fernalis: quarum altitudo obscuritas cæcans. Exiit aquâ nigra  
 fictus Rex caliginis: cui pro mala animæ suæ natura caligo-  
 inest, qui adolescens invaluit, factusque robustus, millia millia  
 generationum infinitarum, & myriades myriades jurgiorum ac  
 turpitudinum innumerabilium provocans procreavit. Sicut &  
 increvit aucta caligo in Fascinatoribus, Diabollis, Dæmonibus,  
 Spiritibus Deastris, Dæmonissis, Tenebrionibus, Spectris, Par-  
 cis, Archontibus, Angelis, Exactoribus, Satellitibus, Tympani-  
 stris, Apparitoribus, Cantoribus, Modulatoribus, & Cincinnatis  
 Satanis. Turpes vero omnes figuræ caliginis: eæque genere,  
 specie, & sexu caliginis, masculino, feminino differentes. Et  
 quorum illæ sunt, hi caliginosi, tenebricosi, nigri, foedi, rebel-  
 les, iracundi, superbi, felle pleni, contumaces, stulti, putidi,  
 abominabiles, libidinosi, maleque olentes. Alii eorum muti,  
 surdastri, verba ex abdito & imo trahentes i. e. ventrilo-  
 qui, balbi, surdi, mussitantes, turbantes, & sine ratione tu-  
 multuantes. Alii oppressores, effervescentes, violenti, acuti,  
 iracundi, molles, sangvinolenti, afflatu igniferi, & ad combu-  
 stionem ignipotentes. Alii surdi, fallaces, mendaces, fraudu-  
 lenti, rapaces, callidi, arioli, Chaldæizantes, fabri æranii, archi-  
 tecti cujusvis malitiæ projectæ & torquentis, cædem patrantes,  
 sanguinem sine misericordia & humanitate effundentes, omni-  
 rei turpis artifices, linguarum infinitarum periti, & præterita  
 ut præsentia perspicientes. Alii penitus super ventre suo  
 reptabundi, alii in aqua serpentes, alii se motitantes, alii velut

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

reptilia terræ multipedes, alii acutis spiris dentibusque in ore  
 pollentes. Gustus arborum suarum fel & venenum: earumque  
 viriditas naphtha & pix. At Regi caliginis additæ omnes filio-  
 rum mundi species: caput leonis, corpus serpentis, unguis  
 aquilæ, dorsum testudinis, manus pedesque lacertæ. Atque  
 incedit ille reptans, serpens, genua flectens, se jactans, procax,  
 impetum faciens, rugiens, ululans, indicia gestu habituque faciens  
 & sibilans. Sic & ille omnium linguarum gnarus est; verum  
 stultus, animo turbatus; omnibus ejus cogitationibus im-  
 plicatis. Tamen hic utcumque præteritorum & futurorum ne-  
 scius, intelligit, quid omnes inter creaturas & quidem in fini-  
 bus sui regni se efferentes, evenerit. Atque idem creatu-  
 ris omnibus validior, iisque universis amplior, ut & in quavis  
 contentione potentior ac fortior, quamvis pro lubitu se abs-  
 conderit, ita ut nemo eum videat, nihilo minus ipse quemli-  
 bet quasi coram se stantem animo antevertit. Nec aliquis sua-  
 rum generationum fugerit, quem ille suo verbo non reduxerit:  
 quomodo & Diabolo, ubi placuerit, colligens coram se consti-  
 tuit: & dum ille pro arbitrio suam staturam extendens, pro  
 arbitrio parvum se reddens, membraque sua, partim masculina  
 partim feminina, reducens, proferens, per omnia sua mysteria  
 fragorem & strepitum voce, vapore, halitu, oculis, ore, manu,  
 pede, robore, felle, ira, sermone, terrore, afflictione, agitati-  
 one, trepidatione, mugitu edit, omnes creaturæ caliginis com-  
 moventur. Illius enim figura fœda, corpus fœtidum, facies de-  
 torta, crassities, quam sui oris labia habent, 144000 passanga-  
 rum: & sui oris ut corrupto halitu ferrum coquitur, sic va-  
 pore volvens fluctus cietur. Ubi suos oculos tollit, montes



tremunt: & labiorum suorum incantatione campi agitantur. Jam patiens hic animo, animoque stulto consilium iniens, & mente fraudulenta cogitans, secum loquebatur: ascende, vide creaturas caliginis, quæ plurimæ & infinitæ sunt. Atque, assumpta sibi magnificentia, supra omnes creaturas se extulit, dicens: ubi, qui me major, ubi, qui me, creaturarum omnium maximum, nobilissimum & præstantissimum, robore vincet? ubi, qui Diabolis Ture vi prævalebit? Talis non invenietur. Aut ubi, qui me potentior? Surgam, cum eo certamen seram, surgam, seram certamen cum eo. Videbit, quantum roboris in me lateat. Abscondidit vero se, videns creaturas lucis ex longinquo in caliginis lucisque confinio, ut lucem in fastigio montium altissimorum, ut stellas in firmamento splendentes, ut exeuntis, redeuntisque ab oriente solis splendorem, ut lunam reidentem, videns splendorem terræ lucis, ut accensa & abscondita in vasibus vitri lumina, extrinsecus elucencia, animoque inde dolens, ira verò commotus, & pro viribus strepens, dixit: cur mihi hoc monstratum? cur mihi hospitium hoc caliginis? cujus conversatio turpis & terribilis, cujus nutrimenta aqua Nigra, & cui foetor inest. Ascendam in terram illam lucidam, cum illius rege bellum facturum, sublatamque ipsi coronam capiti meo impositurum, Angelus ego alti & profundi futurum. Dixit: illius vestem induam, cibum edam, potum bibam, domum destruam, ædificium perdam, & hospitium inhabitem. Estne aliquid me validius? Certamen cum hoc committam. Exarsit ira, inflammatus mente fuit, furore incaluit, omnesque creaturas comedere voluit. Ipsi vero sui tramites perturbati, suæ semitæ intricatæ, suæque viæ perplexæ.



Tamen noctu palpebrarum oculi confinia sui regni sursum tendens assecutus est: eoque loci ad infimum caliginis abyssum, quod per centum annos conficitur, unius diei iter emensus pervenit. Atque viso cœli nitore, se efferre & ascendere ex sua fovea, vociferans, & speciei isti lucidæ illudens voluit, portam vero, qua intraret, non invenit: nulla aliâ ibi obvia, per quam iter pateret, aut per quam ascensus susciperetur. Nam species illa sublimis: neque, ut filiis hominis, animalibus & bestiis, in profundo degentibus, altum cœli conscendere ipsi licet. Unde iterum incallescens, instar leonis accensus, cupidine prædæ fervens, anxius in suo hospicio non quievit; sed exardescens hinnivit, suaque voce ululavit. Creaturæ vero lucis, audita illius voce, visa Diaboli infernalis forma, manipuloque lapsæ cohortis conspecto, tale mutuo patiebantur, quale corpus, uno membro laxato, patitur, tinnitumque, qualem æris vasa, edebant. Exiit tum vox a Rege summo lucis, qui creaturis lucis, & Geniorum majestatibus dixit: conquiescite, & sedete, Genii, in vestra sede, nec tristes sitis propter iram Diaboli infernalis, pessimi, qui ira exardescens, in fundum suum ruet. Ruet in fundum suum, cujus omnia cogitata vana sunt, cujusque consilia non mansura. Vita cognoscentibus, Vita prædicantibus celebranda. Vita Vita pura est. Finis.

In nomine Vitæ summæ. Explicationes hæ & patefactiones, viris delectis patefactæ: quas de orbe terrestri factisque impostorum tradam. Videte, quid vobis de creaturis lucis, & eo, quod eis inest, dicam. Exposui vobis de creaturis caliginis, earumque jurgiis. Dixi vobis de Rege summo lucis, cujus

Tr. 26  
translated  
Br. M. S. 2137





vis amplissima, potentissima & infinita est, de terra benedicta, & Geniis Regibusque, qui eam tenent, iique altissimi & collocati extra orbem terrestrem in aquilone, loco, unde venit aqua viva, quæ creaturæ omnes exsultant, unde venit splendor soli, candor lunæ, lumina stellis, ignique claritudo, unde venit aër borealis, flatus jucundus, princeps, quo vivunt omnes venti æque ac omnes creaturæ exhilarantur; quippe cum, si per unum diem ventus ille aërius non spiraret, exstinguerentur morientes animæ omnes, quæ in orbe terrestri compertæ fuerint. Si dixeritis, aërem borealem cum frigore & furore venire, vobis notum faciam, Vos e terra lucis non affligi. Etenim in terrâ orbis terrestris suprema prærupti, iique multi, sunt montes, ubi nascitur nix vel grando, quæ cadens super illos montes hieme non æstate liquescit. Ortaque inde aura hiemalis, huc perflans, cum frigida tempestate huc pertingit; ita ut homo ipsi subjectus fœtidum cadaver evadat; siquidem flatus cum rigida tempestate huc accedit. Duodecim vero Stellæ incantatrices Filium i. e. polum septentrionis non obeunt; cum ibi nihil tenebrosi sit, quod lucem non magis desideret, quam Rex terræ i. e. sol, cujus vis in locum ab ipso remotum mittitur. Illuminatæ quidem in mundo istæ stellæ: quæ vero, utcumque luci præpositæ, splendorem per se non habent. Septentrionem vero ut sublimem creaturæ omnes vocant, sic meridiem humilem appellant; quia creaturæ caliginis in humili ad meridiem degunt. Et universum orbem mare magnum diluvionis ambit: excepta tantum porta septentrionis. Quam aqua viva nulli privabunt. Et hæc ex loco lucis orta. Quamquam aquæ hujus viæ originem sub throno Dei



sitam esse, creaturæ omnes testantur. Quæ vero stupidæ, & quid ore eloquantur, nesciæ. At venti item aliî dantur: qui calidi penetrant muros, permeant portas, & diluvionem orbis perficiant. Nam torrente ex calido exit calidæ aquæ sub radicibus montium vapor, qui illius torrentis ope montium illorum nivem liquefacit. Ideoque, qui torrens ad mundum caliginis accedit, Aqua Sivæa, quia Nigra, quæ Aqua Sivæa est, vocatur. Enimvero ope illius vaporis Aqua viva, & quicquid inundationis ex omnibus maribus in eam effusum fuerit, ita decoquitur, ut nemo inde bibere possit. Quomodo & hoc memoriæ traditum: aqua Sivæa spumat, ebullit, & huc, illuc agitur: morituro, qui inde biberit, & qui eam intraverit, coctivo. Nec quisquam illius odorem odoratus fuerit, cujus robur non inde paralyticum evadet. Sic etiam discreti in terrestri orbe sui incolæ: qui in orbe sublimi sunt, ii nitidi, qui vero in humili, ii nigri, suaque formâ, ut Diaboli, abominabiles. Quicumque animo intelligens novit, creaturas lucis hinc in sublimi esse, & videt, neque in orbe terrestri, neque in firmamento eas versari; quoniam, si in firmamento versarentur, ubi cælum una cum terra peribit, pari modo illarum hospitium periret. Nec enim locus Regis lucis unquam fuit, tanquam non fuisset, aut unquam erit, tanquam non futurus esset, aut ipsi interitus foret. Invaluit caligo super homines: qui in omnibus viis & semitis tumultuantes. Constitui itaque, mundo suam viam perturbare, ejusque incolas dejicere, & inter aquas & aquas submergere. Decrescente autem sua generatione, malitia sua crescit. Videte, erudimini, mei electi, & per innocentiam in lucis locum ascendite. Vita pura. Finis.



In nomine Vitæ summæ. Felicis memoriæ sunt nomina, Adami Zuhrun bar Scharat, patris mei Jahia Baktiar bar Anhar Jasmin, matris meæ Scharat fat Anhar, fratrum meorum Mehatam bar Scharat, Ram bar Anhar, Adam Juhano bar Anhar Jasmin, uxoris meæ Mudalal fat Scharat, uxoris meæ ulterius Samro fat Scharat, filiorum, Adam, Behram, Simat, Adam Zuhrun, Sam, Bajan, qui filii uxoris Mudalal. In nomine illorum, qui in superis inter consecratos degunt. In nomine & virtute Vitæ summæ, novissimæ, excellentissimæ, supremæ omnium operum, in nomine Vitæ Secundæ Juschamin puri, in nomine Vitæ Tertie Abatur, cujus nomen Antiquus Altus, in nomine & virtute Nuntii Vitæ, excellentissimi creaturarum lucis, in nomine Geniorum Schelmaj & Nedbaj, qui Jordano Vitæ magnoque baptismo lucis præpositi, animis testimonium, notam & signum sui perhibent, in nomine Aebel, Schetel & Anusch, trium filiorum familiæ vivæ, lucidæ, splendidæ, formosæ & hilaris. Testes citamus nostros Discipulos in Mandaitas utriusque sexus, eorumque liberos, qui, quamquam ipsi scientes literisque ab aliis eruditi, die solis, & prima luce ad synagogam non veniunt, nec servantes ordinem discipulis suis attendunt, aut ipsi ut memores discipuli humanitatem curant, aut religiose genua flectunt, aut patefactam doctrinam assument, aut justitiam dilatant, aut institutionem mutuo accipiunt, aut filios suos baptizant, filiabusve suis signum Vitæ induunt, sed, animo suo Vitæ summæ & Primæ diffidente, afflictos & pauperes nec miserantur, nec suas mulieres, suos filios, suasque filias prima luce diei solis ad synagogam deducunt. Quomodo & testes citamus omnes baptizatos



Mandatas utriusque sexus fideles, filios & filias, qui eruditi, dominos suos amant, testimonium perhibent Vitæ summæ & Primæ, quæ nunquam aut fuit, tanquam non fuisset, aut erit, tanquam non futura esset, qui in Jordano baptizati, signoque Vitæ notati, ad synagogam prima luce diei solis conveniunt, pulchri ordinis servantes genua religiose flectunt, ut memores & constantes discipuli patefactam doctrinam assumunt, justitiam dilatant, institutionem mutuo accipiunt, filios filiasque baptizant, iisque signum Vitæ induunt, atque, fide Vitæ summæ ac Primæ animum eorum occupante, erga inopes se propitios & misericordes præstant, mulieres filiasque suas prima luce diei solis in synagogam deducunt, nec, ut merces operantium aut stips danda in sua æde sterilecat, faciunt, verum hos ad synagogam deducunt. Pariterque testes citamus Vitam summam Primam, excellentissimam, supremam omnium operum, Vitam Secundam Juschamin purum, & Vitam Tertiam Abatur, natu grandem, eminentem, occultum, sui obtegentem, senem & grandævum mundi, Nedbaj & Schelmaj, præfectos Jordano, domino Vitæ, præfectos summo lucis baptismo, & obtestantes colligentesque mundi animas, Fetahil Apostolum, cui Gabriel nomen, qui Fetahil per virtutem Vitæ, Geniorumque, Aebel, Schetel & Amusch, qui Muhr, Rusch & Rast sunt, per virtutem Vitæ, verbumque patrum suorum, cœlum sine columnis extendit, terram, cui nihil concreti inerat, condensavit, stellas cœlo illigavit, frugiferas herbas arboresque terræ tribuit, splendorem soli, candorem lunæ attulit, & Adamum virtute Vitæ fecit, ipsique uxorem Havam collocavit, precans bona mundi





ipsis, ceterisque quot forent creaturis, ut ne eorum omnium stirps & familia in mundo periret, qui omnes fideles Mandatæ fuerint, atque aqua baptizati singuli opera bona fecerint, bona officia præstiterint, testimonium Vitæ perhibuerint, Nuntium Vitæ prædicaverint, atque testatam suam fidem in celebratione Virorum trium altissimorum, filiorum familiæ vivæ, lucidæ, hilaris, candidæ ac splendidæ, fecerint. Sic obtestantes infimis precibus nos discipuli petimus & rogamus: eripiat nos Nuntius Vitæ ab hujus mundi malitia, sit nobis hospes, sustentator, liberator, servator, qui liberet a vigiliis Septem Stellarium, quos animæ timent, ab occisione, contentione, interneccione hujus mundi, a consiliis malis pravorum, a linguis triplicibus delatorum, mollioribus pingvedine, sed gladio acutioribus, a siccitate malæ & corona i. e. turbine perpendente, a morte secunda foramineque exitii. Et quomodo successus prosper datus fuit terræ vi condensationis, cælo operæ expansi operculi, soli die lucenti, lunæ nocte reidenti, stellis fulgentibus & in firmamento splendentibus, vento aëreo, aquæ vivæ, fructibus terræ, Adamo viro primo, Havæ suæ uxori, ejusque filiis & posteris, apostolis, prophetis, electis, pacificis fidelibus, pacificis inquam, ut lux eorum uxeribus, filiis, filiabus, emtioni, venditioni, terræ, aquæ, animalibus, opibus, semini, grano, in rare, in urbe, præesset; sic Nuntius Vitæ Mandatarum hospes, & sustentator hoc in mundo malo sit; ita ut, quod petierint, inveniant, & quod rogaverint, ipsis hic propter mutuum illorum amorem officiumque tribuat. Mandatæ vero, qui adversus nomen Nuntii Vitæ insurgunt, quorumque ori & cordi fides non inest, similes sunt arboribus

١٠  
 ١١  
 ١٢  
 ١٣  
 ١٤  
 ١٥  
 ١٦  
 ١٧  
 ١٨  
 ١٩  
 ٢٠  
 ٢١  
 ٢٢  
 ٢٣  
 ٢٤  
 ٢٥  
 ٢٦  
 ٢٧  
 ٢٨  
 ٢٩  
 ٣٠  
 ٣١  
 ٣٢  
 ٣٣  
 ٣٤  
 ٣٥  
 ٣٦  
 ٣٧  
 ٣٨  
 ٣٩  
 ٤٠  
 ٤١  
 ٤٢  
 ٤٣  
 ٤٤  
 ٤٥  
 ٤٦  
 ٤٧  
 ٤٨  
 ٤٩  
 ٥٠  
 ٥١  
 ٥٢  
 ٥٣  
 ٥٤  
 ٥٥  
 ٥٦  
 ٥٧  
 ٥٨  
 ٥٩  
 ٦٠  
 ٦١  
 ٦٢  
 ٦٣  
 ٦٤  
 ٦٥  
 ٦٦  
 ٦٧  
 ٦٨  
 ٦٩  
 ٧٠  
 ٧١  
 ٧٢  
 ٧٣  
 ٧٤  
 ٧٥  
 ٧٦  
 ٧٧  
 ٧٨  
 ٧٩  
 ٨٠  
 ٨١  
 ٨٢  
 ٨٣  
 ٨٤  
 ٨٥  
 ٨٦  
 ٨٧  
 ٨٨  
 ٨٩  
 ٩٠  
 ٩١  
 ٩٢  
 ٩٣  
 ٩٤  
 ٩٥  
 ٩٦  
 ٩٧  
 ٩٨  
 ٩٩  
 ١٠٠

malis, aquam vivam bibentibus, fructus vero non ferentibus, similes sunt lupo rapaci, leonique prosternenti. Ceterum qui ad synagogam non conveniunt, nec humanitatem curant, nec ut memores & constantes discipuli patefactam doctrinam assument, nec justitiam dilatant, nec institutionem mutuo accipiunt, nec stipem synagogæ erogant, nec mulieres, & filios in synagogam mittunt, nec prima luce diei solis filios filiasque baptizant, nec signum Vitæ eis conferunt: qui Mandaitarum viri, mulieribus Duodecim portarum cultricibus nubentes, & quæ eorum baptizatæ mulieres, viris Duodecim portarum cultoribus nuptæ, se invicem non docendo erudiendoque commonefaciunt, vitam præcellere morti, lucem præcellere caligini, bonos & egregios malis, quod dulce svavius esse amaro, diem præcellere nocti, diem solis præcellere sabbato, nasaræismum præcellere Judaismo, summum præcellere imo, & Jordanum aquæ vivæ præcellere aquæ inferæ loci tenebrosi: qui discipuli suo magistro inobedientes, nec ex corde ad audiendum suum ipsos erudientem doctorem excitati, vocem Vitæ deserunt, vocem vero caliginis amant, habentes odio sermonem Vitæ, sermonem caliginis amant, habentes odio splendorem & lucem, sedem tenebrarum amant, & deserentes Jordanum aquæ vivæ aquam inferam amant; in hos testem citamus Vitam summam Primam, citamus testem Juschamin purum, qui thesauris aquæ lucisque magnis, altis, puris originibus præest, testem citamus Abatur, natu grandem, altum, occultum, sui obtegentem, qui sedens in alto profundum & secretum videt ac discernit, qui, quid creaturæ & generationes fecerint, videt, qui



animabus, ut quæ fecerint omnia opera ponderet, præfectus est, testes citamus Aebel, Schetel & Anusch, testem citamus solem, ejusque splendorem, ac lunam ejusque candorem, testem citamus diem solis & naturam stipis, testem citamus vocem Vitæ, ejusque sermonem, præceptum, admonitionem, ex domo Vitæ Tertiæ Abatur, & ex domo Vitæ summæ, Primæ, progressam, testes citamus discipulos, quorum in signo gratia inest, preces, scrutinia, conciones, verba, radios splendoris, splendorisque margaritas, testem citamus hunc sermonem, hoc præceptum, hanc admonitionem, quæ nobis ex terra lucis data est, Genium Anusch, qui veniens discipulis assidet, ut per eum lucrentur, qui vero non obediunt ei, creaturis ac generationibus inculcanti, ut prædicent, erudiantur, credant, nec a se deficient, sed qui omnes recedunt a sermone, præcepto, monito, quod Anusch Genius Apostolus in mundum malorum, locum, plurimi mali principem, sed cujus imperium subvertetur, attulit; testem citamus solem ejusque splendorem, lunam ejusque candorem, aquam ejusque vim, ventum ejusque svavitatem, ignem ejusque claritatem, terram ejusque fructus, cœlum ejusque umbram, fideles mundi, synagogam & discipulos, diemque solis, naturam stipis, doctrinam justitiæ, origines Jordani, & quot eo loci descendunt baptizandi, ejusque signum accepturi, testes hos, testes veritatis, citamus in omnem virum, feminam, lactantem puerum & puellam, qui adversus nomen Nuntii Vitæ insurgentes, se baptizando in Jordano sibi nomen & characterem Vitæ non assumunt, tam procul a justitiæ quam a bonitatis studio remoti. Hæc nos vobis, discipuli, ut & iis, qui nec audiunt nec credunt, hortando declaramus: si, qui in



quæstionem propter peccata vocati fuerint, ab eis abstinerint, testimonium Nuntio Vitæ Apostolo primo, perhibuerint, & voluntatem sui domini præceptaque discipulorum exsecuti fuerint, ipsis remissio peccatorum erit. Si vicissim hæc non fecerint, nec audiverint, aut his commentariis testimonium non perhibuerint, iisque auditis, firmiter & constanter doctoribus suis non crediderint, remissio peccatorum eis non erit. Si, quæ eis præcepi, non fecerint, aut in ordine & sermone, quem Apostolus primus commendavit, stantes testimonium eis non perhibuerint, ligatis suis peccatis, suarum ob manuum opera in quæstionem vocabuntur. Si vero vigiles & attentii fuerint, ipsis quoque, qui in eis versatur, Aeon invigilabit. Nec custodiæ vigili Septem Stellarium aut suæ manui, aut tribunali aliquid potestatis in eos futurum erit; verum eis eorumque uxoribus, filiis, filiabus, præteritis, præsentibus & futuris remissio peccatorum constabit: quomodo & discipulis meis ac fidelibus, qui Mandatis has commentationes exposuerint, remissio peccatorum nec deerit. Vita pura: omnibus rebus Vita pura. Finis.

Spiritus, ejusque filii, filiæ, resque omnes culpæ obnoxie  
in secula seculorum. Finis.

In nomine Vitæ summæ. Arcana hæc doctrina & concio Genii Nebat D.: cujus in conspectu Genii, progerminarunt, eluxerunt, effloruerunt, increverunt, ac prodierunt Procreatione prima, solo verbo facta, 800 Genios provocavit. Qua procreatione prima emergentes duo Genii prodierunt: quorum unus Javar, alter Hatito appellatus est. Altera procreatione Juschamin & Schar Ziyo progerminantes prodierunt. Tertia procre-



٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠  
 ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠  
 ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠  
 ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠  
 ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠  
 ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠  
 ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠  
 ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠  
 ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠  
 ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠  
 ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠  
 ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠  
 ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠  
 ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠ ٥٠٠

atione emanantes prodierunt Genii dilecti, electi, mites & quieti: quorum nomina Sar & Semir, quibusque singulis bina habitacula assignata. Qui Genii germinantes magnopere, elucentes & emanentes ad illius Nebat dextram & sinistram se explicuerunt: eosque gloria inhabitavit. Conspicui item sua specie apparuerunt: &, splendore suo invicem misto, decori illi, lucentes ac illustres. Neque enim aut sanguis & caro in sua forma, aut corruptio in utriusque commistione inerat. Procreatione autem prima facta, qui procreatus fuerat, Javar Semir surrexit. Et hic Javar Mano Semiro Vitæ suo patri dixit: meus, tu Vita, pater es amplissimus, defectu non laborans, magnus, non parvus. Plurimus splendor, qui tuæ dextræ, plurimus, qui tuæ sinistrae: lux gravissima te obtegit: Jordanus aquæ vivæ in tuo conspectu non decrescit. Fumiferus sui fluvii furidus primus: maximeque fulgurans ejus ær. Quæ dicta a Javar Zive pater meus Vita audiens benevole excepit, &, missa in eum dextra, ejusque capiti corona innocentiae imposita, illum sua disciplina instituit. Albuschan Malolan hic vocatus. Appellatus quoque Malolo di Heje fuit. Vita tum Prima ex suo habitaculo surrexit. Quem vero suum patrem dominum precans, celebransque Malolo D., & coram hoc suo parente procumbens ita affatus est: in tuo mundo quicquid faciendum cogitaveris, id bono omine facias, mihi que idem gratum futurum. Displicebit autem mihi, quicquid odiosum animo volutaveris. Absit a te, ut aliquid odiosamente concipias. Ut tibi benediximus, ita & tibi eveniat, que creaturas lucis in terra ætheris animemus. Ego sum Bar Javar, voce mei patris te provocavi, atque ex illius mandato omne, quod cogitaverat, adornatum est, neque sine illius mandato aliquid

۱۱۱۱ دَقَقْ۱۲ بِن۱۳ ج۱۴ ه۱۵م۱۶م۱۷ح۱۸ح۱۹ د۲۰ه۲۱ه۲۲ه۲۳ه۲۴ه۲۵ه۲۶ه۲۷ه۲۸ه۲۹ه۳۰ه۳۱ه۳۲ه۳۳ه۳۴ه۳۵ه۳۶ه۳۷ه۳۸ه۳۹ه۴۰ه۴۱ه۴۲ه۴۳ه۴۴ه۴۵ه۴۶ه۴۷ه۴۸ه۴۹ه۵۰ه۵۱ه۵۲ه۵۳ه۵۴ه۵۵ه۵۶ه۵۷ه۵۸ه۵۹ه۶۰ه۶۱ه۶۲ه۶۳ه۶۴ه۶۵ه۶۶ه۶۷ه۶۸ه۶۹ه۷۰ه۷۱ه۷۲ه۷۳ه۷۴ه۷۵ه۷۶ه۷۷ه۷۸ه۷۹ه۸۰ه۸۱ه۸۲ه۸۳ه۸۴ه۸۵ه۸۶ه۸۷ه۸۸ه۸۹ه۹۰ه۹۱ه۹۲ه۹۳ه۹۴ه۹۵ه۹۶ه۹۷ه۹۸ه۹۹ه۱۰۰ه

facias. Quomodo etiam, si meum mendatum effeceris, opus  
 tuum tibi tum prosperabitur, tuaque imago splendore magno  
 lucebit: atque excelsi Genii, quos procreasti, electi, mites,  
 quieti futuri: neque minus tu lucebis, ut etiam procreatio tua  
 lucebit. Quibus dictis, & surgentibus Filiis, iisque magnatibus,  
 quos Vita Prima provocaverat, ipsa etiam ex sua sede surtexit,  
 celeriterque se proripuit. Plantavit vero tum ipsis 360 Jorda-  
 nos: cuique Jordano præpositis duobus custodibus, iisque Ge-  
 niis qui Jordano primo præfecti fuerunt, Adatan & Jadatan ap-  
 pellatis. Sic etiam 800,000 myriades Geniorum eodem hæc  
 die procreati sunt. Geniique innumerabiles in Jordano bapti-  
 zati fuerunt. Qui vero Genii ibi baptizati signum Vitæ ac-  
 ceperunt, numero 800,000 myriades fuerunt. Atque, qui  
 baptizati Genii, ii mille mille in splendore Vitæ constituti.  
 Qui autem ipsi multiplicati item 360 creaturas Lucis propa-  
 garunt. Atque illæ, quem Genium mitem, principem, & pro-  
 creationis caput, invocabant, eum sui mundi infiniti caput con-  
 stituerunt. At in mundo Vitæ, & Jordano, myriadibus Genio-  
 rum fixa sede, in quo habitaculo signum Vitæ hi acceperant,  
 in hoc Jordano odium, similtas, dissensio, confusio, tumultus,  
 aut commotio non erat; verum sua aqua, splendore su-  
 per illam a Nebat excusso, pullulans se coram hoc splendore  
 extulit: his duobus sibi invicem mixtis, multiplicatis, auctis,  
 & in similitudinem unius splendoris collucentibus. Aqua simi-  
 lis splendori, splendor similis aquæ. Regioque Jordani sum-  
 mo & incomparabili splendori similis fuit: omnibus ejus inco-  
 lis pro Vitæ portione lucentibus, formosis, illustribus, copiosis  
 & fecundis. Species eorum se diffudit. Neque ibi bellum, &



machinatio patris Geniorum, aut splendor Vitæ Secundæ Juschamin existit: quomodo nec ibi intumescerent superbe Genii majores erga minores, verum singuli, alter alteri, humiles, lucique ex corde summissi se gesserunt. Exsultavit itaque Dominus celsitudinis suis filiis, ut & hi suo patre Domino celsitudinis gavisii sunt, mutuo splendore lucentes, splendorique sui patris, qui, ipsis dato hoc splendore, hunc mundum eis condiderat, benedicentes. Vita tum Prima Genium Javar Zive vocavit, & enuntiatis in ejus nomine 900,000 myriadam Geniorum rhytmis, ipsique formâ sua data, præcepit: i, teque Vitæ Secundæ Juschamin cum hac tua forma conspicendum præbe. Quid dicat & cogitet, videbimus. Abiit etiam ille in hujus conspectum, & dixit: Juschamin, nate a Demutheje, meus parens me huc misit. Sed Vita Prima, tuus pater, hoc mihi commendavit, dicens: quis sis, Juschamin nesciat. Splendore autem formæ, quam Genio Javar Vita Prima dederat, commotum & agitatum, quod Juschamin tenebat, omne habitaculum fuit, suusque thronus in ruinam inclinavit, ut etiam, quæ coram eo stabant, catervæ tremuerunt. Atque surgens ille viribus defecit, deficiensque viribus consistendi coram splendore hujus formæ potestatem non habuit: pedibus poplitibusque suis non firmis. Abiectum & perculsum cor suum præ hac specie erat. Quocirca Javar, qui novit, quantopere Juschamin animo turbatus esset, obtendit splendori velamen, oculosque Vitæ hujus Secundæ, ne lucem viderent, reflexit, & ipsum splendore suo afflictum, sed porrecta dextra apprehensum, erectum, & coram se constitutum, ita allocutus est: bono sis animo, mi filie, splendorem tui patris,



splendore tuo nobiliorem, vide. Vita, meus parens, mentionem tui bonis verbis fecit. Misit Vita me filium Vitæ ad te suum filium, & quidem in locum, cujus majestas animum capit: & cujus rei Vita te admonuit, dicam. Sum magister. Respondit Juschamin: Vita me non novit. Cur mentionem mei fecit? Me in suo conspectu non extollet. Etenim cor meum splendore privatum, luceque destitutum est. Laudibus vero hunc Juschamin Javar coram Vita extulit. Atque Vita benigne, dextrâ porrecta, justitiam ei exposuit: quam justitiam & ipse filiis Geniis, coram sedentibus, exposuit. Sed, quod solummodo decretum sit, id factum non est, neque, cui finis deerit, aliquid reperitur, hæc cogitatio in animo hujus Juschamin inerat. Quapropter illum, ita cogitantem, sibi Vita non adjunxit. Tamen, cum filius suus esset, ipsi non irascebatur, utcumque gravissime accipiens hanc illius cogitationem: quod solummodo decretum sit, id factum non est, neque, cui finis deerit, aliquid fiet & parabitur, aut existet. Quod enim Juschamin decreverat, id quoque eum facturum, Vita novit. Silentium vero servavit, & re in quæstionem vocata, secum sciscitabatur: quando, quos decrevit Vita Secunda, animoque constituit, filios sibi parabit? Cui autem Javar dixit: quæ res, causa, vel animi affectio præcipua Vitæ placuerit, eam stabiliet. Quid tu, meus pater, sedes, atque, quæstione habita, cogitas, hanc rem perfectum iri? Respondit, animo turbato, dicens: habebis potestatem rei cujusvis, quam postulaveris. Atque, veste super vestem ipsi data, Genio Tavriel, appellatione Javar, item Sam Semir Zivo cognito, dixit: abi, mitte æquationem i. e. constitue terminum





ignis vivi, splendoris ac lucis inter creaturas nostras & maximas supra, & creaturas Vitæ Secundæ infra, ut etiam ad hujus loci limitem aquæductus fiat terminus, omnibusque creaturis statuta mensura. Quo dicto, hunc Javar veste, alia alii injecta, operuit, duos custodes, Usar Haj & Fetah Haj, ei præfecit: splendore cumulato, & quicquid vestis ei injectum erat operiente, Javar tum, cor Vitæ summæ, in portis prope Genios omnes habitans, qui Vitæ, suo patri, quod ipsi placeret, faciendi consilium dederat, hic Sam Zivo etiam vocatus, item sui audientiam Genios alloquendo fecit. Qui & Genii omnes, quod bonum sit, nec minus ab eo acceperunt, quam a Vita id audierunt. Consilium exinde initum & conceptum a Vita Secunda fuit, atque prope erat, ut illius consilium efficeretur. Surrexit hic pater, rem novam ex Jordano Vitæ primo procreaturus. Quod vero non permiserunt, qui duo, Adatan & Jadatan vocati, ei custodes præpositi erant, & qui baptizantes baptismo Vitæ, hunc baptismum, accepto ejus signo, confirmaverant. Hi dixerunt: tibi venia non data est procreandi aliquid ex hoc Jordano maximo, in quo Vita signum, cujus ope ea jubens, audiens, nihil non pro lubitu facit, constituit. Respondit: quorsum me conferam? Procrea tu, ita se ipsa coheretatur, rem novam, para filios, ut Vita Prima me provocavit, filiumque suum me constituit. Regesserunt memorati custodes: nos filii, non patres sumus. Alius rei potestatem non habemus, quam quod Jordani aquæ vivæ custodes, & cujusque sive facti, cujus veniam acceperis, sive consilii, quod susceperis, observatores constituti sumus. Abiit deinde Vita Secunda, & consistens ea ad originem Jordani inferioris, infra

١٥٥٥٥٥ ٢٢٢٢٢٢ ٣٣٣٣٣٣ ٤٤٤٤٤٤ ٥٥٥٥٥٥ ٦٦٦٦٦٦ ٧٧٧٧٧٧ ٨٨٨٨٨٨ ٩٩٩٩٩٩  
 ١٠١٠١٠ ١١١١١١ ١٢١٢١٢ ١٣١٣١٣ ١٤١٤١٤ ١٥١٥١٥ ١٦١٦١٦ ١٧١٧١٧ ١٨١٨١٨  
 ١٩١٩١٩ ٢٠٢٠٢٠ ٢١٢١٢١ ٢٢٢٢٢٢ ٢٣٢٣٢٣ ٢٤٢٤٢٤ ٢٥٢٥٢٥ ٢٦٢٦٢٦  
 ٢٧٢٧٢٧ ٢٨٢٨٢٨ ٢٩٢٩٢٩ ٣٠٣٠٣٠ ٣١٣١٣١ ٣٢٣٢٣٢ ٣٣٣٣٣٣  
 ٣٤٣٤٣٤ ٣٥٣٥٣٥ ٣٦٣٦٣٦ ٣٧٣٧٣٧ ٣٨٣٨٣٨ ٣٩٣٩٣٩ ٤٠٤٠٤٠  
 ٤١٤١٤١ ٤٢٤٢٤٢ ٤٣٤٣٤٣ ٤٤٤٤٤٤ ٤٥٤٥٤٥ ٤٦٤٦٤٦ ٤٧٤٧٤٧ ٤٨٤٨٤٨  
 ٤٩٤٩٤٩ ٥٠٥٠٥٠ ٥١٥١٥١ ٥٢٥٢٥٢ ٥٣٥٣٥٣ ٥٤٥٤٥٤ ٥٥٥٥٥٥  
 ٥٦٥٦٥٦ ٥٧٥٧٥٧ ٥٨٥٨٥٨ ٥٩٥٩٥٩ ٦٠٦٠٦٠ ٦١٦١٦١ ٦٢٦٢٦٢  
 ٦٣٦٣٦٣ ٦٤٦٤٦٤ ٦٥٦٥٦٥ ٦٦٦٦٦٦ ٦٧٦٧٦٧ ٦٨٦٨٦٨ ٦٩٦٩٦٩  
 ٧٠٧٠٧٠ ٧١٧١٧١ ٧٢٧٢٧٢ ٧٣٧٣٧٣ ٧٤٧٤٧٤ ٧٥٧٥٧٥ ٧٦٧٦٧٦  
 ٧٧٧٧٧٧ ٧٨٧٨٧٨ ٧٩٧٩٧٩ ٨٠٨٠٨٠ ٨١٨١٨١ ٨٢٨٢٨٢ ٨٣٨٣٨٣  
 ٨٤٨٤٨٤ ٨٥٨٥٨٥ ٨٦٨٦٨٦ ٨٧٨٧٨٧ ٨٨٨٨٨٨ ٨٩٨٩٨٩ ٩٠٩٠٩٠  
 ٩١٩١٩١ ٩٢٩٢٩٢ ٩٣٩٣٩٣ ٩٤٩٤٩٤ ٩٥٩٥٩٥ ٩٦٩٦٩٦ ٩٧٩٧٩٧  
 ٩٨٩٨٩٨ ٩٩٩٩٩٩

Jordanum principalem positi, inde tres primogenitos, sui invicem similes, ita ut quæ unius eadem ceterorum duorum forma, iræ autem obnoxia, esset, procreavit. At nihil est, cui finis non futurus sit. Provocavit vero sibi hos filios Vita Secunda in habitaculo Vitæ Primæ, sui parentis, silentium tum, sermone suo custodito, servantis. Pari modo filii Vitæ Secundæ, cogitatione, quæ eos invaserat, suscepta, suo patri dixerunt: mundus hic, qui eximii & multi admodum splendoris est, mundus tuus & noster est. Unde vero illud, quod nos in eo non hospitamur? Et addiderunt: quousque in mundo Vitæ non hospitabimur? Cum vero illi virum hunc, cui tectum proprii habitaculi deerat, dominum hunc fabricæ mundanæ irritarent, ejus auribus ista verba infundentes, hic dixit: hospitabor in mundo Vitæ, ibi hospitabor, sedete. Dixerunt: in mundo, qui tuus non est, non sedebimus. Coëgit eos pater; quam vero patris coactionem non acceperunt. Consilium inhonestum erat, quod consilium patri suo dare studebant. Verum nullo unquam tempore ille consilium accepit. Et dixit hic Juschamin: surgam, in conspectum Vitæ Primæ ascendam, atque, mundo relicto, faciam, quod velim, atque, quod velim, a me proficiscatur. Sciens autem Vita Prima, quid consilii Vita Secunda susciperet, dixit: una vice opus suum Vita Secunda prospere efficiet; altera vero hoc suscipiens, prospere id non efficiet. Sed non sciens Juschamin fuit execrationis, in eum compositæ, surrexit, suisque filiis, qui sua jussa libenter exsquebantur, splendorem, virtutem, intelligentiam, eloquentiam & audientiam tribuit, dato iis missis hoc mandato: ite, quid vultis, facite, & quod consilium mihi dedistis, bene, non male,



exsequimini. Abierunt tum hi ad extremum omnium & creaturarum & habitaculorum finem, ibique versantes terram candidam producerunt & terminis definierunt, terram vero splendoris, ut terram ætheris, producere non potuerunt. Provocatam rem omnem item apte composuerunt. Produxerunt vero in principio creaturarum quatuor viros expeditos, eosque Filios pacis appellarunt. Sed, cum Bahak Genius mundum provocans pararet, duo ejus fratres non affuerunt; qui animo deficientes, atque ei adversantes, illius sermoni nec verba hæc aures commodarunt. Quem vero composuerat, & cui præerat, orbis aut mundus, ille nobilis, magnificus, & qualis creaturarum Vitæ summæ non fuit. Nam in mundo, quem pater hic Geniorum sibi provocaverat, vastatio exstitit. Adamum dominum, ex loco lucis profectum, Vita summa sibi vicissim finxerat. Unde ei hæc irascebatur. At exstitit quoque filius patris hujus Geniorum Bahak, quem sibi filium ille procreavit, & Fetahil, id est Intuentem aperte, apertis oculis, quanquam hi non aperti erant, vocavit. Surrexit vero Fetahil, filius patris Geniorum, quem pater hic Geniorum sibi provocaverat, abiit, & consistens ad aquam mistam, & ad ignem mistum, cui ignis consumens, quomodo aquæ illius terræ aqua calida inest, aquam vivam procreare cogitavit. Secum locutus est: etiam ego Genios procreabo & coram collocabo, ut meus pater me provocavit. Primo autem, quod pronuntiaverat, verbo, prodeuntes in ejus conspectum ascenderunt Septem Stellares, corrupti & corruptores: specie sua sanguinis rubentis, eaque specie rubedini simili, hac specie nec splendente, nec albente: &

حَفَاكَ لَأَعْبُدَ أَتَدْرِي أَيُّهَا الرَّبُّ أَنَا أَنَا مَعَهُمْ حَفَاكَ  
 لَأَعْبُدَ مَعَهُمْ أَتَدْرِي أَيُّهَا الرَّبُّ أَنَا أَنَا مَعَهُمْ حَفَاكَ  
 وَأَنَا حَفَاكَ كَمَا تَدْرِي لَأَعْبُدَ مَعَهُمْ وَأَنَا  
 لَأَعْبُدَ مَعَهُمْ وَأَنَا لَأَعْبُدَ مَعَهُمْ وَأَنَا  
 وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا  
 وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا  
 وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا  
 وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا

حَفَاكَ مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا  
 وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا  
 وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا  
 وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا  
 وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا  
 وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا  
 وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا  
 وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا مَعَهُمْ وَأَنَا

omnes hi improspere, sanguinis colorem referentes: suoque nomine in ore haud svavi. Ad animas demum quod attinet, ubi illæ hinc ex hoc mundo sublatae fuerint, tristitia afficientur. Neque omnes hæ animæ, perituris earum imaginibus i. e. involucris corporeis, in mei conspectum ascendent, aut prospere apud me acturæ, mundum Vitæ Secundæ videbunt. Quæ vero naturæ animarum sunt Nasaræarum, eæ fortunæ, qualis Septem Stellarium est, exsortes, in felicitatem Vitæ, felicitatem Genii Javar ascendent. Nam ut Vita hunc Javar ad Fetabil' omnesque Angelos malos misit, sic etiam Vita prudentibus, Vita sperantibus, Vita Viris spem facientibus in suo habitaculo adsistet. Vita pura. Finis.

In nomine Vitæ summæ. Magnifica lux, verbum eximium sum, filius verbi, qui nomine Genii Javar huc veni. Me Domini accerserunt præfectumque constituerunt: me Anusch Genium D., filium Geniorum, instruxerunt: me vocarunt, præfectum constituerunt & armarunt. Mihi item socios stabilierunt: socios vero Genios mites sui que constantes mihi stabilierunt. Me custodem, ut jacentes ex suo somno excitarem & erigerem, foras miserunt, dicentes: i, collige ex tellure cœtum, sicut nos cœtum collegimus. Elige electosque ex mundo educ, viros vero justos mulieresque bonas ac fideles elige. Elige & educ animas summissas, easque, quæ loco lucis dignæ sunt: datis iis explicationibus, quibus erudiantur. Quibus præcepta etiam secreta des, ut superbis Stellaribus, ibi versantibus, sua prodigia ostendant, ut loquentes voce pura Spiritum Namrus throno deturbent, & ut angustia animi

Tn. 29.



كَحَصْبِكُمَا مَنُورِيَا رَتَابِي حَكَمَا اِفْرَمِيَةٍ كَثْرَتِيَا مَقْطَرِيَا مَحَصَبِيَا  
 رَدَّتِيَا قَدَسِي مَح حَكَمَا رَحَا مَقَطَا مَسَا مَدِيَا قَدَأِيَا  
 اَنْدِيَا كَسِي حَمِي حَضِيَا حَمَمِيَا مَقْطَرِيَا لَعَمِيَا حَسَمِيَا  
 مَقْطَرِيَا مَتَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا حَا كَدَمَا مَقْطَرِيَا  
 مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا  
 مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا  
 مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا  
 مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا  
 مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا  
 مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا  
 مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا  
 مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا  
 مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا  
 مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا  
 مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا  
 مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا مَقْطَرِيَا

ad Septem Stellares, hujus mundi dominos, pertingat. Doce Nasaræos, Mandaitas, & electos, quos ex mundo elegisti, & qui ob nomen Vitæ in orbe persecutionem passi sunt. Elige justitia probatos, eosque in habitaculum formosum extolle: elige hos ac confirma, ne deficient & minuantur. Doce eos preces, commentationes & conciones, ut videant familiam lucis & sapiant, Hortare animas, ne eæ morientès & perituræ in atra caligine includantur, ne corrumpat eas Namrus, & per generationes superba hac cantilena decipiat; ubi terrestrem orbem peragraveris, te mali non adgredientur, neque splendor tuæ formæ obscurabitur, aut te de firmamento summo detrahent, aut in locum caliginis conjicient; unde animo ne turberis, nec commotus dicas, te solum esse; quis, ubi anguste egeris, nos omnes apud te erimus, nos omnes ad te accedemus, nos hospites tui erimus, nos erimus tui hospites, teque ab omni odio liberabimus. Doce Nasaræos, Mandaitas & electos, quos ex mundo elegisti, loquere eis de præcatione gratiarumque actione, ut spe plena, cui nihil deest & deficit, precentur, non autem nocte obscura, & tempore, quo tectâ misericordiâ est, precentur. Qui misericordiam suo tempore non petierint, ad portam domus Vitæ commorabuntur, commorabuntur ad portam domus Vitæ, donec porta domus Abatur aperiatur. Qua vere porta magna domus Abatur aperta, præcatio, celebratio in locum suum descendet, peccatio, celebratio ascendet in locum suum, & latebit in loco, nempe loco misericordiæ. Qui suo festivoque tempore non adoraverint, ob id quod hanc rem in mundo non fecerunt, in domo Abaturi quæstio habebitur, quæstio habebitur in domo Abaturi. Vobis, mei electi, dicam de arcanis, quæ Namrus



per hunc mundum divulgavit, dicam de felle & malo, quod Namrus in magnam familiam Vitæ misit. In meos Discipulos odium, similitatem & dissensiones misit. Vobis, mei electi, ita prædico & annuntio: erroribus illius Namrus, Idololatrarum, & Septem Stellarium, ne decipiâmini. Qui erroribus eorum deceptus fuerit, in claustro aquæ Nigræ morietur: qui eorum opera fecerit, occisione & gladio Septem Stellarium tolletur, tolletur occisione & gladio Septem Stellarium, aqua consumente affligetur, atque, illius nomine ex domo Vitæ summæ funditus deleta, suam portionem in luce non inveniet. Qui religioni Tenebrionum institerit, ahensis spumantibus coquetur. Qui vinum in caupona biberit, vinculis tenebrarum constringetur. Qui auro & argento deditus fuerit, duas mortes pro una morietur. Qui concubuerit suæ uxori, aqua vero se non abluerit, sed in fastu Leviathanis serpentis versatus fuerit, palam ictus ei infligetur, eumque custos lucis percutiet, delebit suum nomen ex loco lucis, eique maledicet: nomine suo extinguendo, suæque cancellato loco non terminando. Quisquis inierit uxorem suam, ubi immunda hæc menstrua patitur, primoque eorum die ei concubuerit, ille, nomine suo e domo Vitæ summæ exciso, in atra caligine collocabitur, collocabitur in atra caligine, ejusque oculi lucem non videbunt. Qui cibum Duodecim portarum comederit, ascendens ille ex mundo, luce privato, portionem suam a Fœculentis petet. Nam in fine generationis postremæ existent ab illis Fœculentis discipuli, non summissi aut digni, quibus ratio, claritas, puritas Jordani non conveniet. At usque ad ætatem quindecim annorum in illum patrem ob peccata filiorum quæretur, qui eos nec in

(1) (2) (3) (4) (5) (6) (7) (8) (9) (10) (11) (12) (13) (14) (15) (16) (17) (18) (19) (20) (21) (22) (23) (24) (25) (26) (27) (28) (29) (30) (31) (32) (33) (34) (35) (36) (37) (38) (39) (40) (41) (42) (43) (44) (45) (46) (47) (48) (49) (50) (51) (52) (53) (54) (55) (56) (57) (58) (59) (60) (61) (62) (63) (64) (65) (66) (67) (68) (69) (70) (71) (72) (73) (74) (75) (76) (77) (78) (79) (80) (81) (82) (83) (84) (85) (86) (87) (88) (89) (90) (91) (92) (93) (94) (95) (96) (97) (98) (99) (100)

\* Præpostere pro (1) (2) (3) (4) (5) (6) (7) (8) (9) (10) (11) (12) (13) (14) (15) (16) (17) (18) (19) (20) (21) (22) (23) (24) (25) (26) (27) (28) (29) (30) (31) (32) (33) (34) (35) (36) (37) (38) (39) (40) (41) (42) (43) (44) (45) (46) (47) (48) (49) (50) (51) (52) (53) (54) (55) (56) (57) (58) (59) (60) (61) (62) (63) (64) (65) (66) (67) (68) (69) (70) (71) (72) (73) (74) (75) (76) (77) (78) (79) (80) (81) (82) (83) (84) (85) (86) (87) (88) (89) (90) (91) (92) (93) (94) (95) (96) (97) (98) (99) (100)

concionem vocavit, nec ex suo somno excitavit, nec precationem gratiarumque actionem docuit, aut fecit, ut vias justitiæ ac fidei in locum lucis hi calcarent. Exactis vero quindecim annis, in filios ob peccata sua quæretur. Quorum quisque spumans, & ad portas Duodecim Stellarium delatus, in planctibus & luctibus collocabitur, collocabitur in luctibus & planctibus, coronâ caliginis suo capiti imposita, imposita coronâ caliginis suo capiti, flagris ignis cædetur, atque in eum igne consumeate, calore, frigore, ac incendio, quo in animum idololatrarum quæri solet, quæretur; quia, quod beneficentia & liberalitate Genii Javar creatum, id a meo nasaræismo discessit, discessit a meo nasaræismo, plantaque aquæ inferæ illud evasit. Quomodo etiam, ubi filius sacra Tenebrionibus fecit, judicium de suo patre non minus dicetur, quam, ubi hariolos & Chaldæos petiit, juxta thronum superbi Nerig in eum quæretur. Vobis etiam de pulchritudine, gloria, veritate, quæ a Dominis venit, dicam. Quisquis odorem odorans, nomen Vitæ in memoriam non vocaverit, in eum ad domum Abaturi quæretur. Quisquis odorem hariolorum & Chaldæorum, odorem foetoris odorantium, odoratus fuerit, quisquis Tenebrionibus & Parcis sacra fecerit, in monte caliginis constituetur. Quisquis cibum convivorum epularumque Septem Stellarium ederit, ad thronum Stellæ Nerig cædetur. Quisquis cibum humilium sacrum comederit, quomodo venefici fabricæ mundanæ moriuntur, is morietur. Qui vero ab omnibus his operibus abstinerit, locum lucis videbit. Animæ, in custodiis Septem Stellarium commorantes, commorantes in custodiis Septem Stellarium, præ site morientur; neque enim ipsis nisi

موصف مح حكما وملا؟ لنا صوصنا موصفك موصفك خا  
 صوصنا موصنا بضم صوصنا موصفك كوصفنا انا موصفا  
 موصفنا موصفك لانا بظنا موصفنا موصفك انا موصف  
 ملا موصنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا  
 موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا  
 موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا  
 موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا  
 موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا  
 موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا  
 موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا  
 موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا  
 موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا  
 موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا موصفنا

aqua mundi infernalis bibenda Indies dabitur; & inopia tum laborabunt, propter foeda opera, quæ in mundo fecerunt. Absit vero a spectatis beneficentia, viris justis & fidelibus, absit a mulieribus bonis ac fidelibus, ab his, qui stipem erogantes, vocemque Vitæ prædicantes, in Jordanum descenderunt, & se baptizantes, signum purum acceperunt, ut effigiem hujus loci videant. Observavi ego, quod mihi mei Fratres præceperunt, atque celeriter a capite ad calcem perduxī. Scilicet, & donec post diluvium ædificata Jerusalem fuisset, animæ in lucem ascenderunt. A quo autem tempore ædificata Jerusalem fuerat, & quod ad ætatem Mahamatis Arabis excurrit, ego ex iis, qui vobis interfuere, discipulos meos elegi, eosque ad locum lucis extuli. Sed, orta post primordia Mahamatis Arabis profanitate, a vobis meis discipulis ego descendens abii, & ad Stateram justitiæ ascendi. Jam dico: felix, iterumque felix, qui sibi intentus vixerit. Etenim, malitia cum pollutionibus immunditiæque in mundo invalescente, abii ego & ad Stateram justitiæ ascendi. Verum & dico: discipulorum meorum, extrema hac ætate viventium, vicem doleo; quia margaritas has insaniâ mundus afficiet, easque per generationes incantatrices, dieque consummationis magno casuras, captivas ducet. Væ autem iis meorum discipulorum, qui locum lucis non videbunt. Interim a quo die facta fuerit profanatio usque ad tempus, quo interiturus sit orbis amplus, animæ in lucem ascendent. Quomodo & ego, prævalente malitia & immanditiæ, in mundo hæc commorari non potui, sed in conspectum Vitæ, mei parentis, in sua sede versantis, ascendi, dicens: felix ille vir, qui sibi intentus vixerit. Qui vero sibi intentus vixerit, sui similem in mundo non habebit. Rex





ille in luce futurus, magnifice ut Magnates in loco lucis aget,  
Pura lux, ubi Consecrati versantur. Vita pura. Finis.

In nomine Vitæ summæ. Magnifica lux, præstans vitæ  
sum, mitis, qui ex radice magnificentiæ plantatus sum, plan-  
tatus sum ex radice magnificentiæ, & quem Domini dulcem  
plantant, Domini plantant dulcem. "Circumdedere mihi splendor-  
rem, eamque splendori, qui meus est: cui & formam custodem,  
me in occulto custodientem, adjecerunt. Vocerunt me, constitu-  
erunt, præfecerunt, suoque sermone instruxerunt: ut & mihi  
socios adjunxerunt; atque dictionem in gratiam nominis, quod  
præstans & infinitum est, dederunt. Erudierunt me de splen-  
dore magno luceque in loco secreto accensa, suoque sermone  
instruxerunt; adjunctis mihi Sociis, qui præstantes, nec inte-  
riri. Me vocavit Dominus, datoque mandato, me in loco se-  
creto constituit, mihi verba arcana dedit, & me de re omni  
erudiens, erudivit de rebus omnium primis, de Domino,  
qui ab æterno fuit, me erudivit de sacra lege, me voci præ-  
claræ præposuit, benedicens mihi benedixit, suæ plantationi  
me inseruit, mihi plurimam & infinitam gloriam tribuit, le-  
gemque sacram, cui nihil deest & deficit, obtulit, me oscula-  
tus ore puro est, vestibus magnificis textit, nube, nube splen-  
doris, collustravit, & ad Tarvam puram misit, dicens: i ad  
Tarvam puram, erudi Genios ibi versantes, da eis splendorem  
& lucem, ut in nitore mutuo sedeant, da eis tuam gloriam, ut  
sub auspiciis Vitæ surgant, institue eos summa disciplina, ut  
in tuum censum referantur, referantur in tuum censum, quo  
nihil ipsis desit & deficiat. Erudi eos de Geniis puri Tarvam

Tn 30



omnibusque lucis creaturis, erudi eos de luce magna Vitæ, Geniisque & sede, in qua tibi collocati, erudi eos de vitibus secretis, de arboribus puris ac splendidis, de Jordanis, erudi eos de creaturis Domini celsitudinis, de splendore, & luce, quæ ibi versatur. Dic eis de Havraran puro, per quem enuntiata vox eximia fuit. Dic eis de terra Ajar, opere pulcherrimo, sempiterno, quod Javar condidit & adornavit: architecto illius Haj Hin constituto, qui architectus, enuntiata voce miranda, instituit, quæ candor æternus inhabitaret, habitacula, paravitque Regi lucis, ut etiam ab ejus dextra & sinistra Genios disposuit, qui futuri ei conversationi, conversationi ei futuri, in suo habitaculo collocarenrur. Doce eos de Ferho Domino altissimo, & de habitaculo, quod in loco secreto inhabitavit. Erudi eos de Mano, Domino omnium primo, & de Jordano D., in quo baptizatus fuit. Ego Aebel a Javar patre, Nuntio Vitæ, proficiscens, me ad Tarvan purum contuli, septemque creaturas lucis parans, septem Angelos sempiternos constitui, ipsisque condidi septem cameras aquæ, templa nova, nec dissolvenda, per meum splendorem, lucem, & gloriam, quam sempiternam mihi mei patres obtulerant, per meam cognitionem, quam mihi mei Domini dederant, per verba magnifica, quæ certa rataque mihi fecerant, per præcepta secreta, magnifica, excellentia, confirmata, stabilita, quæ ex domo Patris summi, omnium primi, certa rataque attulerant, per radios formosos, qui præcipatione me instruxerunt, qua patrem meum, Dominum celsitudinis, meique custodem, fatigavi. Me enim hic vocans, atque me personam magnam gloriæ, cujus ille ipse exemplum manebit, emandans, dixit: ubi ieris, ad Tarvan



purum, sermonem Geniis noctu ne habeas, nec Vitæ Secundæ, tui auctori, mentionem facias; quia illius ope omne malum, & cui nihil non deest & deficit, originem duxit, disseminatumque in mundo mendacium fuit, nec sacram legem, scientiam, prudentiam, gloriam, dictionemque semotam, superne delapsam, memores. Sumtam, inquam, dictionem illustrem in aquam profundamne mittas, neque illius mentionem noctu Geniis, quos Genios Juschamin procreavit, quibusque taciturnitas, otium, ac silentium non inest, facias, sed eam puri Tarvan Geniis, qui, ipsos procreante Vita Prima, exstiterunt, communices, communicans vero uni ex milliade, communices duobus ex myriade. Et, communicata hac uni ex milliade, hi invicem annuntient, annuntient invicem veritatem; jurata quoque invicem fide, non fore, ut dictum tuum fallant. Ego, ut Vita meus pater præceperat, adveniens vocem in Tarvan puro protuli, vocem protuli in Tarvan puro, collustrato & in sempiternum renidente: dedi meam legem, meamque gloriam tribui Geniis dilectis: explicui meum nomen Geniis occultis Regibusque lucis, quos procreaveram: explicui id Regi puri Tarvan, splendorique ac luci ibi versanti: ut & idem explicui creaturæ celsitudinis, Genio Javar, magnæ luci Vitæ. Explicui nomen meum Genio Farzuso, domino gloriæ, & Genio Netufto, apud eum sedenti: explicui id Geniis, Vitibus, Arboribus puris & Jordanum collustrantibus. Explicui scientiam, tuli legem non perituram, quam in mei similitudinem illustravi, omnibusque creaturis lucis in regione puri Tarvan habitantibus præfeci. Quo facto, ex throno surrexit Rex illius regionis, seque in faciem prosternens coram



me, adorans, se prosternens, adorans coram me, mihiq̄e fausta quævis & infinita precans, dixit: aliquid detrimenti & fortuiti non patientur, nec obscurata peribunt, quæ tua opera. Nam Dominus filius Magnatum es, Dominus Geniõrum, pater omnium Consecratorum. Inibimus nos nostro nomine puro, te sequendo, vias justitiæ, vias Vitæ summæ, quæ te ex occulto vocavit, te vocavit ex occulto, electum te dominum constituit, constituit electum te dominum, nobis te præfecit, te præfecit nobis; ut ne quid nobis deesset & deficeret. Veni posthæc in mundum ṛs Tavriel, veni, disposui Genios Majestatesque in mundo hõc ṛs Tavriel versantes, & meam doctrinam tradidi. Splendor tum meus Vitæ Juschamin illuxit: Geniique reluctes atq̄e Domini exsultantes in universum sellas disposerunt: ut & ipse Juschamin splendore, Genios omnes collustrante, Vitamque Abatur collustrante, gavisus est. Confusum vero, quod ille procreaverat, nec duraturum ordinatum erat. Nihil splendidi & formosi ejus manu factum fuit. Neque enim suam dextram cum suo patre, voce, doctrina, laudeque Geniorum extenderat. Meus etiam splendor canistro Fetahilis illuxit, meus splendor illuxit canistro Fetahilis, cujus cor fletu plenum erat, cujus cor plenum erat fletu, & qui, lacrimis de oculis expressis, dixit: veni mecum, filie delecte Vitæ magnificentissimæ, Primæ, omniumque Geniorum in sempiternum splendidissime. Quo pacto mei dies diebus ceterorum Geniorum, qui Genii sibi constiterunt in sua gloria, in sua gloria sibi constiterunt, comparandi? Constantes hi Genii suæ gloriæ: hæ majestates in sempiternum lætæ & exsultantes. Qui apud eum sedebant, Genii tum dixerunt: de die in diem splendor Genii Aebel Zivo illu-





xit, illuxit splendor Genii Aebel Zivo, atque nos in nostra sede collustravit. Ubi autem ille pro sua bonitate nobis benedixerit, ascendemus in locum lucis: ut & nobis in lucem ascendentibus peccata & delicta nostra remittentur. Tuum nomen inter Magnates agnatum: tuique parentes, Fetahil, in caliginæ versantes, contra nos non decernent. Quo audito, Fetahil de suo throno surrexit, & venerabundus procubuit. Verum dixit: parenti meo, Nuntio Vitæ, subito fabricam mundi demoliamur, subito demoliamur fabricam mundi, atque, destructis rebus suis omnibus, antequam pars illa, quam & corrumpamus, pulchra scilicet. Spectatorum beneficentia, in oppido Justorum degens, antequam dico omnis hæc orbis pars lucem sublimis petat, quod cælum fabricæ mundanæ conditum est, id vastet. Et, hoc facto, totoque orbe profanato, perinde ac suis rebus corruptis, non nisi unus ex milliade, duo ex myriade ascendent. Ascendent vero animæ Nasaræorum, qui cibum filiorum orbis non ederunt, qui immunditiis se non contaminarunt, neque lue & immunditiæ affecti, affecti lue & immunditiæ, aut in facibus orbis commorantes, se operibus orbis foedarunt; sed, quarum hæc opera sunt, familiæ & animæ unæ cum Spiritu, Messia; & Duodecim Stellaribus in ignem ardentem abibunt: ascensuris vicissim viris justis ac fidelibus, sedemque formosam visuris. Prædicanda Vita, quæ pura: ut & Vir, qui illuc loci mundani se contulit, purus est.

In nomine Vitæ summæ. Magnifica lux, & miranda usque ad extremum finem aquæ vivæ, finem omnium Jordanorum, extremum ductum aquæ vivæ, qui suo ex loco ductus fuit; Cum, consilio capto, aqua ex suo loco expressa esset, atque,



extenso firmamento terræque condensata, Adam corporeus existisset, custodes pariter præfecti fuerunt. Cum autem, qui ex fundo rerum expressus fuerat, Aeon in illius corpus veniens cadensque, protrahendo aquam vivam, eamque cum aqua infera conjungendo, protrahere sic alveum aquæ vivæ vellet, simul præpositi fuerunt custodes, qui custodes consuetudine ejus usuri, vocem Vitæ enuntiarent, ejusque stirpem illuc i. e. sursum producerent. At duo primogeniti, quibus aquæ vivæ ductus committebatur, hi duo primogeniti, quibus prima Vitæ Primæ res procreata custodienda tradebatur, vocati fuerunt Schelmaj & Nedbaj. Iique Adamo Socii constituti: qui illum, ejusque posteros sacra doctrina impertierunt, quavis prosperitate bearunt, scientia, qua non alia mundi præstantior, donarunt, laudeque Numinis instruxerunt; ut hi etiam alios jacentes suscitando erigerent, animas a luce delapsas excitarent & expergefacerent, quo expergefactæ istæ in locum lucis suam faciem tollerent. Verum, ductu aquæ vivæ producto, hæc aqua viva, quæ suum iter ex domo Vitæ in mundum susceperat, tristis & suspirans, præ tristitia & suspirio, atque robore ei deficiente, robore deficiente ei, custodibus Schelmaj & Nedbaj dixit: cuius virtute protracta, meoque loco privata fui? Quis scientia, qua non alia mundi præstantior, me privavit? Quis me iustitia, natura, & doctrina, in suum locum sublimi tendente, privavit? Quis me imagine, quam in loco lucis Genii referunt, privavit? Quis secreto colloquio, quo Montes duo utuntur, me privavit? Quis secreto colloquio, quo Magnates utuntur, me privavit? Quando imaginem duarum Farsufe (Personarum), se invicem adorantium, videbo? Loci enim, quem peto, tenebrosa, non



lucida, species est. Sabbata mea vis: ego in aqua infera deficiens: illatum mihi malum: nihil non mihi deest & deficit: perturbationem mihi Septem Stellares moveut: progenies mea & stirps sublata: imperitant mihi jurgia superborum Duodecim Stellarium apostatarum: corpora in me occidunt, sanguine effuso, malitiaque in orbe ingravescente: oneri mihi mea anima: graves mihi Septem Stellares: animæ in diluviis aquæ pereunt. Cum in hunc morem Custodes Schelmaj & Nedbaj allocuta esset Aqua Viva, hi Schelmaj & Nedbaj ex suo loco respondentes, & dicendo graviter commentantes, Aquæ Vivæ dixerunt: conquiesce, Aqua viva, tuumque animum firma. Dicemus tibi de perduto, dicemus, tibi de detrimento, tristitia, & malitia, quæ a Vita Secunda exstitit, de malitia a Fetahil Genio, qui ex aqua Nigra ascendit, orta. Cum Frtahil ex aqua Nigra ascenderet, ab eo omnia opera turpia & corrupta evenerunt, ut etiam detrimentum evenit, suspiriumque exstitit. Quoniam vero pura Vitæ Abaturi dextra erat, nec ejus opera peribunt: ut etiam, quod ad animas attinget, nec illæ in aqua infera morientur, non morientur in aqua infera, aut Septem Stellares eis imperitabunt. Contende tu, Aqua Viva, ad Hubar apostatam, profer vocem Vitæ, commorare in fabrica mundi, conversationi & societati esto animabus, quæ propter nomen Genii Javar infestatæ, vivi autem baptismi ope in te baptizatæ, signoque puro in te notatæ, doloribus maculisque, a Septem Stellaribus originem trahentibus, eximentur. Respondit his Schelmaj & Nedbaj Aqua Viva: cadens ego in aquam consumentem, pura ego coram Javar non futura sum; sed, dicto de me judicio, me spectati



beneficentia in loco caliginis obtegent. Tamen, sublata mea stirpe, & ubi, pulchritudine mea in suum locum ascendente, item ego ex orbe ascendam, coram luce excellenti in quæstionem ob peccata & delicta, in loco caliginis commissa, vocabor. Ubi autem ego Aqua Viva in quæstionem vocabor, de fundo Nasaræorum quid dicitis? Schelmaj & Nedbaj regesserunt: ascendet unus ex milliade, ascendent duo ex myriade in habitacula Vitæ summæ, Primæ: animæ vero contaminatæ & mendaces non ascendent. Quisquis mortem in se habuerit, apud Vitam summam, Primam, non prospere aget. Abstinete & tuemini animam vestram ab afflictionibus & maculis, quas Septem Stellares ingerunt. Similes ne sitis Genio Fetahil, qui ex Aqua Nigra ascendens, ex Jordano Aquæ Vivæ signum non æsumsit, nec aqua viva se baptizans, baptizatus justitiam in æternum pretiosam accepit. Peribit orbis, res fabricæ mundanæ destruentur, conturbabuntur globi, septaque terræ inferæ, non illuminatæ, diruentur: sui que patres, qui nec ipsi consilium accepere, nec, consilio non accepto, alios de hoc vel illo certiores fecere, sed superbe se gessere, in vinculis suæ quisque animæ sedebunt. Sic etiam, & ubi fabrica mundana diruetur, spiritus Septem Stellarium finiëtur, formaque Duodecim Stellarium corrumpetur. Familiam Vitæ, quam persecuti sunt, hi non videbunt. At perturbatis totiùs orbis operibus, totoque firmamento fluctuante, venient Juschamin, Abatur & Fetahil, hunc mundum visuri. Qui autem cum strepitu tricliniis suum quisque pectus allident, ubi fundum animarum in fæces omnem depressam videbunt. Sed illo etiam die magno iudicium de Juschamin, Abatur & Fetahil dicetur.





Quos tamen veniens Aebel Zivo ex hoc mundo educet. Atque, Juschamin & Abatur in Jordano Vitæ summæ Primæ baptizatis, item Fetahil Genius ex vinculis, quibus adstrictus in tenebris sedit, liberatus, in Jordano Vitæ summæ Primæ baptizabitur. Quo facto, & hausto ex illo Jordano quantum abunde ei sufficiet, cum Vita Prima ille conversans, de cippo, de vinculis, quæ in mundo portavit, confabulans, de mœstitia, ipsi a suo patre illata, confabulans, atque Rex Geniorum, toti animarum fundo imperans, appellatus, etiam Rex Nasaræorum, cum precationem gratiarumque actionem hi deferent, appellabitur. Vita pura.

In nomine Vitæ summæ. Honoranda lux præclara. Cum suo Iocandor sublatus esset, invasurus mundum defectus mundum invasit. Qui vero datus Lunæ in sempiternum vir fuerat, ille ipsi candorem dedit, atque ei advocatæ & accinctæ hoc mandatum, quod in perpetuum valeret, injunxit: vestes tibi candoris obtuli, ut per eas caligo fabricæ mundanæ illucesceret. Obiecto autem Solis splendore, tuus candor oriatur: atque, concumbente suæ uxori viro, adspergine tua, & te teste, semen effundatur. Illuminasti vi formosæ stirpis faciem illius viri, eumque a doloribus, maculis, notisque improspere omnis generis liberasti, & malitia fabricæ mundanæ lapsæ liberasti; quia stirps vivæ ad-persionis in manum tuam tradita fuit. Illumina tu, ordina, & firma ejus familiam in perpetuum. Dixit vero Luna virô, qui eam candore vestierat: uno die per mensem me absconde, radiisque meis me involvo, me involvo radiis meis, duobus custodibus me attendentibus. Si autem, quo tempore illi radii mihi desunt, uxores suis viris concumbentes, conceperint, surdi,



leprosi, & manibus pedibusque carentes figuræ prodibunt: Septem Stellaribus adspersionem perturbaturis, ipsique quod malum paraturis. Vir, qui Lunam candore vestierat, tum adjecit: quod hoc die exstiterit, id familiæ nostræ non conveniens, nec in numerum ejus referendum, nostræ stirpî nunquam assignabitur. Nam filius hic stirpis caliginis odie futurus. Ut & idem hanc hortans, admonens, instruens, & candorem nitoremque ipsi relinquens, fatus est: fundo animarum, tradito nobis in mundo, attendas. Quibus dictis, hæc ab illo, summissis genibus, abiit, & abiens in domum Abaturi contendit, abiens contendit in domum Abaturi, & contendens in ejus custodias descendit, contendens descendit in ejus custodias, ut computationem temporis in sempiternum perficeret. Quo autem die hæc orbi candorem suum subtrahit, quibus horis eum mundo obtegît, quibus momentis cuique suo discipulo ipsam deserenti direptionem, flagellationem & oppressionem injicit, angustiam, terrorem, & commotionem mundi morientis tremantisque ipsi ostendens, tenebrosa, & quasi nulla esset, sua species fit. At egressa hæc interiori ex custodia, ubi sua species, quasi nulla esset, sublata fuit, & in curru sedens, induto eleganti radio magnoque nirore attracto, in mandum contendit. Die autem primo, quo visa fuit, ea, cœli firmamento retegi cœpto, a firmamento hujus suprema parte ad ejusdem firmamenti infimam progressa occidit. A die vicissim secundo, quo nitor suis creaturis omnibus apparet, usque ad diem mensis septimum, Luna voce Vitæ loquitur, loquitur voce Vitæ; quo faciat, ut homines obliviscantur angustiam, terrorem, & commotionem, quam angustiam, terrorem, & commotionem toti mundo pro sua



malitia hæc injicit. Vobis, viri electi Vitæque testes, dico & affirmo: persecutionem firmo animo in hoc mundo, fabrica lapsa, perferte. Cito enim orbis peribit. Nec nisi duo Montes eminebunt, eminebunt duo Montes. Quibus tamen vis lucis tolletur: ut & omnis sua veritas in æternitatem obtenebrabitur: atque sua species, quasi nulla fuisset, desinet. Pari modo, quæ Septem Stelares celebrarunt, animæ proci-  
dent, suoque ex loco mugientes & lacrimantes dicent: cum in mundo essemus, lux vestra omnes creaturas collustrabat: sicut & nos, testimonio vobis adhibito, vos semper allato testimonio celebravimus. Quare nunc species vestra quasi nullo fuisset, desiit, obscurata & obtenebrata est? Quibus vero sui cultoribus responsum Septem Stellares non reddent. At sicut animæ, quæ Septem Stellarium cultrices fuerunt, ob hunc cultum perinde quam omnia cetera earum opera obscurabuntur, ita etiam animæ familiarum Vitæ, quæ ipsos coluerunt, in orcum imum penitus deprimentur, deprimentur quidem per serpentem magnum, qui Ur, dominus tenebrarum, nominatur. A quo autem die liberatæ animæ vestræ servabuntur: quomodo etiam animæ fratrum nostrorum bonorum, qui iidem sorores nostræ fideles sunt, animæque virorum justorum ac fidelium, visuræ locum lucis, ascendent. Vita purâ.

In nomine Vitæ summæ. Extollenda vox præclara, vox Genii Sam Zivo puri: quem Domini suo ore vocarunt, quem Domini vocarunt suo ore, & cui socios constituerunt. Constituerunt vero socios ipsi consecratos puros, quorum consuetudine in suo habitaculo uteretur. Sic etiam eum, veste



ipsi septemplici, veste splendoris, lucis & gloriæ data, thesauro suo præferunt, ut & Geniis, Sceptris, Jordanis, Majestibus cujusque loci, Aeonibus mitibus, & accenso in suo loco splendori præposuerunt. Atque ipsum de Sak Zivo, domino Vitæ, & de loco, quem hic semper tenuit, certiores fecerunt. Quomodo etiam de hoc mundo, creaturis omnibus lucis occulto, ei disseruerunt. Atque, advocato Hamgai Zivo bar Hamgago Zivo, ipsique datis sociis Septem mysteriis abditis, puris & celatis, quorum ope semper servaretur, illum dissidio re Jurbo præferunt, dicentes: i, generationem hanc serva, fundo animarum attende, dispone, suumque in locum evehe. Ubi Jurbo ira exarserit, dictione tua subjugabitur: neque animo tum affligaris, commovearis, & agiteris. Neque enim fas erit, ut, qui Aeon in te est, contremiscat, aut ut illam, qua tu semper obumbraris, Nubem tristitia afficias. Ne contristeris aut commovearis, dicens: ego solus sum. Dedi tibi Socios justos, qui futuri tui custodes, tui custodes futuri, te ab omni, quod odiosum, liberabunt, liberabunt a veneficiis Spiritus, Messia, & Septem Stellarium, a corruptione Duodecim Stellarium liberabunt, atque ab occidione, frigore, igne & incendio Quinque Stellarium superborum, qui in orbe incendia missa facient, liberabunt. Ubi gravaverit te, quam illi reliquerunt, malitia, ubi hæc militia te gravaverit, vox nostra ad te perveniet. Ubi consultaverint mali adversus fundum animarum, eique angustiam & terrores ostenderint, tuo loco ne tremas, ne commovearis. Septem Stellares ad tuum integumentum, ad Nubem, qua tu obtectus, non pertransibunt. Ubi enim ira hi exarserint, Dux justitiæ D. te antevertens, ad nos





veniet; atque nos, misse ad te Vigile, custodes tui futuri, mittemus ad te plurimum roboris, eximii nec finiendi, atque, plurimo hoc robore ad te misso, nec minus fiduciae magnae & egregiae suo ex loco ad te mittemus, ut etiam, atque communicato tibi instituto monastico, quo Septem Stellares contremiscent, preces secretas, quibus isti rebelles subiguntur, tibi offeremus. Sic &, quibus nec veritas deest, tui discipuli, in habitaculo perituro versantes, ob tuam confidentiam ipsi confident, & a Septem Stellaribus liberati, liberati a Septem Stellaribus, nostram tuamque bonitatem precipient. Nasaræorum humillimorum, humillimorum, tu eris testis, tu festis eris: tuaque virtute in locum lucis illi ascendent. Agentes higyrum in aëre septentrionali, &, ut vitis in sede Vitæ summæ Primæ plantata, vestibus Domīnorum velati, atque constituti in habitaculo pulchro, in habitaculo pulchro constituti, in civitatem Geniorum adsciscuntur. Nasaræi vicissim, non humiles, quibus veritas, verbum tolletur, quibus robor, veritas, verbum tolletur, peccitentur ictu insanabili, percussi autem ideo hi sanari non poterunt, quod eminentes & distincti, eminentes fuerunt & distincti, atque angustia, terrore, commotione visa, quicumque ictus caliginis per verbum eis illatus fuit, quicumque ictus lucis per verbum eis illatus fuit, eum ut oportuit non exceperunt, nec sui constantes caute egerunt, sed, nulla inde molestia & commotione affecti, affecti nulla molestia & commotione, ex mundo se exituros, non dijudicarunt. Qui, dicam, quatenus non fore, ut e mundo removerentur, censes judicarunt. gyrum in Jordanis Septem Stellarium agent, portioni Septem Stellarium futuri. Vita pura Finis.



In nomine Vitæ summæ. Honoranda lux præclara. Ego sum Juko Bar Kuscho. Profectus ego ex domo mei patris, & veniens cum splendore secreto luceque infinita, ad Spectatos beneficentia, quibus defectus & mendacium non inest, veni, verbumque ad audientiam eis afferens, velut Domini, præcepta secreta, ut suam virtutem Superbis ostenderent, ipsis attuli. Quomodo Aebel custos generationis Adamiticæ est, ita ego coram vigil, thronum ei in nube constitui, suam speciem ego ipse collustrans. Quo autem facto, me Aebel pro sua magnificentia amantibus sui nominis præfecit. Sic & ego his verbum magnificum, præstans & infinitum attuli, currus constitui, iis testibus usus sum, præces secretas, quibus Septem Stellares eorumque familiæ constringerentur, obtuli, vincula aquæ vivæ, quibus Deastræ fabricæ mundanæ colligarentur, tradidi, gladios aquæ, quibus tenebrarum potentes contremiscerent, ministravi, arietes ingentes, quibus stirps tota caliginis una cum aqua nigra subigeretur, addidi, ut & Spectatis beneficentia currus, quibus Superbos hujus mundi supplantarent, assignavi. Cum vero Aebel, generationis Adamiticæ custos, me Juko Bar Kuscho vigilem arcessens constituisset, & Spectatis beneficentia præfecisset Spectatis beneficentia, Septem Stellares & Duodecim Stellares, me observatore eorum constituto, suis ex curribus ceciderunt, atque, me Juko Bar Kuscho eorum socio facto, vi meæ virtutis istorum fel Corruptentium vanum fuit, ut & obscurata eorum specie, rebur suorum curruum in suo tramite claudicavit. Spectati beneficentia vicissim quod petierunt, id omne semper invenerunt. Qui etiam, ut generationis Adamiticæ custos Schetel est, Nasaræismi in mundum

في 21 20 19 18 17 16 15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1  
 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21  
 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42  
 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100  
 101 102 103 104 105 106 107 108 109 110 111 112 113 114 115 116 117 118 119 120 121 122 123 124 125 126 127 128 129 130 131 132 133 134 135 136 137 138 139 140 141 142 143 144 145 146 147 148 149 150 151 152 153 154 155 156 157 158 159 160 161 162 163 164 165 166 167 168 169 170 171 172 173 174 175 176 177 178 179 180 181 182 183 184 185 186 187 188 189 190 191 192 193 194 195 196 197 198 199 200  
 201 202 203 204 205 206 207 208 209 210 211 212 213 214 215 216 217 218 219 220 221 222 223 224 225 226 227 228 229 230 231 232 233 234 235 236 237 238 239 240 241 242 243 244 245 246 247 248 249 250 251 252 253 254 255 256 257 258 259 260 261 262 263 264 265 266 267 268 269 270 271 272 273 274 275 276 277 278 279 280 281 282 283 284 285 286 287 288 289 290 291 292 293 294 295 296 297 298 299 300  
 301 302 303 304 305 306 307 308 309 310 311 312 313 314 315 316 317 318 319 320 321 322 323 324 325 326 327 328 329 330 331 332 333 334 335 336 337 338 339 340 341 342 343 344 345 346 347 348 349 350 351 352 353 354 355 356 357 358 359 360 361 362 363 364 365 366 367 368 369 370 371 372 373 374 375 376 377 378 379 380 381 382 383 384 385 386 387 388 389 390 391 392 393 394 395 396 397 398 399 400  
 401 402 403 404 405 406 407 408 409 410 411 412 413 414 415 416 417 418 419 420 421 422 423 424 425 426 427 428 429 430 431 432 433 434 435 436 437 438 439 440 441 442 443 444 445 446 447 448 449 450 451 452 453 454 455 456 457 458 459 460 461 462 463 464 465 466 467 468 469 470 471 472 473 474 475 476 477 478 479 480 481 482 483 484 485 486 487 488 489 490 491 492 493 494 495 496 497 498 499 500  
 501 502 503 504 505 506 507 508 509 510 511 512 513 514 515 516 517 518 519 520 521 522 523 524 525 526 527 528 529 530 531 532 533 534 535 536 537 538 539 540 541 542 543 544 545 546 547 548 549 550 551 552 553 554 555 556 557 558 559 560 561 562 563 564 565 566 567 568 569 570 571 572 573 574 575 576 577 578 579 580 581 582 583 584 585 586 587 588 589 590 591 592 593 594 595 596 597 598 599 600  
 601 602 603 604 605 606 607 608 609 610 611 612 613 614 615 616 617 618 619 620 621 622 623 624 625 626 627 628 629 630 631 632 633 634 635 636 637 638 639 640 641 642 643 644 645 646 647 648 649 650 651 652 653 654 655 656 657 658 659 660 661 662 663 664 665 666 667 668 669 670 671 672 673 674 675 676 677 678 679 680 681 682 683 684 685 686 687 688 689 690 691 692 693 694 695 696 697 698 699 700  
 701 702 703 704 705 706 707 708 709 710 711 712 713 714 715 716 717 718 719 720 721 722 723 724 725 726 727 728 729 730 731 732 733 734 735 736 737 738 739 740 741 742 743 744 745 746 747 748 749 750 751 752 753 754 755 756 757 758 759 760 761 762 763 764 765 766 767 768 769 770 771 772 773 774 775 776 777 778 779 780 781 782 783 784 785 786 787 788 789 790 791 792 793 794 795 796 797 798 799 800  
 801 802 803 804 805 806 807 808 809 810 811 812 813 814 815 816 817 818 819 820 821 822 823 824 825 826 827 828 829 830 831 832 833 834 835 836 837 838 839 840 841 842 843 844 845 846 847 848 849 850 851 852 853 854 855 856 857 858 859 860 861 862 863 864 865 866 867 868 869 870 871 872 873 874 875 876 877 878 879 880 881 882 883 884 885 886 887 888 889 890 891 892 893 894 895 896 897 898 899 900  
 901 902 903 904 905 906 907 908 909 910 911 912 913 914 915 916 917 918 919 920 921 922 923 924 925 926 927 928 929 930 931 932 933 934 935 936 937 938 939 940 941 942 943 944 945 946 947 948 949 950 951 952 953 954 955 956 957 958 959 960 961 962 963 964 965 966 967 968 969 970 971 972 973 974 975 976 977 978 979 980 981 982 983 984 985 986 987 988 989 990 991 992 993 994 995 996 997 998 999 1000

propagati auctores fuerunt: & per eos, quod faciendum erat, factum fuit: neque non in his comperti viri distincti, qui a mundo se separantes & distinguentes, nec ex eo, quod Septem Stellaribus innolatum fuit, ederunt, nec illorum opera in mundo fecerunt; quorumque ideo nec portio detracta, nec species obscurata, nec nomen loco lucis exemptum fuit. Admonui vos ego Juko Bar-Kushto, ne, ex eadem stirpe nati videamini, aut irritam precationem gratiarumque actionem faciatis, aut scientiam vobis indignam comparetis; quoniam, qui talem paraverit, vapulabit, flagrisque ignis & Aquæ nigræ cædetur; sed ut, quando gravaverit vos persecutio, quæ incidentia arca-na perturbat, quando talis persecutio vos gravaverit, voce Vitæ loquentes concionemini. Pari modo vos preces, & quidem sine rerum arcanarum scrutinio, fusuri, aut alimonia corporum usuri, ut de hoc arcano instituti fuistis, pedibus vestris stantes, stantes pedibus vestris, precatione, quæ vices sexaginta & unam habet, utemini: vobisque hac precatione utentibus peccata & delicta remittentur. Evadetis ictus sexaginta & unum, nec in vasa ignis cadetis, non cadetis in vasa ignis, aut in athena sexaginta & unum spumantia protrahemini. Verum, spectatis beneficentia ex suis corporibus egressis, eodem actu lux hinc ex terra ascendit, lux ascendit hinc ex terra, ascendit radicitus formositas egregia, ascendit bonitas, honestas, scientia, & candor lucis ex domo lapsa; sublatum id omne fuit ex uno orbis hospitio, atque profectum habitavit in oppido justorum Custodum, qui hinc in terra fuerunt, qui vero abeuntes inhabitaverunt Jordanum, oppidum justorum, nobilissimum & amplissimum, refertum voce Vitæ, undique opertum

حَتَّىٰ يَكُونَ فِيهَا إِحْسَانٌ مِّنْ عِبَادِكُمْ يُؤْمِنُونَ ۚ  
 وَيَسْمَعُونَ قَوْلَ رَبِّهِمْ لَعَنَ الَّذِينَ كَفَرُوا  
 قَوْلَ اللَّهِ وَرَسُولِهِ حَيْثُ كَانُوا ۚ وَلَا يُغْنِي عَنْهُمْ  
 كُفْرُهُمْ إِذْ يُنَادُوا بِالنَّبِيِّ الْأَخْيَرِ لِمَا كَانُوا  
 يَكْفُرُونَ ۚ وَالَّذِينَ آمَنُوا وَعَمِلُوا الصَّالِحَاتِ  
 لَهُمْ أَجْرٌ غَيْرُ الْمَمْلُوكِ ۚ إِنَّهُمْ كَانَ  
 لَأَنَّاسٌ يُعْتَدُونَ ۚ وَالَّذِينَ آمَنُوا  
 وَعَمِلُوا الصَّالِحَاتِ لَهُمْ أَجْرٌ غَيْرُ الْمَمْلُوكِ ۚ  
 إِنَّهُمْ كَانَ لَأَنَّاسٌ يُعْتَدُونَ ۚ

حَتَّىٰ يَكُونَ فِيهَا إِحْسَانٌ مِّنْ عِبَادِكُمْ يُؤْمِنُونَ ۚ  
 وَيَسْمَعُونَ قَوْلَ رَبِّهِمْ لَعَنَ الَّذِينَ كَفَرُوا  
 قَوْلَ اللَّهِ وَرَسُولِهِ حَيْثُ كَانُوا ۚ وَلَا يُغْنِي عَنْهُمْ  
 كُفْرُهُمْ إِذْ يُنَادُوا بِالنَّبِيِّ الْأَخْيَرِ لِمَا كَانُوا  
 يَكْفُرُونَ ۚ وَالَّذِينَ آمَنُوا وَعَمِلُوا الصَّالِحَاتِ  
 لَهُمْ أَجْرٌ غَيْرُ الْمَمْلُوكِ ۚ إِنَّهُمْ كَانَ  
 لَأَنَّاسٌ يُعْتَدُونَ ۚ وَالَّذِينَ آمَنُوا  
 وَعَمِلُوا الصَّالِحَاتِ لَهُمْ أَجْرٌ غَيْرُ الْمَمْلُوكِ ۚ  
 إِنَّهُمْ كَانَ لَأَنَّاسٌ يُعْتَدُونَ ۚ

\*) Propostere pro *لَعَنَ* *لَعَنَ* et infra *لَعَنَ* *لَعَنَ* pro *لَعَنَ* \*

mitione honestatis, quæ per orbem diffusa, homines inferos latuit. A quo autem die passim claritas ex hoc orbe ascenderat, & locutio honesta cessaverat, discipuli, ex hoc hospitio in lucem non facto ascensu, vocati in quæstionem & puniti fuerunt, donec eos sordes destituerent. Et quisquis, quem sordes destituerant, in domum Abaturi correctus adscendit. Quem vero sordes non destituerint, ille exstingvendus, periturus, & quasi non fuisset, futurus. Vobis, viri justis & fideles, prædico & explico, fore, ut germine, quæ a generatione postrema originem duxere, vi meæ dictionis & faustæ appreciationis, ascendant, sui que constantes vi hujus appreciationis in æternitatem futuri ascendant. Illuminavi hæc, admonens, ne in aliquid mundani offenderent. Qui ita offenderit, morietur & interibit. Iterum vos illuminavi, & docui, quisquis vestrum collustratus recte egerit, me subsidio, subsidio inquam & fulcro ipsi, a loco caliginis in locum lucis tendenti, futurum. Vita pura. Finis.

In nomine Vitæ summæ. Honoranda lux præclara. Ex habitaculis magnificis Domini me vocarunt, datoque mandato, me vocatum stabilierunt: vocarunt me, dato mandato, Domini, meque armatum miserunt, ad enuntiandam Adami generationibus Vitæ vocem, ad impertiendum fabricæ mundanæ claritatem, ad enuntiandum vocem Vitæ, ad serendam sationem Dominorum, ad sationem Dominorum serendam, ad expandendum Jordanos a capite ad calcem, ad plantandum plantas fortunatas, ad propinandum eis aquam vivam & lætam, ad docendum sapientiam, prudentiam, gratiarum actionem, summam nec unquam terminandam, ad





dandum eis vocem puram, ut in hoc mundo confirmatæ, doctrinam Vitæ eloquerentur, cubantes excitarent & erigerent, vias parandas capesserent, signoque limitari collocato, proferrent scientiam, ex domo Domini Vitæ Behram redundantem, qua imbutæ animæ, eæque summissæ, ad hospitium elegans excitarentur, ut hac illæ institutæ stabilirent sceptrâ excellentia, & ostenderent magnam radicem benedictionis, quam a Vita summa, Prima, Nasarai justî & fideles accipientes, locum lucis videbunt. Neque enim Nasaræi devoti, justî & fideles, in hoc mundo permanebunt sempiterni, aut, ubi iudicium magnum fiet, de iis, in quæstionem vocatis, velut de ceteris omnibus creaturis, iudicium dicetur, aut ii pro tribunali damnati in mare Erythraum cadent: quo mari Spiritus & Messias penitus consumentur, Duodecim & Septem Stellares, de quibus iudicium dicetur, consumentur, isti defectionis filii, hospitii perituri domini, fabricæ casuræ domiq. Nasaræi vicissim non summissi, qui in domum Vitæ peccatum majesticum commisere, quorum corpora, omni defectu & vilitate laborantia fuerunt, quibusque thesauri terrestris ampla congeries non prospere cessit, ubi ad portam magnam domus Abaturi pervenient, ab hac porta exclusi, exclusi ab hac porta, nec locum lucis videbunt, nec scientiam a sede Vitæ summæ, Primæ, natam cernent, verum, hac eis sublata, in fundum loci tenebrosi cadent: sublata eis arcana precatone, cui in mundo confisi sunt, sublatis concionibus secretis, sublatis codicibus adornatis, ereptis commentariis, baptismoque in locum, unde venit, ascensuro, & penes Juro D. thesaurarium thesauri occulti, ipsisque absconditi, futuro, Quisquis a luce extirpatus



in gehennam infamam deicietur, caesensque in arena spumantia igne ardente comburetur, & visa Septem Stellarium calamitate, duplicem una vice mortem obibit. Quisquis vicissim spectatus beneficentia, justus, fidelis, nullo unquam tempore suo loco privabitur, privabitur suo loco; sed doctrina ille pretiosa imbutus elegantiam suae stirpis videbit. Constitutus hic in splendore occulto & sempiterno, stola splendoris egregii & infiniti induetur, tiara lucis in aeternitatem lucentis & formosae tegetur, cingulo aquae, quae doloribus & infirmitatibus caret, circumdabitur, & corona aetherea, ex hilari vite facta, ornabitur. Atque illum corpore exeuntem Liberator antecedit: qui etiam in sedem Dominorum, formosam & infinitam, in locum, quem ab imo ad fastigium immutabilem Domini tenent, illum extollet. Vita pura. Finis.

In nomine Vitae summæ. Honoranda lux præclara. Vita virtute splendoris & sardonichis Genium Javar vocatum, omnique rei præfectum, disciplina præclara & infinita instituit, monti maximo & clari splendoris præposuit, atque ipsi, in æthere lucis accensæ & sempiternæ assignata in sui honorem majestate, traditisque arcanis, egregiis & a mundo alienis præceptis, erudit de Juro D., ejusque forma præstanti, erudit de Nasbo D., suoque, quod in loco lucis tenet, habitaculo, erudit de Zarzel Zivo, Aeone miti & confirmato, erudit de Genio Juemir, suæque, quod more Geniorum tenet, habitaculo. Alloquens tum Aebel Zivo, & celebrans hic Aeonem maximum & potentissimum Nasbo, qui, condita ei in aeternitatem urbe, ei patefaciens, definiens & declarans arcana, ipsi



baptismum vivum oleumque purum hujus mundi explicaverat, & Nasaræos suis corporibus exituros, descripserat, præcepit, ut hic ad Nasaræos in mundo relictos contenderet, eisque diceret: corporibus vestris vos exituri, non sine oleo puro adscendere poteritis; siquidem, quod ex domo Vitæ summæ venit, verbum magnificum, pretiosum & purum est. Qui sine oleo puro ascendere cupit, ille in custodiam Fetahilis tradendus, non nisi acceptis sexaginta & uno ictibus ascendere poterit. Quo facto, constitutus demum ille inter creaturas lucis, videbit vitem Tavrel, quæ in Jordano terræ puræ Tarvan viget, videbit arborem Tatagmur, quæ apud Jordanum Domini celsitudinis viget, videbit vitem Revaz, ex qua benedictio Vitæ prodit, cujusque odore omnes Genii delectantur, videbit vitem Jusmir, quæ in terra 78 Sam Zivo viget, videbit vitem Scharhabel, quæ in terra Genii Aebel Zivo viget, videbit septem integumenta splendoris, lucis, & gloriæ, quæ ad vites præstantes protensa, videbit duos Montes, puros, mites, suoque loco defixos, videbit Javar Zivo, dominum Vitæ, vitemque primam, quæ in terra Vitæ summæ Primæ viget, videbit Schar vitem, quæ in terra Vitæ Primæ posita, videbit Firun vitem, quæ in terra Scharat Aebtrat u Feschtrat viget, videbit magnam vitem, quæ sub germen Genii Javar floret, videbit vitem magnam animarum lactantium, per eam crescentium, ejusque ex fruge bibentium, quæ animæ exsultantes & crescentes, quæ crescentes inquam animæ inter creaturas lucis constituentur, videbit Juro dominum, videns arcanum, quod ipsi ille disposuit, videbit Adatan & Jadatan, portis domus Vitæ præsidentes, videbit Schelmaj & Nedbaj, in nube sublimi, secreta, prima,



versantes, versantes in hac nube, omnibusque Jordanis præpositos, videbit. Juschamin purum, infra aquæductus degentem, videbit quatuor viros, Filios pacis, Nasaræis subsidio, subsidio inquam & fulcro ex loco caliginis in locum lucis tendentibus futuros. Vita pura. Finis.

In nomine Vitæ summæ. Honoranda lux præclara. Voluptas ego Geniorum ivi, & in corde justo habitavi. Cor vero, in quo habitavi, id illustratum in perpetuum apte disposui, id in perpetuum apte dispositum illuminavi: allata ipsi & immissa bonitate, sublato autem gemitu, quem Septem Stellares corporibus attulere, atque, hoc corporibus allato, cordibus etiam obtenebratis immisere. Cujus vero cor doctrina illuminatum fuerit, ille in loco lucis collocabitur: quod si doctrina illustratum non fuerit, ille loco lucis privabitur. Perpendo mecum, cur ita evenerit. Ex mea regione, meo loco quis captivum me duxit? A meis parentibus, qui Domini sunt, quis me ad reos domicilii perituri filios tulit? Quis ad rebelles, quotidie bellum facientes, me duxit? Quis rebellionem, cui nihil dulce inest, mihi ostendit? Quis caliginem, cui speculum lucis deest, mihi ostendit? Quis aquam foetidam, rotis deorsum, rotisque sursum se volventem, cujus foetor ad meum locum pervenit, mihi monstravit? Consistens ego, agitated animoque commotus, mecum cogitavi: deest mihi Nasbo (Restaurator) altissimus, mihi que vir nutritor deest. Stantem me meo loco cum Domini audirent, ipsi nihil contra me discernentes, mittendo ad me Nasbo altissimum, mittendo ad me virum hunc nutritorem, socium mitem ad me miserunt. Qui



1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

veniens, me ab omni re liberans, mecum sermonem vivum  
 habens, a mundo me vindicans, voce leni me appellans, meum-  
 que cor ut suo fulcro conquiesceret, faciens, gratiarum actionem,  
 humanique orbis persecutionem mihi explicavit, dicens: Genie  
 mansvete, veni ego, non ex voluntate Dominorum, nec veni  
 ex voluntate Dominorum aut a voluntate Geniorum, qui ibi  
 sunt, sed ex voluntate duorum Geniorum, qui te huc mittendo  
 amandarunt, te mittendo amandarunt huc, qui te in mundum  
 amandarunt. Quo in mundo item tu tamdiu eris & adoles-  
 ces, quamdiu tuo patri placuerit. Ubi autem tuo patri placu-  
 erit, tibi dicet, cur ita factum fuerit. Meum patrem, virum,  
 qui mihi præerat, interrogavi: quinam sunt duo Genii, qui  
 me mittendo amandarunt, me mittendo amandarunt huc, & me  
 in mundo reliquerunt? Socius hic, vir mihi præfectus, respon-  
 dit: quæris, filie ætate suo patri provecte, quinam te mit-  
 tendo huc amandarunt, te mittendo amandarunt huc, teque in  
 mundo reliquerunt, in quo tamdiu versaberis, quamdiu placu-  
 erit patri tuo, quamdiu patri tuo placuerit, & in quo mise-  
 runt tibi socios, socios tibi miserunt? Tibi referam: jam, Ge-  
 nie mansvete, surge, in domum tuorum hominum ascende, ma-  
 ledic loco domus tui nutritoris. Quamdiu in eo fuisti & degi-  
 sti, Septem Stellares tui perturbatores fuerunt, fuerunt  
 Septem Stellares tui perturbatores, ut & Duodecim Stella-  
 res tui persecutores fuerunt, Duodecim Stellares tui per-  
 secutores fuerunt, dicentes: destruamus illius mundi ope-  
 ra, forsitan nobis hunc vindicabimus, forsitan vindicabimus no-  
 bis hunc. Et hæc ipsi suo in mundo futura portio. Perscru-  
 tans ego tum animo, patri meo, socio mihi, præposito mihi



viro, dixi: si noveris, me defectu laborare, me domicilio peccatorum destines. Respondit: Genie mansvete, admodum tibi suffecisti, nec tibi defuisti. Dixit: mi pater, si noveris, me mihi non defuisse, qua re dignum me putas? Quo audito, eum pater corpore exiit, veste splendoris induit, corona pretiosa ornavit, fracto suo carcere, magnifice eduxit e mundo, magnifice ex mundo eduxit, eumque, in terram, quam Domini tenent, facto ascensu, collocavit in throno, quem jam occuparet. Dixit tum Genius: dicam vobis, Domini, dicam vobis, Magnates, quomodo actum sit. Quo autem modo vos me mundo dementes tractastis, in orbe perituro ejusmodi diminutio amplius, ne fiat. Decevere suae generationes, & in eos plurimum persecutionis invault, Responderunt: sedeas, Genie expedite & accincte, omnino hoc scimus. Dixit: talis vindemia in orbe perituro amplius a vobis ne colligatur. Imminutae mundi generationes: plurimumque persecutionis eis relictum. Responderunt: liberatus tu, Genie, ascendisti. Qui poterit, post te ascendet. Vita memoranda. Vita pura: purus vir, qui illuc se contulit. Finis.

**In nomine Vitae summae. Honoranda lux praecleara. Cum mea forma sic collocutus sum ego Adam Aeon: venias, obsecro, obsecro per vocem secretam, obsecro per germen praeclearum, dicas, quo tempore mihi germina constitues, quo tempore mihi socios constitues? tu me illustra, ego te illustrabo, ut nos in multo splendore servati invicem in perpetuum coordinemur. Jam plantandi nobis Genii, nobisque**

210 220 230 240 250 260 270 280 290 300 310 320 330 340 350 360 370 380 390 400 410 420 430 440 450 460 470 480 490 500 510 520 530 540 550 560 570 580 590 600 610 620 630 640 650 660 670 680 690 700 710 720 730 740 750 760 770 780 790 800 810 820 830 840 850 860 870 880 890 900 910 920 930 940 950 960 970 980 990 1000

Magnates laudandi. Quæ dicens, cogitans de claritate, de claritate cogitans, atque per germen præclarum obsecrans, mecum cum consultarem, annon ego claritatem ad meam dextram procreans, radiosque ad meam sinistram procreans, Apostolos Vitæ, me in occulto servaturos, procrearem, mihi Aeonî excellenti Forma mea respondit: si Apostolos procreaveris, animabitur quidem caput familiæ stirpis tuæ, caput quidem stirpis tuæ animabitur, mundi vero defectio per id existet, & mendacium in mundum se diffundet. Cui autem Formæ excellenti, semperque æstimandæ, ita regessi: non eo consilio has preces fundo, ut ex stirpe, quam plantemus, aliquid damni & detrimenti existat, aut aliquid damni & detrimenti in mundum se diffundat. Atque, hoc dicto, incurvans me ego nitori meo procubui, & sumtâ inde justitia pretiosa, Aeonibus coopertus evasi. Verum, claritate fieri cœpta, cum primi Aeonēs exstitissent, de secundis cogitavi, cum secundi exstitissent, de tertiis cogitavi, & cum tertii exstitissent, de quartis cogitavi. At ex quartis exstitit damnum & detrimentum, damnum & detrimentum ex his in mundum se diffudit. Loquens exinde illa Forma mihi gravissimo Aeonî dixit: nolo, ut plantemus stirpem, nolo, ut stirpem plantemus, ex qua existet damnum & detrimentum, & quod inde existet, damnum & detrimentum in mundum se diffundat. Cui Formæ semper excellenti ego iterum respondi: si mundus, quem condere decrevi, talis exstiterit, eum abolebo, ejusque loco provenient spectati beneficentia, qui vocem Vitæ proferent. Quorum vero cum alii certissime ascendent, tum alii tristes in hoc mundo manebunt. Qui se ipsum liberare

تَعْمَلُ تَعْمَلُ لَكَ فِي هَذِهِ النَّهْيِ نَحْمَدُ نَحْمَدُ نَحْمَدُ  
بِحَمْدِكَ يَا نَبِيَّ اللَّهِ مُحَمَّدٍ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ  
وَمِنْ كُنْزِ كِتَابِكَ يَا نَبِيَّ اللَّهِ مُحَمَّدٍ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ  
قَدْ بَدَأَ اللَّهُ بِكَ نَحْمَدُ خَلْقًا مَوْلَانَا يَا نَبِيَّ اللَّهِ  
كَلِمًا وَمِنْ كَلِمَاتِكَ يَا نَبِيَّ اللَّهِ مُحَمَّدٍ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ  
إِنَّا نَسْتَعِينُكَ يَا نَبِيَّ اللَّهِ مُحَمَّدٍ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ  
وَمِنْ كُنْزِ كِتَابِكَ يَا نَبِيَّ اللَّهِ مُحَمَّدٍ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ  
أَكْبَرُ يَا نَبِيَّ اللَّهِ مُحَمَّدٍ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ  
وَمِنْ كُنْزِ كِتَابِكَ يَا نَبِيَّ اللَّهِ مُحَمَّدٍ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ  
وَمِنْ كُنْزِ كِتَابِكَ يَا نَبِيَّ اللَّهِ مُحَمَّدٍ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ  
وَمِنْ كُنْزِ كِتَابِكَ يَا نَبِيَّ اللَّهِ مُحَمَّدٍ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ  
وَمِنْ كُنْزِ كِتَابِكَ يَا نَبِيَّ اللَّهِ مُحَمَّدٍ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ  
وَمِنْ كُنْزِ كِتَابِكَ يَا نَبِيَّ اللَّهِ مُحَمَّدٍ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ  
وَمِنْ كُنْزِ كِتَابِكَ يَا نَبِيَّ اللَّهِ مُحَمَّدٍ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ  
وَمِنْ كُنْزِ كِتَابِكَ يَا نَبِيَّ اللَّهِ مُحَمَّدٍ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ  
وَمِنْ كُنْزِ كِتَابِكَ يَا نَبِيَّ اللَّهِ مُحَمَّدٍ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ  
وَمِنْ كُنْزِ كِتَابِكَ يَا نَبِيَّ اللَّهِ مُحَمَّدٍ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ  
وَمِنْ كُنْزِ كِتَابِكَ يَا نَبِيَّ اللَّهِ مُحَمَّدٍ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ  
وَمِنْ كُنْزِ كِتَابِكَ يَا نَبِيَّ اللَّهِ مُحَمَّدٍ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ

peterit, visurus locum lucis ascendet; qui vicissim se ipsum liberare non poterit, remanebit in hoc mundo, in mundo hoc, ipsi hospitio futuro, remanebit. Nos, tu et ego, provocemus Vigilem, Vigilem plantationis Dominorum constituamus, & illuc mittamus, qui ut quicquid ibi fuerit huc extollet, Geniosque mites liberabit, sic etiam nos liberabimus Genium hunc præstantem, Genium hunc præstantem liberabimus, & felix familia Consecratorum futura erit. Me autem vocatum Domini illuc amandarunt, & sua sapientia mihi tributa, miserunt ad me Vigilem Demuto (Formam), qui me in secreto servaret, miserunt ad me Arhamto (Amorem), qui in meis amicis versaretur, miserunt ad me Sahuto (Nitorem) mansuetudinis, quo confabularer cum amicis, cum amicis meis confabularer, eosque a perditis liberans, a damno, quod eorum animis hi perditii fecerint, liberarem. Me vero hi cohortantes & admonentes, ut pater suum filium admonet, atque me gratia & osculo, ut pater suum filium osculatur, excipientes, me inquam cohortantes & servantes, atque colloquium ingressi, dixerunt: thesaurarios hos tres ad te mittemus. Cito cum Vigile Demuto veni, cito veni cum hoc Vigile, nobisque plantam magnatum affer. Cur orbi intereris? Cur apud perditos cunctaris? Cur, relicto indumento puro, relicto indumento puro, vestem rebellem induis? Cur, desertis arcanis gratis, arcana perditam suscipis? Ne deseras claritatem amabilem, & speciem perditam ames. Ne deseras sermonem vivum, & sermonem perditum ames. Quæ cum Domini dixissent, ego maxime summissus & procumbens dixi: cur me ita alloquimini? Cor meum in partes distractum hæsit, cor meum hæsit distractum in partes: de oculis meis lacrimæ expressæ,





de meis oculis expressæ lacrimæ. Cum vero meo loco vacillans & flens interrogarem, unde domus Dominorum & amicorum in sermonem perditum evaderet? unde, relicto indumento puro, vestem rebellem induerem? unde, deserta claritate amabili, claritatem perditam amarem? unde, deserto mansuetudinis sermone, sermonem perditum amarem? responderunt: tibi diximus, quod dicemus. Ne concupiscas, quæ res perditæ. Nam ex Vita Secunda, natu grandi, existit damnum & detrimentum, damnum & detrimentum existit, & in mundum se diffudit. Advocarunt posthæc Nuntium Vitæ, dicentes: veni subito, tuosque filios custodi. Quibusque ea bonorum appreciatione, qua Geniis tuis filiis benedixisti, benedicas. Cum vero bonorum appreciatione mihi benedixisset, & claritati mihi tributa, mihi plantationem tribuisset, Vitæ me prosternens procubui. Et, cum Vitæ me prosternens procubuissem, profectus in mundum voce præclara locutus sum. Quos vero bonos una cum Majestatibus Genios adieram, ii Genii, me viso, procubuerunt, atque laudantes æternaque laude Genium celsitudinis, ex quo omnis veritas existit, effereutes, interrogarunt: quo contendis, filie splendoris? Cur Vita te huc misit? Respondi: contendo ad profunda omnis fœtoris, indigna opera, opera commissa a Geniis, qui præcipites de suo loco ierunt. Mihi tum dixerunt: abeas, disponas, educas in justitia plantam tuam, venias nobiscum, planteris tu noster comes, inter socios virtute Vitæ ambules, Consecratique liberatores tui fient. Tibi Rex ætheris benedixit. Contendi posthæc in orbem malorum perditorum: qui, me viso, prosternentes se in faciem ceciderunt, prosternentes se ceciderunt



in faciem, & in mare magnum Erythræum abierunt, dicentes: quæ tua, vir, species, ea non nostra est. Quibus vero malis mendacibusque, in hoc mundo versantibus, respondi: unde vobis erit vestis, quæ vestram formam illustret? unde vobis erit odor, qui odorem vestri foetoris svavem reddat? Misit me Vita, ut veniens ego in justitia familiam Vitæ evererem. Apprehendite bonitatem Geniorum, qui ex orbe ascenderunt. Vita pura. Finis.

In nomine Vitæ summæ. Honoranda lux præclara. Cum venirem ego Anusch Genius in hunc mundum, vocem Vitæ prædicavi, plantam Vitæ sevi, mea voce locutus sum, electos in mundo perquisivi & excitavi, vocem præconis misi, jacentes excitans erexi, eorumque summissos ut discipulos in locum lucis institui. Spiritui quis dixit, defectu quovis laboranti quis prædicavit, mendaci quis enuntiavit, quod ego, vir novissimus, me illuc contuli? Quis hoc Spiritui dixit? Quo autem cognito, Spiritus manum capiti immisit, manum immisit capiti, in capite cincinnos diruit, cincinnos diruit in capite, atque me invocavit. At cum ira Spiritus disseruit, falso sermone suo ore exeunte; & cum ira disserens Spiritus, vocatis suis filiis primogenitis dixit: venite, venite, mei filii primogeniti, quæ vobis dixerò, audite, venite, & malitiam excogitate. Congregemus cœtum in mundo, cœtum in mundo congregemus ex familia Viri Novissimi, qui illuc venit. Conveniunt tum Septem Stellares, & ad Spiritum Venereum se contulerunt, dicentes: qua re cœtum in mundo hoc colligemus? Respondit: venite, invicem concumbamus, arcanoque nostro suscepto, suscepto nostro arcano, & massâ illius opè



**Ecce, facta massa illius ope, urbem Jerusalem condamus. Septem Stellares suæ matri concubuerunt, concubuerunt suæ matri, mutuoque arcano suscepto, suscepto mutuo arcano, & condita urbe Jerusalem, condita Jerusalem urbe, lasciviam, corruptionem & adulterium ibi reliquerunt, dicentes: quisquis in urbe Jerusalem habitaverit, nomen Dei ne commemoret. Surrexerunt jam Septem Stellares una cum Namrus, mundi matre, septemque curribus, ubi surrexerant, vecti venerunt, venerunt vecti septem curribus, & descendentes ex firmamento in terram, mundoque hoc peragrato, in Betlehem venerunt. Spiritus filiis suis Superbis vanis dixit: mei filii, cippum currus vestros hoc loco construamus. Vox tum exiit ex nube Genii Anusch, Spiritui Venereo dicens: e loco ædificandæ hujus urbis 365. Discipuli exhibunt. Spiritus silens sedebat, jam vero filiis Septem Stellaribus dixit: surgite, surgite, mei filii, Septem Stellares, urbem hoc loco execrabili, malo & polluto, ne ædificetis. Descendite, in curribus vestris sedete, ab hoc loco ite, sedete, usque ad domum umbraculorum ite. Quo ubi perventum erat, Spiritus filiis suis Superbis vanis dixit: mei filii, cippum currus vestros hoc loco struamus. Exibat vox e nube Genii Anusch, qui Spiritui Venereo dixit: ex loco urbis hujus ædificandæ 365 Discipuli exhibunt. Spiritus Venereus dixit: surgite, surgite, filii Septem Stellares, epistola cum ira ad nos venit, surgite, sedete in vestris curribus, ite ex hoc loco, ex hoc loco ite, donec ad urbem Kerak Nunab perveniatis. Spiritus Venereus Septem Stellaribus ulterius dixit: mei filii, cippum currus vestros hoc loco struamus. Exiit vox nube Genii**



**Anusch**, qui Spiritui Venereo dixit: ex loco urbis hujus ædificandæ 365 Discipuli exhibunt. Spiritus irascens Septem Stellaribus dixit: surgite, surgite, mei filii Septem, quod vobis dixero, audite, surgite, in conspectum Vitæ summæ eamus. Surrexerunt Septem Stellares, ex hoc loco ierunt, surrexerunt, & sedentes in suis curribus, iter suum tenuerunt, donec suorum alæ curruum excussæ fuerunt. Namrus, mater mundi, eis dixit: mei filii, cippum vestros currus ædificemus hoc loco, hoc loco ædificemus. Nam iter confectum est. Septem Stellares matri mundi Namrus responderunt: constrictum robur nostrum, nostrorumque alæ curruum excussæ; tamen, dato mandato, hoc loco urbem ædificabimus. Convenerunt tum Septem Stellares, & præstigiis & veneficiis utentes, utentes præstigiis & veneficiis, nomine Dei non memorato, surrexerunt, atque, latere primæ sortis subactò, urbem Jerusalem condiderunt. Exiit vox nube Genii Anusch, qui Spiritui Venereo dixit: ex loco hujus urbis ædificandæ 365 Discipuli exhibunt. Spiritus Venerens Septem Stellaribus dixit: venite, venite, mei filii Septem Stellares. Beatus, cujus socius, Deus fuerit. Condiderunt Septem Stellares Jerusalem urbem, in qua Abortivi exstiterunt: quibus etiam opera caliginis tribuerunt: eosque, facta bonorum appreciatione, Angelos Custodes vocarunt: ut etiam pisces maris avesque alas, jurejurando obstrictas, obstrictas jurejurando, his in Jerusalem Abortivis dederunt. Atque, facta bonorum ista appreciatione, quicquid petierant, hi Abortivi semper invenerunt. Septem vero Stellares erant Columnæ, ex quibus nihil non fraudis & mendacii exstitit: atque Abortivi ope vastationis desolantis





increverunt, hi inquam Abortivi increverunt, donec eo perventum  
 est, ut & cœtum colligerent. Abii ego tum, & specie corporis  
 induta, Hierosolymam introivi, meaque voce loquens, conciones  
 habui, ægros sanans, sanans ægros, ideoque Medicus sempiter-  
 nus ego vocatus, Medicus justitiæ, sanans, tamen mercedem non  
 capiens: quos meos ægros Jordanum ingressos baptizavi, signo-  
 que puro notavi. At meos inter ægros integri filii Jakif filiique  
 ٢٨ Amin fuerunt. Qui filii Jakif filiique ٢٨ Amin 365 Disci-  
 pulos seligerunt, seligerunt 365 Discipulos, qui in Jerusalem  
 urbe Abortivi cum ira exstiterunt, meosque Discipulos, nomen  
 Vitæ commemorantes, occiderunt. Quos vero cum viderem,  
 ira maloque fervore impletus adversus eos, impletus adversus  
 eos ira maloque fervore, in conspectum Vitæ summæ ascendi.  
 Dixi tum meo patri, quod suo loco acciderat, iterumque dixi,  
 quod facinus Septem Stellares in hoc mundo commiserant.  
 Quo audito, hanc mihi cum ira epistolam dedit, dedit mihi  
 hanc epistolam cum ira, quæ urbem Jerusalem spectabat: quis  
 dixit Spiritui, omni defectu laboranti, quis prædicavit, quis  
 nuntiavit mendaci, Aquilam albam in urbem Jerusalem ascen-  
 disse? Spiritus posthæc, convocatis suis familiis, congre-  
 gatis omnibus Deastris, Septemque Stellaribus concitis, sede-  
 bat, lamentando dicens: vœ tibi, urbs Jerusalem, quod Aquila  
 in te ascendit, vœ abortivis, ictu & ira occidendis. Surgens  
 deinde Spiritus Venereus Genio Anusch dixit: an ex æquo  
 hoc fiet? per tuam Vitam, Anusch Genie, obtestor, ne  
 destruas urbem hanc Jerusalem, quam ego condidi. Respon-  
 dit Namrus huic, mundi matri: lucis qui osor fuerit, mor-  
 tem secundam morietur. Abortivi jam præ metu in diversis



hospitiis se occulere. Dixit deinceps Nairus, mater mundi: permitte mihi, ut portas muri diffringam, juxtaque illas suo loco occidantur penitus Abortivi, qui in tuos Discipulos peccarunt. Percutens tum ego malleo splendoris Spiritum ipsi dixi: a me recede. Ego veni, cum ira autem veni, Vita in ira me misit, Vita me misit in ira ad vastationem urbis Jerusalem. Diruta posthæc columnâ prima, suoque de loco dejecta, Israël columnam, quæ meis discipulis persecutioni fuit, dimovi, Jakif columnam, in porta urbis Jerusalem positam, dimovi, Adunaj columnam, in medio Hierosolymæ erectam, subegi, Zatan columnam, juxta murum exteriorem collocatam, deturbavi, Zehmaj columnam, apud murum interiorem obviam, destruxi, Karkum columnam, in qua omnes Angeli degere, dirui, Saaro magnam illam, in qua custodes urbis Jerusalem versati sunt, detraxi, urbem Jerusalem, in qua sanguis Discipulorum meorum effusus fuit, dirui, abortivos, qui familiam Vitæ persecuti sunt, quamlibet avem alatum, bestiam fœdam, quæ ab eis exstiterat, simias & lupos, quibus ab abortivis origo, omnem bestiam malam, quæ adversus hos discipulos in ira fuit, adversus hos fuit in ira, occidi. Quibus absoluta consumptio usque ad diem magnum consummationis futura. Meis vicissim Discipulis qui persecutionem sustinere, veritas parata. Jerusalem, fabricam non bonam, conculcavi. Vita pura.

In nomine Vitæ summæ Honoranda lux præclara. Corona capitis pura: quam Domini Genio miti miserunt. Vocarunt hi Genium mitem. eumque in sua habitacula duxerunt, Genio huic miti dicentes: Genie mitis & constans, sume

مَعْصِيَةٍ فَهِيَ نَسِيلًا حَبِيبَةً بِحُبِّ نَسِيلًا بِرُبِّيَّةٍ جَعَلْتَهُنَّ ذَكَاةً  
 حَرِيصَةً حَكِيمًا إِذَا أَتَى حَرِيصًا بِرُبِّهِ فَهِيَ تَحْمِلُ نَسِيلًا بِرُبِّيَّةٍ وَنَسِيلًا  
 حَكِيمًا فَهِيَ تَحْمِلُ نَسِيلًا بِرُبِّيَّةٍ فَهِيَ تَحْمِلُ نَسِيلًا بِرُبِّيَّةٍ اَلْحَمْدُ  
 حَكِيمًا حَكِيمًا وَنَسِيلًا حَكِيمًا وَنَسِيلًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا  
 حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا  
 حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا  
 حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا  
 حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا  
 حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا  
 حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا  
 حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا  
 حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا  
 حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا حَكِيمًا

robur eximium, quod a Vita, in suo habitaculo sedente, est, coronam, coronæ puræ similem, lucisque nobilis & infinitæ, capiti tuo assume. Sume dextra tua sceptrum, duoque Genii tecum veniant. Sede in nube arcana cum verbis meis mitibus & erigentibus. Sume de precibus, quas nos fundimus. Sume de nostra doctrina, cui nihil deest & dèficit. Contende in nubem arcanam, duoque Genii tecum veniant. Contende ad spectatos beneficentia, quibus pernicies & mendacium non inest. Affer eis sermonem Vitæ, præstantem & infinitum. Contende ad spectatos beneficentia, viros justos, fideles. Prædica vocem Vitæ, quæ jacentes excitet. Da eis verba arcana, quibus instituantur. Interpretare eis Vitam summam, loquere de concionibus Vitæ, & instrue Nasaræos, in mundo versantes, ut stolas splendoris induant, atque te sequentes sursum tendant. Da nobis sermonem & audientiam, ut illi Nasaræi a fervore malorum liberentur. Da nobis bonitatem, quam Vita summa in suo habitaculo tibi tribuit. Da nobis sapientiam cœlestem, ut illi Nasaræi surgant, Dominosque precentur. Fac eos certiores de creaturis lucis, & habitaculis secretis, in quibus hi Domini sedent. Fac eos certiores de Vita summa. Fac eos certiores de Aeonibus, fac eos item certiores de corona cœlesti, quæ Vitæ summæ in suo habitaculo collocata. Fac certiores de Vita summa Genios, qui in mutua claritate sedent. Expone eis Genium mitem, Geniosque tres, qui captum hunc Genium ad habitacula peccantium duxerunt. Quem & Septem Stellares sic ore tulerunt ~ inter nos numerabitur, inter nos erit, apud nos in mundo, in orbe detinebitur, ne videat plantam, ne videat vitem summam virorum



hinc consistentium, ne videat accensum splendorem, & cui rei sedes sua similis sit, ne videat Patres, aut suo integumento exsultet, ne videat Vitam summam, ne videat Vitam maximam, ne Aëones videat. Aëon deinceps mitis omni generationi hæc verba fecit: vitis sum singularis, stans in mundo, nec mihi est plantator excelsus, aut vir nutritor, aut socius mitis, qui veniat, mihique rem omnem explanet. At Domini, qui Aëonem hunc noverant, constituto missoque ad hunc Nasbo (Restauratore), multo splendore & luce immensa eum operuere. Attuli mea dextra coronam, mea sinistra stolam attuli, meoque corde signum attuli. In gaudio quod Domini mihi dederant, in gaudio, quod mihi dederant Domini, corpore Aëon exiit: neque eum Septem Stellares cognoverunt. A quo autem tempore hic corpore exierat, & donec ad domum Vitæ Secundæ pervenisset, splendor hujus Aëonis fabricæ mundanæ non occidit. Quæ tamen tota fabrica deinde obscurata tenebris fuit. Cognovere id Septem Stellares, omnes in alto sedentes, omnes sedentes in alto: sedente autem in imo Spiritu. Sol splendorem deseruit, Luna nitorem reliquit, Neba literaturam abjecit, Liba chrysellum abjecit, Kiva abjecit reticulum, & monile e collo abruptit, Bel, armis relicta, pulverem in caput coniecit. Dii vero & Imperatores se prosternentes in faciem cecidere, se prosternentes cecidere in faciem, & abeuntes in mare magnum Erythræum, orbemque circumeuntes, illum Aëonem quæsierunt, quem vero non invenerunt, neque hi in sui patris conspectum contententes, eum invenerunt. In domum Dominorum hic Aëon ascenderat; sed, quo demum viso, se in faciem Dii prostrare.





Vitæ autem, in suo habitaculo sedenti, Aeon hic dixit: qua re in te peccavi? siquidem missus fui in habitaculum peccantium, raptim in eorum sedem a conspectu Vitæ summæ, ab Aeonibus, a thesauro Magnatum tractus. Domini nihil respondentem, visq̄ autem, quod Aeonibus præceperant, factum fuisse, eum multo splendore exceperunt, suaque in sede collocarunt: constitutis tribus Geniis, ne ipsi deesset claritudo, claritudo ipsi deesset, verum, & ut hæc ejus sedem collustraret, ei plurimam & maximam felicitatem in loco lucis assignarunt, sceptrumque splendoris, hunc Aeonem in sua sede illuminantis, tribuerunt. Qui itaque nec minus Vitam summam in sua sede adorans celebravit. Nuntius Vitæ purus: purique illius amici. Finis.

#### Homilia illa absolutæ Adamæ mensuræ.

In nomine Vitæ summæ. Honoranda lux præclara. Cum formatus ego Fetahil e fonte splendoris multi fuisset, cum meus pater, suscepto consilio, ex fonte splendoris me procreasset, cum me procreatum veste splendoris velasset, lucisque tegmine operuisset, & magnam coronam creaturarum splendore lucentium mihi dedisset, jussit: surge, mi filie, abi, orbem terrestrem vi coaguli in aquam nigram missi condensa, condensa orbem terrestrem Jordanorum & torrentium, aperi in eo puteos, atque para Adamum corporeum, ex quo electi existant, ex quo existant electi, ascensuri, locumque lucis visuri. Abi in orbem terrestrem, vocesque tres pronuntia. Prima voce terram condensâ: voce secunda Jordanos & torrentes in eo

فليحس عدونا لحدنا بونا دننا مننا رفا رفا رفا  
 رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا  
 رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا  
 رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا  
 رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا  
 رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا  
 رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا  
 رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا  
 رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا  
 رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا  
 رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا  
 رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا  
 رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا  
 رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا  
 رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا  
 رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا  
 رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا رفا

aperi: voceque tertia pisces in mari provoca, aves alas in firmamento, omnisque generis propagines & semina para, para propagines & semina, alia ab aliis diversa. Contendi tum, & ad orbis terrestris fines, fontem Aquæ Nigræ plenum, veni. Usque ad mea genua in aqua steti, sed aqua non coiit: usque ad mea genua in aqua steti, sed aqua non coiit: usque ad os meum primum (nates) in aqua steti, sed aqua non coiit: usque ad os meum postremum (labia) in aqua steti, sed aqua non coiit: nomen Vitæ ac Nuntii Vitæ super aqua commemoravi, sed aqua non coiit: septemPLICEM vestem splendoris, lucis ac gloriæ, quam Pater meus mihi dederat, in aquam projecit, sed aqua non coiit: Nucem dictionis & auditionis in aquam excussi, sed aqua non coiit. Quid aquæ, se peredenti, nec nomen Vitæ accipienti, faciam? Qua re in meum patrem Abatur peccavi? qui me huc ductum in profundum omnis factoris, ubi nemo habitat, in aquam se peredentem, nec nomen Vitæ accipientem, coniecit. Ascendi ex Aqua Nigra, & quidem in conspectum patris mei Abatur itinere deinceps suscepto, ut huic Abatur hoc arcanum referrem Qui autem surgens, me viso, quæstiones proposuit, dicens: mundus, quem provocasti, cui rei similis est? In eo tua opera a capite ad calcem adorna. Respondi: misisti me in mundum omnis factoris, cui lucis operculum deest, in aquam se peredentem, nec nomen Vitæ accipientem. Usque ad mea genua in aqua steti, sed aqua non coiit: usque ad mea femora in aqua steti, sed aqua non coiit: usque ad os meum primum (nates) in aqua steti, sed aqua non coiit: usque ad os meum postremum (labia) in aqua steti, sed aqua non coiit. SeptemPLICEM vestem splendoris,



lucis ac gloriæ in aquam projecti, sed aqua non coit. Nucem  
 dictionis & auditionis in aquam excussi, sed aqua non coit.  
 Quibus patri meo Abatur dictis, Fetahil in precatione & gra-  
 tiarum actione surrexit, surrexit in precatione gratiarumque  
 actione, & Vitam Primam & Secundam æternam celebra-  
 vit. Ascendit in Vitæ, sui parentis, conspectum, ut de operi-  
 bus hujus mundi, quem ego provocaveram, ipsi diceret. Misit  
 tum Vita Genium Aebel Zivo ad juga caliginis: qui inde  
 coagulum cepit: & qui, coagulo hoc inde capto, id ad Abatur  
 detulit. Quod autem tiaræ puræ involutum Abatur dein-  
 de Fetahil filio tradidit, dicens: i, condensa orbem terre-  
 stem, firmamentumque in universum extende. Surgens post-  
 hæc ego Fetahil a conspectu mei patris Abatur, atque ad  
 finem orbis terrestris perveniens, coagulum, quod meus pater  
 mihi dederat, in aquam projecti. Coagulatione prima, & quidem  
 12000 parasangarum spatio, alæ ut nubes formatæ, alæ formatæ  
 ut nubes, volantes, & mundum ambientes: quæ coagula-  
 tio Aequatio justitiæ eorum, qui nomine Spectati beneficentia  
 vocati ascenden, locum lucis visuri. Coagulatione secunda, &  
 quidem spatio 12000 parasangarum, existit, quæ orbis terre-  
 stris vocata terra est. Voce mea prima terram condensavi, &  
 firmamentum ab una extremitate in alteram extendi. Voce  
 mea secunda Jordanos & torrentes in ea terra aperui. Voce  
 mea tertia pisces in mari procreavi, aves varii generis & spe-  
 cies procreavi, ut pisces in mari Adamo omnibusque ejus filiis,  
 his animabus in habitaculo perituro versantibus, cibo forent.  
 Voce mea quarta omnis generis propagines frugesque, aliæ ab  
 aliis diversæ, exstiterunt. Voce mea quinta omnia repti-  
 lia mala exstiterunt. Voce mea sexta omnis massa caliginis



existit. Et voce septima Spiritus ejusque Filii exstiterunt. Spiritum vero Septemque ejus Filios coram venientes & stantes cum viderem, meo corde de suo fulcro dejecto, quæsvi: unde exististis? quia vestrum nomen paternæ meæ domui non gentile est. Unde exististis Septem Stellares? quia meum non fuit, ut vos provocarem. Quibus auditis, illi Septem Stellares congregati propiusque me audiuri accesserunt. Atque Spiritus, his auditis, coram veniens, & consistens mihi dixit: venimus, ut mercenarii nos tibi obedientes in sempiternum essemus, ut ego, mei filii, meæque familiæ nos tibi serviremus. Regnum tuum administra: nos tui servi erimus, te secuturi. Respondit Fetahil: bona opera si feceritis, in meum cœtum vos colligam, & vestri curam habebo. Bona vero opera si non feceritis, in fundo, ex quo venistis, concludemini. Bona vicissim opera ubi feceritis, filii mei in hoc mundo vocabimini, & quæ meus pater mihi commisit, opera administrabitis. Quod vero cum Fetahil dixisset, fabrica mundi sublata ei fuit: ipso in carcerem magnum coniecto, ibique vinculis constricto & mansuro, donec orbis periret, quia verbum Patris immutaverat. Scilicet, quia verbum Patris non firmiter tenuerat, sed, quod suus pater ipsi non præcepit, fecerat, in carcerem magnum coniectus est: velo inter eum ejusque patrem Abatur obtento, ut alter quidem alterius vocem audiret, faciem vero non videret. At, ubi fabrica mundi ei adempta, atque in magnum carcerem ipse conditus erat; missus fuit Aebel Zivo, qui hunc mundum adornaret, opera, quæ Fetahil producerat, ad finem vero non perduxerat, adornaturus, & qui custos foret Adami una cum sua uxore Hava, ut ne deesset





conversatio conservatrix Adamo suæque uxori Havæ, quæ electos quoque ab eo oriundos, ab eo oriundos electos, æquitate & beneficentia spectatos ac perfectos conservaret; quos vero sua precatio, ut & gratiarum actio inter Consecratos eveheret & disponeret. Commemoranda Vita, quæ pura: ut & purus Vir, qui illuc abiit. Finis.

Concio illa agit de Fetahil, cum in orbem profectus, terram condensaret, & firmamentum extenderet.

In nomine Vitæ summæ. Honoranda lux præclara. Interrogarunt Discipuli Virum, a Dominis profectum, Genii Genio celsitudinis dicentes: vide, dic nobis, filiusne Dominorum sis? Respondit: a Dominis egressus ego, in hunc mundum profectus sum. Et loquens pergit: videte, Génius celsitudinis sum, a Dominis veni huc, ab Electis contendi, quo loci voluerunt, meque miserunt Domini, eo perveni, ut illos de hoc loco certiores facerem; itaque abii, filiosque probos, & omnes, qui patientes cum eis degerunt, erudivi. Sublata erat mundi fabrica. Apte vero, quæ sua opera sunt, composita fuerunt. Exstitit, quod firmum, cælo ac terræ, soli & lunæ, quæ his lucent, vento, igni, & aquæ, hujus mundi ducibus: quomodo effusa fuit aqua: neque minus mundo huic doctrina contigit, quam ventus creatus, & incessus Septem Stellis evenit. Docui item, itinere suscepto, Discipulos veritatem: quæ declarata cum doctrina, creaturis magnifica evasit. Qui autem me viderunt, illi timuerunt: trepidante etiam quavis divinitate. Mihi Namrus, mater mundi, dixit: supplantas mundi hujus

١٥٥٤  
 ١٥٥٥  
 ١٥٥٦  
 ١٥٥٧  
 ١٥٥٨  
 ١٥٥٩  
 ١٥٦٠  
 ١٥٦١  
 ١٥٦٢  
 ١٥٦٣  
 ١٥٦٤  
 ١٥٦٥  
 ١٥٦٦  
 ١٥٦٧  
 ١٥٦٨  
 ١٥٦٩  
 ١٥٧٠  
 ١٥٧١  
 ١٥٧٢  
 ١٥٧٣  
 ١٥٧٤  
 ١٥٧٥  
 ١٥٧٦  
 ١٥٧٧  
 ١٥٧٨  
 ١٥٧٩  
 ١٥٨٠

١٥٨١ ١٥٨٢ ١٥٨٣ ١٥٨٤ ١٥٨٥ ١٥٨٦ ١٥٨٧ ١٥٨٨ ١٥٨٩ ١٥٩٠

---

\*) ١٥٩١ per errorem irrepsere.

---

dominia, & tu noster princeps eris, atque nos te sequemur. Respondit illi Namrus, matri mundi: ego huc veni, voluerunt Domini, me miserunt, voluerunt, me miserunt Domini, veni, ut electos erudirem, veni huc in altum, ut jacentes ad bona excitarem, veni huc in altum, ut peccantes in honestatem excitarem, veni huc in altum, ut contumaces in mansuetudinem excitarem, veni huc in altum, ut vigilēs mansuetorum in habitaculum elegans excitarem. Quibus auditis, vocem Namrus sustulit, atque flens secum dixit: non advenit Genius, nisi ut orba fierem, venit, dominia hujus mundi supplantaturus, venit, Discipulos eruditurus, viamque eis in locum lucis paraturus. Gaudete, celebrate, Genii; Genium celsitudinis, videte, dijudicate, locoque lucis institutionem conformate. Commoranda Vita  
 pura, & purus vir, qui eo abiit.

Perscrutatio illa Discipulorum, interrogantium Genium, qui a Dominis venerat.

---

## Corrigenda.

P. 6. lin. 6.  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$  pro  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$ . 16. 16.  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$ , et 16. 18.  
 $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$  pro  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$ . 38. 5.  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$  pro  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$ . 43. 11.  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$   
 pro  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$ . 49. 7. 26. post *lux* utrobique intermissum: *mibi*  
*mors, mibi vita, mibi caligo*. 70. 10.  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$  pro  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$ . 79. 9.  $\text{לֵא}$  pro  
 $\text{לֵא}$ . 81. 27. *aqua* pro *aqua*. 88. 19.  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$  pro  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$ . 92. 2.  
 $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$  pro  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$ . 100. 8.  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$  pro  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$ . 106. 5.  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$   
 pro  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$ . 108. 19.  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$  pro  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$ . 112. 17.  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$  pro  
 $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$ . 158. 7.  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$  pro  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$ . 164. 6.  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$  pro  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$ .  
 176. 5.  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$  pro  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$ . 178. 9.  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$  pro  
 $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$ . 200. 11.  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$  pro  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$ . 234. 4.  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$  pro  
 $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$ . 244. 15.  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$  pro  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$ , quod reddendum *me do-*  
*navit*. 258. 3.  $\text{לֵא}$  pro  $\text{לֵא}$ . 259. 18. *non accepto* pro *dato*. 264. 9.  
 $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$  pro  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$ . 286. 1.  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$  pro  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$ .  
 292. 4.  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$  pro  $\text{לֵא} \text{בְּ} \text{לֵא}$  \*



## Date Loaned

|  |  |  |  |
|--|--|--|--|
|  |  |  |  |
|  |  |  |  |
|  |  |  |  |
|  |  |  |  |
|  |  |  |  |
|  |  |  |  |
|  |  |  |  |
|  |  |  |  |
|  |  |  |  |
|  |  |  |  |
|  |  |  |  |
|  |  |  |  |
|  |  |  |  |
|  |  |  |  |
|  |  |  |  |
|  |  |  |  |
|  |  |  |  |
|  |  |  |  |
|  |  |  |  |
|  |  |  |  |
|  |  |  |  |
|  |  |  |  |

Demco 292-5

OUI5.5  
GN82  
(1-2)

AUTHOR

Codex Nasaraeus

TITLE

01110

| DATE LOANED | BORROWER'S |
|-------------|------------|
|-------------|------------|

91419

BIND-0 J

**The Library**  
**Union Theological Seminary**  
Broadway at 120th Street  
New York 27, N. Y.

LIBRARY BUREAU CAT. NO. 1173L



